

31
la

BIBLIOTECA CENTRAL MILITAR

ORDEN DEL EJERCITO

SERVICIO HISTORICO MILITAR



EX LIBRIS

Inscripcion 1741-5/854
Clasificacion 24(37)(0092)
Colocacion { Sala 11
Estante 12
Tabla 13
Numero 7

R.10183

II

13 - 13

7

Reg 1741-51859

34(37)(0092)
(495.02)

PARATITLA

IN LIB. IV. V. & VI.

CODICIS JUSTINIANI

Repetitæ prælectionis.

OPUS JACOBI CUJACII.

CAROLI ANNIBALIS FABROTII
ad ea Enarrationes.

Editio nova à mendis purgata & recognita.

TOMUS II.



TOLOSÆ,

Apud { PETRUM SALABERT,
MARINUM FOUCHAC,
GUILHELMUM BELY, } Biblio-
polas.

M. DC. LXXXVI.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

PARRATI

IN LIB. IV. V. & VI.

CODICIS IUSTINIANI

Repetitur perlectionis.

OPUS JACOBI CURACII

CAROLI ANNIANUS FABROT

ad ea Emendationes.

Edidit nova a mendis purgata & recognita.

TOMUS II



TOMUS I

Bibliotheca Polona	}	PETRONI SALABERTI	}	Apud
		MARINUM FOUCHER		
		GALEAZZUM BIANCHI		



3

CODICIS JUSTINIANI

LIBER IV.

DE REBUS CREDITIS, ET
de jurejurando.


TIT. I.

V. tit. 2. lib. 12. ff.

PRIOR pars hujus tituli est de actione, Si certum petetur de rebus creditis: posterior de actione, Si certum petetur de jurejurando. Posterior, inquam, si ordinem scripturae spectas, nam religionis honore & sanctitate & proximitate tit. de religiosis, in quo definit lib. 3. certe est prior: est enim jusjurandum adfirmatio religiosa, qua scilicet pleraque firmantur inter homines, Deo immortali interposito tum iudice, tum teste, & sic dicitur quasi jus sacratum, quod sit jurandum Deo teste & iudice, ut apud Nævium.

*Ius sacratum Iovis jurandum sagmine. & Virg.
Eas mihi Graiorum sacrata resolvere jura.*

A ij



Et verò de jurejurando quasi jure sacramento tractatur etiam prius, rejecta parte de rebus creditis, tametsi prior sit in ipsa tituli inscriptione, in titulum sequentem. Non est autem actio ex jurejurando, sicut nec ex pacto jure civili, nisi lege Julia & Papia libertus patrono præfenti se donum, munus, operas daturum jurejuraverit, l. 7. D. de op. lib. l. servum, D. de man. test. l. 13. in pr. D. de accep. l. 6. §. si quis absente, D. de confes. l. ult. D. de lib. cau. sed sicut pacto convento formatur & proceditur actio ex ipso contractu, ita jurejurando, ut si quis juraverit se pecuniam credidisse, erit actio si certum petetur de jurejurando, si emisse, ex empto, si societatem fecisse, pro socio, l. si duo §. si quis juraverit, & §. Marcellus, D. eod. vel si jusjurandum subsequatur sententia judicis, erit utilis actio judicati, quasi novatione facta, l. 8. hoc tit. Frequens est comparatio pacti cum jurejurando, l. 2. l. tutor §. 1. l. sed & si servus, D. eod. utroque modo tollitur actio injuriarum: l. non solum, §. 1. D. de injuriis, & naturalis obligatio, l. Strychum §. nat. D. de sol. Ergo & nascitur eadem ex utroque, & fidejussor datus tenetur: nam in casu l. si quis pro eo, D. de fidejuss. non obligatur naturaliter servus qui per errorem quasi libertus jurat de operis. Item qua de re non servatur pactum, nec servatur jusjurandum, l. jurisgenitium §. generaliter, D. de pact. l. non dubium, sup. de leg. Et observandum est relatis & traditis lib. superiore actionibus in rem & mistis, quæ tamen magis sunt in rem quam in personam, atque etiam exhibitoria, quæ in rem actionis præparatio, est, ab hoc libro quarto

initium dari actionibus in personam.

Enarratio.

TIT. I.

DE jurejurando hic agitur, quod in societate civili frequens est, & in ipsis rerum documentis ac usu quotidiano fori versatur, *ἐν τοῖς κατὰ τὸ βίον ἀναστροφαῖς*, ut ait Hierocles ad aurea Pythagoræ, quodque idem paulo post, *ἀνθρωπίνον*, sive humanum appellat, & est triplex, voluntarium, necessarium & judiciale. In eis exponendis variavit Cujacius. ea verior sententia videtur, quam adfert ad l. jusjurandum 17. D. de jurejur. in lib. 18. Pauli ad edict. ut jusjurandum voluntarium sit, quod ex conventionione partium extra judicium citra jussu Prætoris aut judicis datur, sive defertur. Dare est jusjurandum deferre, ut in l. 3. h. t. rectius enim ibi legitur *dederit*, quam *detulerit*, ut in Basilicis: *ὄρκον καὶ ἐπιρρόπη δέδωκεν*, & in membranis Codd. Ægidii Menagii & Juliani Brodæi, vetus versio Gallica: *se aucun orphelin done serement à son tuteur sur l'action qu'il avoit contre luy*, alias jusjurandum dare, est præstare, l. 5. §. 2. D. cod. Plautus Mostell. act. 5. sc. 1. *Quin jusjurandum pollicitus est dare, si vellem, mihi. Neque se hæc ædes vendidisse, neque sibi esse argentum datum*, adde Cornel. Nepot. in Annib. Severus Sulpitius sacræ hist. lib. 1. *Contaeto domini femine sacramentum dedit.* in eaque sententia est Theodorus Balsamon ad Nomocanon. Photii. Necessarium autem quod à parte parti in judicio defertur, vel refertur: sunt enim perquam timidi quidam, qui metu

divini numinis usque ad superstitionem jurare nolunt : οἱ εὐτεβείας , καὶ δευπδαίμονες , καὶ μὴ τὰς ὀρκους ἐσθίνοντες ὡς λάχαια , ut ait Stephanus in commentario ad Rhetoricam Aristotelis. Judiciale quod inopia probationum à iudice deferatur. Nolo huc Græcorum interpretationes transferre , quoniam alibi eas legere in facili est ; adferam tantum ejusdem Stephani locum è suprascripti commentarii lib. 1. quia nondum typis editus est. ἀξιόν ἐστι πρὸς τὰ ἐπιζέμενα τοῖς τὰ Ἀριστοτέλους ῥητοῖς πρὸς τὸ εὐαὐτοῦ χρησιμεύοντων ὀρκῶν τεχνολογίαν ἀλαβεῖν, ἢ γὰρ τὰ ἐπακτικὰ καὶ τὰ ἀντεπακτικὰ , καὶ τὰ συκοφαντικὰ νομιζομένους καὶ λεγόμενους καὶ αὐτὰ ὀρκους , ἐνήγαγεν ὁ Πέτρος καὶ τὸ Παῦλος ἀπὸ χρέου νομισμάτων ῥ. ἠρνεῖτο ὁ Παῦλος ἀπελύετο ὁ Πέτρος εἰς ἀποδείξεις, ὁ λεγων γὰρ , εἰ μὴ ἀρνέμετο ἀποδείκνυσιν , ἠλόγησε πρὸς τὰς ἀποδείξεις ὁ εὐαγων , τότε λέγει πρὸς τὸ εὐαγων ἐπαγωγῶσι ὀρκον τὸ νεκισσάριον παρὰ ῥωμαίοις λεγόμενον , ἦτοι τὸ τέλειον ὄν πηροφορητικὸν καὶ ὠμηλικόν , ἐπεὶ αἰτιῶ πρὸς τὰς ἀποδείξεις καὶ ὁμοσον μοι , ὅτι μὰ τὰς θεὰς ἐκ ὀφείλω τὰς ῥ νομισμάτα τῷ Πέτρῳ , καὶ ἐγὼ εἰ βέλει ὁμοσω σοὶ πρὸς τὸ συκοφαντικόν, εἴτε δὲ εἰ κυρίως ὀρκους, ἀλλὰ πρὸς τὸν μόνον τὸ ὑποληψέως τὰς εὐαγωνίαν , εἰ μὴ τελεεῖ ὑποθεσιν, εἰ γὰρ τὸ ὑποθεσεως ἐστιν ὁ ὀρκος, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὸ πρὸς, καὶ εἶπα, μὰ τὸ θεῖαν χάριν εἰ συκοφαντικῆ γνώμη εὐαγω σοὶ τὸν ὀρκον. Εἰ μοχ : πολλάκις εἰ βέλει ὁ εὐαγωγὸς εἰς τὸ πρὸς τὸν εὐαγωνίαν , καὶ λέγει ἔτε ἐγὼ ὁμῶτε τὸν παρὰ σὲ μοι τέλειον ἐπαγόμενον , ἔτε σὺ ἐπὶ αὐτῷ τὸ συκοφαντικόν , ἀλλὰ ἀντεπάγω σοὶ ὀρκον τὸν καὶ ἀντεπακτικὸν λεγόμενον , ἐπεὶ τὸν συκοφαντικὸν ἠρετίσαι ὁμοσαι , ὁμοῦ δὲ μέλλεις ἔτι εἶπῃν , μὰ τὴν θεῖαν χάριν , εἰ συκοφαντικῆ σοὶ γνώμη ἐπαγω τὸν ὀρκον πρὸς τὸ πηροφορησῶ πάντως ἐν τῇ ψυχῇ σου , ὅτι

Codicis Justiniani.

ἀληθῶς ἐδανεισταίς μοι τὰ ῥ. νομίματα, καὶ λοιπὸν μὴ
 τὸν συκοφαντικὸν, ἀλλὰ τὸν ἀντεπακτικὸν ὄμθον,
 ὃς καὶ αὐτὸς νεκεσσαίει, ἦτοι πμητικὸς τῆς ὑποθε-
 σεως ἔρχεται ἐσί, καὶ εἶπε, ᾧ Πέτρε, μὰ τῷ θείῳ
 χάριτι πάντων, ἐδάν εἶσαι σοὶ τῷ Παύλῳ ἃ λεγῶ ῥ.
 νομίματα, καὶ τότε ἀποδόσω σοὶ ταῦτα εἰάν μὴ εἴνῃ ὁ
 ἀντεπακτικὸς γένηται, πρὸς ἡγήται ὁ συκοφαντικὸς, Δί-
 τῆτο γράφεται ἐν τῷ παρεκβολαίῳ παρὰ τῆς διχα-
 σῆς, τῷ χάριτι ἐχρησάμενος καὶ τῆς ἀντεπακτικῆς. Et in
 fine libri νεκεσσαίειος ὄρχεται λέγειται τέλει, ἡ γὰρ
 ὁ ἐπακτικὸς καὶ ἀντεπακτικὸς, δευτέρως ὄρχεται ὁ ἰσ-
 δεκιάλιος, ὃς ἀπὸ τοῦ διχασμοῦ δίδεται. τρίτῳ ὁ βο-
 λυνταίειος ὁ θελήματι ἰδίῳ τῶν μερῶν ἀμφοῖν συ-
 νιστάμενος καὶ βελήματι. Ait, jusjurandum necessa-
 rium esse, cum actor deficientibus probationi-
 bus reo jusjurandum defert, quo lis deciditur,
 ac finitur, actorem autem de calumnia reo ju-
 rare. Et hoc postremum non esse propriè jusju-
 randum, sed tantum completi existimationem
 actoris: nec etiam litem finire. Plerumque au-
 tem reum neque jurare, nec actorem de ca-
 lumnia, sed jusjurandum à reo referri: quod &
 ipsum necessarium est, & causam finit, judicia-
 le, quod à judice in dubiis causis defertur, cum
 nulla alia veritatis eruendæ ratio superest:
 ὅτε οὐκ ἔστι μείζων ἀλλήλων σωτηρία παραφαίνεται, εἰ μὴ Δί-
 κῆς ἐκ τοῦ ὄρκου ἀληθείας: quo uno casu juran-
 dum censet Hierocles ad aurea P. Denique jus-
 jurandum voluntarium esse, quod ex utrius-
 que partis consensu præstatur: Verbis autem
 conceptis jurandum innuit idem Stephanus, id
 est, ut delatum est jusjurandum, l. 3. §. ult. D.
 de jurejur. Euripides in Medea: ἐξηγοῦ θεοῦς.
 Medea: ὄμνυ περὶν γῆς, πατέρας θ' ἡλίον πατρός
 τοῦ μοῦ &c. & paulo post ὄμνυμι γαῖαν, λαμπρὸν

ἡλίστε φῶς &c. Livius 7. Nisi quæ ipse concepisset verba juraret, & mox: Pavidus diis tribunus adjurat in quæ adauctus est verba. Vide Pliniū Paneg. cap. 64. Quod jus vetustissimum est: sic enim jurisjurandi formula præscribitur in Smyrneorum & Magnetum fœdere: Magne-tes enim jurant in certa verba: ὁμῶς Δία γῆν, ἡλίον, Ἀΐρη Ἀθῶν Ἄν Αἴρειαν καὶ τὸν Ταυροπόλον, καὶ τὴν μελέρρα τὴν Σιπυλήνῃν, καὶ Ἀπολλῶ τὸν ἐν Πάνοδος, καὶ τὰς ἄλλας θεὰς πάντας, καὶ πάσας, καὶ τὴν τῆ βασιλέως Σελεύκου τύχην, ἐμμενῶ ἐν ταῖς συνθηκαῖς αἷς συνθέμενοι πρὸς Σμυρναῖς εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον. Smyrnæi quoque ibidem ex formula jurant, dictataque jurant sacramenta Deis. vide Plautum Rud. A. I. Sc. II. v. 48. Præi verbis, &c. sic Curtius VII. c. I. Tuī omnes te præcunte juravimus.

Adfirmatio religiosa.) M. Tullius 3. de off. Est enim jusjurandum adfirmatio religiosa.

Firmantur) Plautus in Milite glor. act. II. Sc. v. Nisi das firmatam fidem. Jurejurando scilicet. Paulus, vel Lucas ut aliis placet, ad Hebr. cap. VI. v. 16. πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὄρκος & omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem est juramentum. Theophylactus ibid. τῶν ἐπισημῶν, ἐκ τῆς ὀρκῆς λύσει πάσης ἀντιλογίας ἀμφισβήτησις, καὶ γὰρ λέγουσιν ἄλλοι πολλά, καὶ ἀντιλέγουσιν ἐξ ἐπισημῶν μέρες, ὅτι ὄρκος τελευτᾷ & ἐπισημῶν καὶ βεβαίων τὰ ἀμφύβολα λύει πάντα, ex D. Chrysostomo. Oecumenius ibid. c. 8. καὶ πέρας πάσης ἀντιλογίας, καὶ ἀμφισβήτητος εἰς τὸ βεβαίωσται τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῦ ἐστὶν ὁ ὄρκος. Eusebius Pamphili in Cantica cantic. ὄρκος ἦ ἐστὶ λόγος & πισυόμενος & δὲ ἑαυτῶ τὴν ἀλήθειαν, quæ verbis eisdem exstant in Gregorii Nysseni Ho-

milia 4. in Cantic. cantic. S. Athanasius de passione & cruce Domini. ὁ ὄρκος ἀληθείας ἐστὶ μάρτυς. Heracleotes in Comment. in Psalm. 118. ὄρκω γὰρ βεβαίῃσιν εἰ τὰς πράξεις. adde Origenem ad eundem psalm. in Catena Patrum. Vide ad tit. XXI. in princ.

Judice tum teste) Qui jurat, Deos testatur. Θεὸς ἰσορροῦ ποιῆς, in jurejurando Hippocratis. Philo de vita Mos. μάρτυρία γὰρ ἐστὶ θεοῦ πρὸς πραγμάτων ἀμφισβησιμένων, ὄρκος. Adde eund. Alleg. II. & de special. LL. Gregorium Nazianz. in Definit. Cicer. loco cit. Ovid. epist. ad Acontium. Simplicius in Epictetum cap. 44. ὁ γὰρ ὄρκος μάρτυρα τὸν θεὸν καλεῖ, καὶ μεσίτην αὐτῶν, καὶ ἐξουητὴν, ἐφ' οἷς λέγει πρὸς χεῖρας. Proclus nondum edito in Parmenidem Platonis commentario: ὄρκος τὴν μάρτυριαν ἐπαγορεύει τῷ θεῷ. Ovidius Met. 6. fab. 7.

————— *Jurare volenti,*
Testarique Deos.

Et alibi: *Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris,*

Linguaque presentem testificata Deam?

Cassiodorus in psalm. 14. *Jurare est sub testatione divina aliquid polliceri.* —————

B. Augustinus in psalm. 109. *Quando juras quid facis? Deum testem adhibes.* Itaque perjurium dicitur abnegatio Dei: ἀρνήσις θεοῦ, ut ait Joannes Cantacuzenus hist. lib. 3. cap. 74. Non solum autem Deus testis advocatur, sed & Diæ adduntur. D. Paulus in 2. Epist. ad Corinth. cap. 1. 23. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τῷ ἐμῇ ψυχῇ: *Ego autem testem Deum invocō in animam meam.* Plutarchus Q. Roman. 44. *Omne jusjurandum, inquit, in execrationem perjurii desinit: πᾶς ὄρκος εἰς χεῖρας*

τελευτῆ τῆς ἐπιόρκίᾳς. Exempla passim exstant apud Homerum, Euripidem, Demosthenem, Apollonii Scholiast. lib. 2. vide Marmora Arundelliana p. 28.

Apud Nævium) Festus in v Sagmina.

Virgil.) lib. 2. Æn.

Non est autem act. ex jur.] ut docet Cujac. Obs. xxii. 7. Solo enim æquitatis vinculo sustinetur, l. non solum ii. §. i. D. de injur. l. Stichum 95. §. naturalis, D. de verb. oblig.

Nec ex pacto] Ex nudo pacto, id est, solo: id enim nudum significat: ut cum pignus dicitur nuda conventionem contrahi in l. i. ff. de pign. act. id est sola, l. justo 44. §. non mutat ff. de usurp. & usuc. idem interdum apud Græcos *χωρὸν* significat. Ex nudo inquam pacto jure civili actio non est, Paul. sent. 2. tit. 14. §. i. l. 7. §. quin imo ff. de pact.

Jure civili) Hypotheca enim & constitutum, quæ pacto contrahuntur, juris prætorii obligationes sunt: & ex constitutionibus ex nuda pollicitatione dotis nascitur obligatio. v. lib. v. tit. ii.

Nisi lege Julia.) Hoc jusjurandum est legitimum & libertus qui juravit, jurisjurandi sola religione tenetur, ad hoc jusjur. respicit Cic. 7. ad Att. 2.

Donum, munus.) Quid inter hæc intersit v. ad l. 194 ff. de verb. sign. Cornel. Fronto, *Munus, quod amicus vel cliens, vel libertus officii causa mittunt, &c.*

L. ult. ff. de liber. cau.) adde Gaius l. 2. t. 9.

Formatur pactum actionem *ὑποῖ*, Græci.

Procuditur.) hoc verbo utitur Varro, &

Luceret

Ex ipso contractu.) Pactum quod ex conti-
nenti adjicitur, id est, in ingressu contractus,
ut dicitur in d. §. quin imo, ab initio, §. i. inst.
quib. alien. lic. l. 24. ff. depos. l. 23. ff. de reg.
jur. l. 5. C. de pact. int. emp. & v. comp. *συσ-
χρόνως τῆ συνάσει τοῦ συναλλαγματος*, eodem tem-
pore, quo contractu celebratur, ut interpreta-
tur Scholiast. Harmenop. lib. 6. de divers. reg.
jur §. 55. pactum inquam, quod adjicitur sta-
tim atque negotium contrahitur, contractum,
& contractuum actiones format, actionem,
quæ ex contractu datur, format.

Ita jurejurando.) Hoc Cui. exponit in re-
citat. ad l. 8. h. t.

Tollitur actio injuriar) Actio injuriarum
pacto tollitur ex l. XII. tab. *Si membrum rupit,
ni cum eo pascit, talio esto.* Festus in v. talionis
tollitur & iurejurando, id est, cum reus jurat,
se lædendi mentem non habuisse. Sen. de Be-
nef. 3. cap. 27. vel injuriam se non fecisse, &
purgat pectora culpa, l. 5. §. hac lege, l. 11 §. 1.
ff. de injur. Martial. lib. 12. epig. 78. al. 80.

*Nil in te scripsi Bithinice, credere non vis,
Et jurare jubes, malo satisfacere.*

*Satisfacere est tantum facere, quantum sit
irato ad vindictam.* Ascond. Pæd. in 3. Verr.
Tacitus Ann. 13. *Furgia, preces, exprobratio, sa-
tisfactio.* Cum scilicet actio injuriarum pecu-
niariter movetur, non si extra ordinem agatur,
Græci ad d. l. 5. lib. 60. Basilic. tit. 22. lis enim
criminalis jurejurando non deciditur.

Naturalis obligatio.) Ipso jure, id est, æqui-
tatis potestate citra exceptionem, naturalis
obligatio justo pacto tollitur, quod etiam pro-
batur, l. 40. §. ult. con. l. 26. §. libertus, ff.

de cond. ind. & lege ultima D. de jurejur.

Eadem ex utroque) Ex pacto nascitur obligatio naturalis, l. 5. §. 2. ff. de solut. Joannes Saresberiens. Policrat. lib. 3. cap. ii. *Licet enim nuda promissio apud juris, ut dicitur, peritos, non pariat actionem, promissor omnis apud veritatem, ut dici solet, pollicem fixit, & jure civili cessante, fidei naturaliter obligatur.* Et ideo usuræ ex nudo pacto solutæ non condicuntur, l. 3. C. de usur. nam quod vel natura debetur, non repetitur.

Fidejussor datus tenetur.) Fidejussor etiam naturali obligationi accedere potest, l. 18. ff. ad SC. Maced. l. 6. §. ult. & l. seq. ff. de fidejuss. & Inst. de fid. in pr. qualis qualis obligatio sufficit, ut ei fidejussor accedat.

Nam in casu) Quasi diceret: ei quod supra dictum est, ex jurejurando nasci obligationem naturalem, non adversatur l. 56. ff. de fidei. ibi enim qui jurat, ideo naturaliter non obligatur, quia servus per errorem quasi libertus jurat de operis: solus autem libertus ex jurejurando obligatur, ut docet Cuj. h. t.

Et generaliter] v. Cujac. 1. Obs. 24.

Et mistis) Egit sup. libro de vindicatione rerum corporalium, & incorporalium, deque actionib. mistis, id est, familiæ ercisc. communi divid. & finium regund. quæ tamen magis sunt in rem quam in personam, ut docet Cujac. sup. fin. regund.

Exhibitoria) Actio enim ad exhibendum propter vindicationes inducta est, viam parat vindicationi, l. 1. & l. 3. §. est autem, ff. ad exhibend.

Si certum petetur.

TIT. II.

V. tit I. lib. 12. D.

Actio si certum petetur de rebus creditis proprie datur ex mutuo vel ex stipulatione quæ mutuacionem præcedit aut sequitur: & hic titulus igitur de mutuo. Mutuum est alienatio pecuniæ quæ fit sub lege reddendæ quantitatis ejusdem: consistit enim in his rebus quæ quantitate valent, non corpore. Fateor creditum dici *κρῖνός* Obligationem omnem, & *ιδίως* obligationem ex contractu, sed *ιδιαιτέρως*, obligationem ex mutuo: & creditorem eum qui mutuam pecuniam dedit, ceteros haberi creditorum loco, l. 10 & 11. de verb. sign. ac similiter, debitorem qui mutuam pecuniam accepit, l. 11. hoc tit. l. 4. §. is quoque ff. de obl. & act. & ita actio in personam quæ ei qui mutuam pecuniam dedit in debitorem competit, proprie dicitur certi condictio, vel actio si certum petetur de rebus creditis, & tamen sicut creditoris & crediti nomen accommodatur ad omnes causas ex quibus certum petitur, & ei adversa condictio incerti, etiam generalis actio est. sic autem illa verba edicti sive tituli hujus accipienda sunt: Si certum petetur dari. Contra in titulis: Si ususfructus petetur, Si ager vectigalis petetur, hoc modo, Si petetur restitui quasi suus, vel Si suus esse petetur, quia quæ in hoc tit. proponitur actio, condictio est, quæ in illis, vindicationes. Neque ve-

rò nostri, sed etiam alieni auctores plerunque rem creditam referunt ad solam mutui causam, ut cum Fabius rem certam creditam separat à locato & conducto lib. 4. & Seneca 3. de benef. Pars optima beneficij perit, si actio sicut certæ pecuniæ aut ex conducto & locato datur, & alio loco: Dies beneficio reddendo non dicitur, sicut creditæ pecuniæ. & apud Festum lex de pecunia credita fenebris.

Enarratio.

TIT. II.

SI certum petetur.] Pecunia enim certa petitur. Certa dicitur, cujus quantitas certa est. Pomponius apud Nonium in v. dicere: *Nummos certos dicas, dico quinquaginta millia.* V. Quintiliani locum ex lib. 12. c. 10. in fine hujus Tit. Per contrarium, *Incertum nec tempus, nec numerum. recipit*, ut ait Cornelius Fronto

Vel ex stipulatione,] Verbis etiam credimus, l. 2. §. vlt. ff. de reb. cred. creditor enim stipulatur hoc modo: *quantam pecuniam intra illum diem tibi credidero, tantam dari spondes?* Quintilian l. 4. c. 2. *Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione.* Cornel. Nepos in vita Attici cap. 13. *Pecuniamque sine fœnore, sine stipulatione credidit.* Itaque condictio ex stipulatione datur, siue numerationem præcedat, siue sequatur, l. 3. §. vlt. & l. contra 6. ff. de SC. Maced. l. Si ita 6. §. 1. & l. seq. ff. de Novat.

Alienatio.] Mutuum est alienatio, l. 3. ff. ad SC. Maced. §. 2. Inst. quib. alien. lic. Domi-

nus enim pecuniam facit accipientis, l. 2. §. 2. ff. de reb. cred. Basilica: τὸ μὲν χρέος γενικὸν ἐστὶ. τὸ δὲ δάνειον μετατίθισι δεσποτείας. Cirillus: τὸ δάνειον εἰς συνίσταται, εἰ μὴ ἐκποινηθῆ νομίσματα. l. nam et si 13. eod. l. qui negotia 34. ff. mand. & Inst. quib. mod. re contr. oblig. Boetius, qui fuit Juriscons. summus in Top. Cicer. lib. 2. *Quod mutuum datur, ex meo fit accipientis: atque ideo non cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam tantam.* Quod & ipsum conditionis nomen ostendit nemo enim rem suam condicit, §. sic itaque, Instit. de act. sed vindicat.

Pecuniæ) Pecuniæ appellatione hic intelliguntur ea, quæ pondere, numero, & mensura constant, ut in l. 2. §. 3. ff. eod. l. talis scriptura 30. ff. de leg. 1. & l. creditorum 11. ff. de verb. sign. & tit. de constituta pecunia, in quibus mutuum consistit.

Sub lege reddendæ) Mutuum damus recepturi, ff. l. 2. alioquin mera donatio esset.

Quantitatis ei.] Non speciei: mutuum non consistit in rebus quibus abutimur; εὐ τοῖς ἐν-
χρεῖα καὶ διαμένοις. Alioqui inutile mutuum esset accipienti: sive ut aiunt Græci: δάνειζόμενοις ἀχρήσιμον τὴν ἀνασκαζέσθαι πάντως αὐτὰ τὰ δανειοθέντα κατὰβαλεῖν τῷ δεδωκότι. adde Theop. ad tit. Quib. mod. re contr. oblig. in princ.

Non corpore.) Mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero & mensura constant. Hesiod. 1. ἐργ. κῆ ἡμερ.

Εὐ μὲν μετρεῖσθαι παρα γείτονος, εὐ δ' ἀπὸ ἑνὸς αὐτῶν τῷ μέτρῳ, κῆ λαῖν' αἴκο δῶναι.

Quem plerique omnes græci de mutuo capiunt, quod consistit in iis, quæ mensura con-

tinentur, quodque inter se, ὡς εἰχῶς, agricolæ
 contrahunt. M. Cato de re R. c. 5. *Satui semen,
 cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit ne-
 mini.* Poterit tamen & de his accipi quæ pon-
 dere constant, puta auro, argento non signato,
 & aliis ejusmodi. Vetus Homeri Scholiastes
 ἰλ. ν. μεδέπω νομισμάτων ὑπαρχόντων σαθμῶ.
 ἐδόνειξον οἱ ἀρχαῖοι χρυσίον ἢ ἀργεῖον ἢ τὰ παρε-
 πλήσια. Ea inquam, quæ pondere, numero &
 mensura constant, quantitate valent potius,
 quam corpore, l. i. §. non solum, ff. ad leg.
 Falc. l. si is cui nummos 94. §. 1. ff. de solut.
 Sunt quidem illæ corpore præditæ, sed nos eis
 ita fungimur, ut non tam corpus earum specte-
 mus, quam quantitatem (Cui Obs. lib. ii. c.
 xxxvii.) In his mutuum consistit, qui in ge-
 nere suo functionem recipiunt per solutionem
 quam specie, d. l. 2. subintellige τὸ magis, quod
 additur in retroeditionibus, solemni tam græ-
 cis quam latinis auctoribus loquendi adsuetu-
 dine Genes. xlix. 2. λευκοῖς οἱ ὀδόντες αὐτῶ ἢ γά-
 λα: Ἔ dentes ejus lacte candidiores. Matthæi
 cap. xvii. 8. καλὸν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν
 χωλὸν ἢ κυλὸν, ἢ: bonum tibi est ad vitam in-
 gredi debilem vel claudum, potius, quam, &c.
 S. Ignatius in epist. ad Rom. καλὸν ἐμοὶ ἀποθ-
 νεῖν ἢ βασιλεύειν Vetus versio: bonum mihi mori,
 quam regnare. Plutarchus in Alexandro: ἐγὼ
 δὲ βελούμιον ἐν ταῖς ἀδείται ἀρίστα ἐμπειρίας, ἢ
 ταῖς δυνάμει ἀφ' ἑρέων. Tit. Livius III. C. Clau-
 dii qui patruus Appii Decemvirus erat, oratio fuit
 precibus quàm jurgio similis. Apuleius in Apo-
 logia: Susceptum officii gratia, quàm lucri
 causa. Tertullianus de oratione cap. vii. Quia
 vult eam quàm mortem peccatoris. Paulus iv.

Sentent. tit. v. Meritis enim liberos quam pac-
 tionibus adstringi placuit. Sic etiam in l. 35. §.
 illud, C. de inoff. testam. libri veteres non ag-
 noscunt verbum magis. In l. 8. Cod. Theod.
Artis pretio quam divinitate metienda. In
 summa, res quæ pondere, numero & mensura
 constant magis in genere suo functionem re-
 cipiunt per solutionem quam specie, id est,
 cum res ejusdem generis solvitur, solutum rei
 creditæ vice facilè fungitur, & aliud pro alio
 solvi non videtur. Auctor Quæroli: *Quid tam
 simile quàm solidus solido est?* Neque enim pa-
 ritas specierum, sed identitas videtur, ut ita
 dixerim, à quib. longe differunt corpora, ut
 puta animalia, quæ permutationem promif-
 cuam non recipiunt: constant enim quæque
 proprietatibus suis, quas omnes facile in aliis
 ejusdem generis reperire non possis, non ma-
 gis fere, quam in alterius generis animalibus,
 quorum natura varia est & qualitatibus dispar,
 ἕκαστον μὲν γὰρ καὶ ἄλλῶς ὑπαρχειν δυνατὸν, τὰ δὲ πιν-
 τε ἔδειξεν, ut ait Ammonius ad Porphyrii Insti-
 tutionem c. 2. in fine, adeo ut vix duo aut ani-
 malia, aut plantæ, aliudve compositum quod-
 vis ejusdem esse naturæ aut qualitatis conspi-
 ciatur: τὰ ἐκ τῶν πρώτων τὸν τοῦ εἶναι εἰληχότα σύστα-
 σιν, πανσόφως κατεμερίθη, ἕτε τῆς ἐξ ὧν ταυτα συνέστη
 ἑσίας, ἕτε τῆς ἐξ αὐτῶν πιότητι. Δυνὲν ἐφεξῆς εἶδεισι
 ζώων, ἢ φυτῶν, ἢ ὅτε ἕτερον σωφελον τῆς αὐτῆς θεω-
 ρουμένης, αἰεὶ δὲ ἢ τῆς διαφορῶν καὶ κράσεως, καὶ συν-
 θέσεως ἐξελατῆσεως τὸ εἶδος, ἢ τῆς τῶν εἰδῶν διαφο-
 ρῶς ἕκαστε ἀντεφεληθμένης πλὴν ἀναλογούσαν κρῶ-
 σιν τῆς καὶ σωφελον. ut ait actuarius Methodi med.
 libro 1. cap. 2. Hunc autem locum è regio Co-
 dice exscripsi. In cæteris igitur rebus ideo mu-

tuum non consistit, quia functionem non recipiunt, mutua vice non funguntur, sed utique necesse erat aliud pro alio solvi: *παντότης ἕκ ἐστὶ τὸσοῦτω Διφροτόων πραγμάτων*, ut Proclus alicubi loquitur, *quæ inter se adeo differunt, non possunt videri eadem. πᾶσα Διφροσί ἀεσογνομένη τινὶ, ἐπερρίον ποιεῖ*, ait Porphyr. *Omnia differentia quæ rei alicui accedit, diversam ab aliâ constituit*, certum autem est, aliud pro alio invito creditori solvi non posse, d. l. 2. §. 1.

Obligationem omnem) etiam naturalem: ut puta, quæ ex nudo pacto quæritur obligatio, l. 5. §. 2. ff. de solut. Sed hæc per abusio- nem dicitur obligatio, cum ejus vinculum necessitate non adstringat, & cui natura tantum debetur, minus proprie creditor dicatur, & creditum igitur *κοινῶς* dicitur obligatio omnis. Proprie autem dicitur obligatio, quæ ex contractu est, l. 1. D. de reb. cred. l. 10. 11. & 12. ff. de verb. sign. sed maxime obligatio ex mutuo, l. 2. §. 2. ff. de reb. cr. quod & auctores Basilic. perceperunt: sic enim verterunt illa Pauli, in ceteris ideo in creditum ire non possumus, & c. *ἐπὶ γὰρ τῶ λοιπῶν πραγμάτων δάνειον ἐπισημασται*, l. 3. §. 2. & 3. ff. de SC. Macedon. l. si ventri 24. §. 1. ff. de bon. auctor judic. poss. l. tutor 19. §. ult. ff. ad SC. Vell. d. l. 11. l. omnem 20. ff. de judic. Nov. 4. c. ult. in fi. Seneca 1. de Benef. c. 2. *Alioquin in formam crediti transeunt*. Cornel. Fronto: *Committimus consilia, credimus pecuniam*.

Et creditorem eum) ut tit. C. si advers. credit. & apud Græcos *δάνειον*, & *δανειστής*. Glossæ Græco-lat. *δάνειον*, *mutuum*, *δανείζω*, *mutuo*, *δανείζομαι*, *mutuor*. Constantin Harmenop.

Epitom. libro III. titulo v. §. 62.

Actio in personam) Condictio dicitur omnis actio in personam, qua intendimus adversarium nobis dare aut facere oportere, §. appellamus, Inst. de act. sed tamen actio mutui proprie dicitur certi condictio; Inst. quib. mod. re contr. obl. in pr. & §. item is, de oblig. quæ ex contr. & in juris Glossario definitur, *ἡ παθητικὸς λόγος τοῦ αἰκείας δανείας*, Ratio, qua speciale creditum sive mutuum repetitur. Verum accommodatur ad omnes causas ex quib. certum petitur, l. certi 9. ff. de reb. cred. sicut creditor dicitur, cui debetur ex omni causa, d. l. II. Idem juris glossarium: *κονδικτικὴ κέρη, ἢ γὰρ ἡ ἀπαίτησις φανερά, καὶ δηλῶς ὁρισμῶς πρᾶγματος*. *Certi condictio, id est. certæ & manifeste definitæ rei petitio.*

Mutuum pecun. ded.] Falluntur Latini, qui putant in hanc actionem pecuniam tantum numeratam venire: per eam enim res quælibet certa petitur, decepti sunt, l. I. ff. de cond. tritic. sicut & Græci, qui ad tit. ff. hæc adnotant: *ἐγὼ δὲ ὄμαι, τὸ μὲν δῆλον εἶπεῖν ὡς ἡ παρονομασίη φησι, ἀλλὰ τὰ νομίσματα, κέρη δὲ εἰσὶν αὐτὰ, καὶ ἐπὶ αὐτοῖς ὁ κέρη κονδικτικὸς κινεῖται*. *Certum dicitur propter numeratam pecuniam: ea enim demum certa est, ac per certi conductionem petitur.*

Vel actio si certum pec. Non statuit hic, & Notat. 2. c. 4. differentiam inter certi conductionem, & actionem si certum petetur, quæ datur ex mutuo, tametsi primo alia eisententia federit.

Condictio incerti) Condictio incerti generalis est, & competit ex omni causa, ex qua in-

certum petitur. Ejusmodi sunt *servitutes*, l. si tibi 8. D. de action. emp l. si binarum 35. D. de serv. urb. *obligationes*, l. 3. sup. de postul. l. 3. inf. de cond. ind. l. si quasi 7. inf. de non num. pec. *liberationes*, l. 3. D. de condict. si ca. l. si heres, D. de act. emp. *possessiones*, l. & ideo 12. §. ult. D. de cond. furt. l. indebiti 15. §. 1. l. qui exceptionem 40. §. pen. D. de cond. ind. l. heres 21 D. ad SC. Trebell. l. 2. D. de cond. trit. denique *facta*, quia non sunt, nisi cum fiunt, vel postea quam facta sunt. v. Cuj. ad l. 74. D. de verb. obl.

Etiam generalis actio est.) Hoc ait. Actio quæ creditori competit adversus eum qui mutuum pecuniam accepit, proprie quidem dicitur certi condictio: & hæc est specialis certi condictio: & tamen sicut creditoris appellatio generalis est, & certi condictioni adversa, condictio incerti etiam generalis est. Denique condictio quæ ex causa mutui competit, specialis est, certi autem condictio, quæ ex omni causa competit, ex qua certum petitur, generalis. Condictio igitur tam certi quam incerti accommodatur ad omnes causas ex quibus certum petitur. v. Not. Mercat. lib. 2. cap. 1.

Verba edicti, sive tit.) Edicta Prætorum titulis distinguebantur, l. 1. ff. de in integr. rest. quò alludere videtur Tertullianus, de Pudicitia. *In primis titulis cælestis edicti.*

Si certum pet. dari.) Est enim actio in personam, qua intendimus debitorem nobis dare oportere.

Si usufr. pet.) lib. 7. D. t. 6.

Si ager vectig.) lib. 6. D. t. 3.

Quasi suus.) Emphyteusis enim quasi domi-

ium tribuit, l. 1. §. 1. D. si ag. vectig.

Condictio est.) actio in personam.

Vindicationes) Petitiones: in his enim petere, est vindicare, ut in l. non solum 33. §. si mihi, D. de usurpat. & usuc. & petitio, actio in rem, l. actio 28. D. de obligat. & act l. 1. D. ad SC. Maced. l. 1. D. ad SC. Vell. l. pecuniæ, 178. §. 2. D. de verb. sig. ut petitio hereditatis, est vindicatio, l. 3. D. de petit. hered. Petitur igitur usufructus, id est, vindicatur, ut tit. D. si servit. vindic. actione confessoria: & fundus actione vectigali vindicatur à quovis possessore.

Separat à locato) hic locis ita emendandus est: separat à legato, lib. IV. & Seneca III. de Ben. à locato conducto.

Lib. 4.) cap. 2. adde: Idem lib. VII. c. 2. *Nam depositi, furti, creditæ pecuniæ.* Et lib. 12. c. 10. *De interdictis, ac sponsionibus, & de certa re credita dicet.* Quintilianus declam. cclxxiix. *Decem milia à me petis. quo jure, qua causa? credidisti an deposuisti?*

Sen. 3. de Ben.) c. 7.

Alio loco) c. 10. adde eundem lib. de Benef. . 4. Marcus Cato de re R. c. 5. *Injussu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat.*

Festum) In v. fœnus. adde: Julius Cæsar de . C. 3. *His rebus confectis, quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.* Martialis lib. 8. epigr. 37. con. epig. en. lib. 9.

De suffragio.

TIT. III.

ESt & alia si certum petetur de chirographi
 in C. Th. de qua l. ult. tit. superioris, & l.
 89. D. de sol. & alia si certum petetur de suf-
 fragiis in eod. Cod. & quæ hoc tit. proponi-
 tur. Et tenetur quidem ea, qui honorem, vel
 quid aliud quod desiderabat impetravit à prin-
 cipe, suffragante & intercedente aliquo, ut rem
 pecuniamve certam quam ei pro isto officio,
 pro suffragio, faventia, intercessione, fidepro-
 misit, præstet. nec enim est illicita stipulatio:
 imo suffragium in aula uniuersum eblandiri &
 pecunia elicere, & suffragium, modo non sit
 fumosum, vendere licet. quod tamen post Ti-
 berius vetuit No. CLXI. & videtur non obtinuis-
 se ante Constitutionem hujus tit. nam & solu-
 ti suffragii olim repetitio fuit, sicut alex so-
 lutæ constitutione Juliani, nec fuit soluti re-
 petitio, nec petitio non soluti.

Enarratio.

TIT. III.

SI cert. pet. de chirogr.] Actio si certum pe-
 tetur de chirographis, nascitur ex chirogra-
 pho, sive syngrapha, in qua debitor prohte-
 tur, se mutuam pecuniam accepisse.

Si cert. pet. de suffrag.) Actione si certum
 petetur de suffragio tenetur, qui honorem, qui
 à principe defertur, vel quid aliud suffragante

aliquo, qui apud principem gratia valet, impetravit puta, officialium atque apparitorum gratiam favoremque mercatus, ut apud Salvian. III. cont. avarit.) ut quod suffragii nomine promisit, præstet. Suffragium accipitur pro intercessione apud Principem.

Dicitur etiam quod suffragii nomine datur, aut promittitur, l. ult. inf. de silent. Glossæ juris: *σφραγιον, βοεδός, ὄθεν κὴ τὰ παρεχόμενα ἐπὶ τῷ βοηθῶντι πινὰ σφραγία καλεῖται.* lege, *σφραγιστῶν.* Suffragator, adjutor, unde quæ præstantur alicui ut favorem, & opem præbeat suffragia dicuntur. Gloss. lat. gr. *suffragium, δόσις* Agrætius: *suffragia, quæ donantur.*

Impetravit) Nec enim suffragatori datur actio antequam id quod desideramus, obtinuerimus.

Suffragante) Cujus gratia Princeps aliquid indulget, cuique magis dare creditur, quam ei pro quo quis intercedit. Joannes Hierosolymitanus in Matthæum capite iv. Homilia iv. *Si ab Imperatore quærat homo aliquod beneficium dignitatis, & ipse non habet tantam fiduciam petendi, neque amicitiam impetrandi, vadit ad fratrem Imperatoris, aut ad amicum charissimum, ut intercedat ad illum: sic dicit illi Imper. Ecce ego hoc beneficium non illi do, sed tibi: id est, propter te illi do: nam non illi donatur, cui datur, sed illi propter quem datur.*

Ut rem) mobilem, vel immobilem.

Pecuniamve certam) quantitatem certam: certum enim petitur.

Faventiâ] Accius Oenomaio: *Augustam ad-bibeant faventiam.*

Illicita stipulatio] Videtur inhonestè, pro-

digè, & nefariè promitti, quod honoris adipiscendi causa promittitur, l. i. C. Theod. eod. honores enim iudicio principis consequi gloriosum: pecuniâ redimere fœdissima nundinatio est. Sed aliud est intercessori aliquid rependere, aliud honores, & magistratus coëmere, ac malis artibus parare.

Hoc tantùm prohibitum, ne quis alio suffragante præter merita dignitatem consequatur. Am. Marcellinus l. 20. *Statuo ut neque civilis quisquam iudex, nec militiæ rector, alio quodam præter merita suffragante ad potiozem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, discessuro.*

Fumosum] Suffragium fumosum dicitur, cum quis suffragium promittit, & intercessionem apud principem pollicetur, cum revera non suffragetur, & fumi venditor dicitur, qualis ille Vetronius Turinus, de quo Lamprid. in Alexand. Seu. D. Augustinus serm. xxii. de verbis Apostoli, cum essemus in carne: *Non vobis fumos vendant qui dicunt, sancti sumus.*

Non obtinuisse] Videtur obtinuisse tempore Vespasiani. Sueton. Vespas. cap. 23. *Exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sed postea veteræ pactiones ejusmodi, ut arguit ff. l. i. d. his verbis: Quia leges Romanæ ejusmodi contractus penitus ignorant.*

Repetitio fuit] Id colligitur ex d. l. i.

Sicut aliàs sol.) Ut dictum est sup. de alex lusu

Const. Jul. d. l. i. cujus meminit Ammianus Marcellinus lib. xxii. *Lex est promulgata, qua cavetur nullum interpellari suffragatorem super his quæ eum recte consiterit accepisse.*

Nec

Nec petitio non soluti,) Hodie non modo soluti repetitio non est, sed promissi etiam petitio est, l. 2. C. Th. eod. quod etiam probavit Iustinianus ea constitutione in codicem suum relata Idem tamen quidquam suffragij nomine dari postea prohibuit Nou. 8. id est, nullo dato vel promisso iudices honores adipiscuntur, ut in l. 22. C. de advocat. diversi iudic. sine quadam suffragij solutione, Basilica uno verbo, *œsing, gratis & sine ullo sumptu.* vide Cujac. ibid.

De prohibita sequestratione pecuniæ.

TIT. IV.

ACTIONE si certum petetur de rebus creditis, pecunia, id est quantitas, petitur certa, & quamvis aliarum rerum que in iudicium deducuntur sequestratio fieri possit ex causa, etiam liberarum personarum; pecuniæ tamen quæ petitur sequestratio hac lege prohibita est; quia res quæ certum corpus habent facile interverti possunt, quantitatis nullum subest corpus. & videtur abrogari l. 1. Cod. Th. si cert. pet. de chir. que uno casu admittit sequestrationem si de falso chirographo exoriatur questio inter debitorem & creditorem, quia generalis est prohibitio hujus legis. Sequestratio est translatio possessionis rei litigiosæ in tertiam personam facta consensu partium, vel auctoritate iudicis, ea conditione, ut qui vicerit, ei ea res reddatur, restituatur. Et alio significatu, in certamine aliquo, in quo liceat sponsonem facere, ut l. 3. D. de aleator. Sequestratio est

apud judicem sponſionis facta depositio pignoris utraque ex parte, qui judex sponſionis etiam Sequeſter dicitur, & veteribus Sculna, ut illo Macrobij loco 3. c. 17. Sponſione comprehendit, digno Sculna Numatio Planco, qui tam honesti certaminis arbiter electus est. & in hunc quidem sequeſtrem est actio præſcriptis verbis quasi ex novo negotio, l. 18. §. ult. D. de præscr. ver. in illum actio depositi, l. ei apud §. 1. l. si in Asia §. cum sequeſtre, D. dep. & aliquo casu præſcriptis verbis, l. si quis adfirmavit §. Labeo, de dolo: nam etsi auctore judice sequeſtratio facta sit, sicut publica persona alteri stipulatur recte utilèmq; actionem parat, ita judex in deponenda ea re de qua agitur paciscendo vel legem dicendo ei secundum quem litem dederit, cavere potest & parare actionem depositi sequeſtrariam.

Enarratio.

TIT. IV.

Aliarum rerum) mobilium, si fides ejus sus-
specta sit penes quem res est, l. si fidejuf-
sor, 7. §. ult. D. qui sat. cog.

Liberę person.) l. 3. §. ult. D. de lib. exhib.

Pecunię) Summę, quantitatis.

Interverti possunt) Res igitur immobiles
non sequeſtrantur: nec enim interverti pos-
sunt; fructus tamen agri pendente lite rectè
sequeſtrantur, l. ab executione §. C. quor. appel-
lat. non recip. l. Imperatores 21. §. ult. ff. de app.

Auctoritate judicis) l. postquam §. §. 1. D.
ut legat. nom. cau. d. l. 7.

Macrobian] & A. Gell. lib. 20. cap. ult. Glossæ latinogræcæ: *scilna, σωθηνοφύλαξ.*

Novo negotio] Quod proprium nomen non habet, nec enim propriè est depositum.

Parat) §. cum autem, instit. de act. l. 2. C. cod.

Sequestrariam) Sic appellatur in l. si in Asia §. cum sequestre, D. de pos. & l. si quis adfirmavit §. Labco, D. de dol.

De conditione indebiti.

TIT. V.

V. tit. 6. lib 12. ff.

EAdem actio datur ex mutuo & ex promutuo, nempe condictio, l. §. is quoque, D. de oblig. & act. Indebiti solutio promutuum est maxime si ea solvantur, quæ pondere, numero vel mensura constant, quia id in solvendo actum videtur, ut si forte appareret indebita pecunia quæ soluta est, eam habeat is qui accepit quasi mutuam, quæ tacita obligatio dicitur, l. 13. in fi. D. Commod. Sed & aliarum rerum non debitarum solutionem indebiti conditio revocat quasi ex tacita obligatione, vel quasi ex contractu, puta rei datæ solutæve sub lege recipiendi, Conditio certi vel incerti, nec enim corporis tantum aut quantitatis indebitæ conditio est, sed etiam cujuslibet rei incertæ, veluti possessionis, aut cautionis, aut juris cujusvisque, quæ numerantur inter *λόγω θεωρητά*, & quæ aliter dicuntur *κενὰ ἢ νοίσεε μένον ληπτά*. At enim ei tantum hæc actio datur

qui indebitum, id est quod nec natura debuit solvit per errorem facti, non per errorem juris, vel qui dubitans factique incertus solvit. Nam qui sciens solvit, etiam si dixerit, Solvo non Dono, donat verius quam solvit. Et ei qui rem solvit non pœnam: nam pœnæ solutæ condictio non est, etiam si ad causam indebiti reciderit. Ergo nec ei condictio datur qui ex ea causa solvit quæ inficiatione crescit, lege 4. hoc tit. Proinde si ex causa iudicati solverit ignorans se non rite & ordine iudicatum, vel falso credens se condemnatum esse, condictio cessat, l. 1. hoc tit. non quia civiliter obligatus fuerit, sed quia ex causa solvit quæ inficiatione crescit: constat enim actionem iudicati ex inficiatione crevisse in duplum ex Paulo in Sentent. & eum qui ex his causis solvit, scientem videri indebitum solvisse propter metum periculi quod inficiatori imminet non implenti intentionem suam, arg. l. si non sortem §. si non falso, D. eod. qua de causa recte in l. eleganter §. ult. eod. Ab initio, quia secus est si ex inficiatione.

Enarratio.

TIT. V.

DE oblig. & act.) §. is quoque, Instit. quib. mod. re cont. obligat. & §. item is cui, Instit. de oblig. qu. ex contr.

Promutuum / Quasi mutuum, mutuum tacitum. Promutuum in l. ex conducto 15. §. item cum quidam, D. loc. & l. Sthico 4. §. servus, D. de statulib. accipitur pro eo, quod prorogatur, & in antecessum datur. *προκατα* græ-

ci vertunt, ut Harmenop. Epitom. lib. 2. tit. 11. §. 21. Basilica lib. 48. tit. 5. *ἢ ἀεὶ ἄλλοις, ἢ ἀεὶ ἑαυτῶν ἀλλοῖς δέδωκεν* Scævola dixerat, *Et insuper etiam promutuum eis dederit, d. §. servus.* Eadem autem forma dictum videtur promutuum, qua procommodatum, Glossæ græcolat. *προχρησῶν, procommodare.*

Quæ pondere) Si ea solvantur, quorum datione in creditum itur. tantumdem igitur condicitur quasi ex causa mutui.

Sed & aliarum rerum) Quibus in creditum non itur, quæ in mutui causam non veniunt. puta si corpora solvantur, ut supellex, non quantitates, sive ea, quæ pondere, numero & mensura constant, indebiti condictio est: Nam qui accipit non obligatur ex promutuo.

Quasi ex contr.) Quasi id actum sit interdantem & accipientem, ut si postea appareret indebite solutum condiceretur.

Certi vel inc.] Condictio duplex est, certi & incerti, vel enim corpora condicimus, aut quantitates, & condictio certi est: vel rem incertam, veluti possessionem, cautionem, servitutem, & incerti condictio est.

Λόγω θεωρητικῆ] Celius Aurelianus acut. morb. l. 2. c. 16. *Accepta per vias mente sensas, quas Logotheoretos appellat.*

Quod nec natura) Nam si naturâ debuit, condictio non datur, l. sed si 9. §. ult. & l. seq. D. de SC. Maced. Atqui in specie legis *Naturaliter* 13. D. h. t. pupillus locupletior factus, naturaliter & quasi civiliter obligatur ex constitutione D. Pii, & tamen si sine tutoris auctoritate, *τὸ χρέος νόμῳ ἢ φύσει γινώσκόμενον,* *Quod jure ac natura debetur, nondum pubes*

factus solverit, nummos repetit, si extant, quod rationem habet: pupillus enim id quod solvit non facit accipientis, quia sine tutoris auctoritate nullam rem alienare potest, ut docet Theoph. tit. 8. institutionis 2. Naturalis autem obligatio condictioem impedit, si pubes factus solverit, quia eo tempore solvit, quo lex ei alienandi facultatem concedit. κατέβαλε ἐν κραιῶ καὶ ὄν, alienatione δίδωσιν αὐτῷ ὀνόμας, ut aiunt Græci.

Per errorem facti] Veniam fere habet ignorantia facti: ἡ δὲ ἄσφοιας ὑπέχει δίκην: Nulli ignorantiae dica scribitur, Syrianus in Hermog. Qui igitur falso se debere credens solvit, repetit, l. si per ignorantiam 6. & l. seq. h. t. errans igitur in causa traditionis rei suæ dominium amittit, Theoph. ad §. 1. instit. quib. mod. re contr. oblig. alioquin non condiceret, sed vindicaret. Actio in rem competit cum dominium non transfertur: certi condictio cum res facta est accipientis, l. interdum 29. & l. si in area 3. D. eod.

Per errorem facti] Διὰ εὐλογὴν ἀγνοίαν, ἢ πλάνην qui justus & probabilis error est: ἡ μὲν δὲ ἐκμελεῖ καὶ μαζαίαν ἀγνοίαν, quæ supina & dissoluta ignorantia est, Theodor. Hermopol. ad l. 53. D. de reg. jur.

Non per erro. jur.). l. error 9. inf. ad leg. Falc. l. cum quis 10. sup. de jur. & fact. ignor. nulli enim eorum qui in orbe Romano sunt, jus ignorare conceditur. Minori tamen, mulieri, militi, & rustico juris ignorantia non nocet, v. sup. de jur. & facti ignor.

Qui dubitans) Anxius animi atque incertus. Dubitatio media est inter ignorantiam &

scientiam. Aristoteles ait, eos qui dubitant, & vacillant vinētis similes esse ἢ γὰρ ἀπορεῖ, ταυτη περιωλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις ἀδωάτου γὰρ ἀμφοτέρως προσελθεῖν εἰς τὸ ἔμπεσοδιον. Quatenus dubitat, eatenus simile quiddam vinētis patitur: utroque namque modo impossibile est ad ulteriora procedere. Metaphys. lib. 2. c. 1. Placet tamen Justiniano, incertos animi, sive eos, qui mente titubante solvunt, ut ipse loquitur, magis ad ignorantes accedere, l. ult. h. t. nam qui dubitat nescire videtur, l. ult. §. fin autem C. de furt. l. 2. D. quis ordo in bonor. poss. serv. l. 1. D. de leg. 3. in l. 1. D. de interrogat. in jur. fac. Qui dubitat, Basilica vertunt, ἀσροών, ignorans, qui dubitat, errat. Glossæ latino gr. Titubat, σφαλλέαι, σφαλζει, ideoque solutum repetit qui dubitans solvit.

Nam qui sciens) Qui sciens solvit, non repetit, l. 1. §. 1. & l. si non sortem 26. §. 2. ff. eod. l. indebitum 9. h. t. l. eum qui 22. §. 1. ff. de inoff. test. etiamsi dixerit solvo, non dono, l. quod quis sciens 50. ff. eod. magis enim donat, quam solvit, l. cujus 53. ff. de reg. jur. Græci ad l. 1. ff. h. t. τοῦτο νόησον, εἰ μὴ ὑπὲρ τῶ φ. νν. εἰς τὸ κατὰ βληθέν, ὁ γὰρ ἐν εἰδήσει μὴ χρεωστούμενον κατὰ βλαλῶν, δεκεῖ δωρεῖα ὑπὲρ δ' τῶν φ. νν. δόσις δὲ χα πρᾶξιως ὑπομνημάτων ἐκ ἔρρωται. Volunt: solutionem, quæ instar donationis est, intra aureos quingentos cohibendam: majores enim actis intervenientibus insinuari debere.

Pœnæ solutæ] Quod pœnæ nomine solutum est, non recipitur, l. pœnæ 42. ff. eod. l. quod à quoquo 46. ff. de reg. jur.

Ergo nec ei) Cujacii collectio est. Qui sciens solvit, non repetit. Ergo nec condicatur, quod

ex ea causa solutum est, quæ inficiatione duplatur: videtur enim solvi à sciente, propter metum pœnæ dupli, ut ipse ait inf. h. t.

L. 4. h. t.) & §. vlt. Instit. de obligat. qu. ex contr. veluti ex causa iudicati, depositi, ex causa tumultus, ruinae & naufragij, & aliis de quib. Paul. lib. 1. Sent. tit. 19.

Ab initio.) Vlp. ibi ait: si qua lex ab initio dupli statuatur actionem, solutum ex falsa ejus causa repeti posse: nam si ex ea causa, quæ inficiatione crescit, solutum sit, non repetitur.

De condictione ob causam datorum.

TIT. VI.

V. tit. 4. D. eod. lib.

Recte Stephanus, conditionem indebiti esse generalem, eaque posse condici data ob causam honestam causa non secuta, vel data ob causam inhonestam, sed & speciales eorum nomine proponi actiones hoc tit. & seq. Hujus igitur conditionis qua repetimus data ob causam honestam, veluti ob matrimonium matrimonio non secuto, generale nomen est conditio indebiti, speciale conditio ob causam dati causa non secuta, & speciali potius utimur quam generali, quia specialiter edicimus, qua ex causa dederimus. generali autem ubi dati nulla causa est quæ sequi debeat, ut si indebitum solverimus quod esse debitum arbitrabamur. qua de causa idem putat in Digestis, tit. de cond. indeb. recte anteponi speciales de cond. cau. da cau. non sec. & de cond.

ob turp. vel injus. cau. quemadmodum dicitur non esse novum, ut lex specialiter quibusdam enumeratis generale subjiciat verbum, quo specialia complectatur, l. si servus. § cum eo, D. ad l. Aq. Causam autem non pro principio agente accipimus, sed pro fine, quæ res dicitur proprie, non pro causa præterita, sed pro futura. hæc si fefellerit, id est si finita vel non secuta fuerit, condictio competit. Ob causam præteritam dati condictio non competit, l. damus, l. in summa. §. id quodque, D. de cond. ind. quod tamen ita accipiendum est, ut si dedi ob falsam debiti causam, quo me pridem jure civili obstrictum esse credebam, condictio indebiti mihi competat, non si dedi liberaliter remunerandi animo, vel alias naturalis obligationis solvendæ gratia: hoc enim casu condictio mihi non datur, quamvis erraverim, quia donare volui. Donat enim quis quod nullo jure cogente, id est nulla coactus solvendi necessitate solvit: idemque & solutio est simul & donatio, l. ro. §. si domini, D. de in rem ver. Ergo si vera siue falsa sit causa naturalis propter quam debitum solvitur, indebiti condictio cessat, d. l. damus, & l. in summa. ac proinde soluti condictio mihi non competit si refero gratiam & solvo ei à quo beneficium accepi. quia natura debui referre gratiam, & quia donavi, si ei à quo falso credebamme beneficium accepisse, quid donavi.

Enarratio.

TIT VI.

REcte Stephanus / Cujus hæc sunt verba li-
 bro vigesimo quarto Basilic. tit. primo in
 princ. Ακόλυστον μὲν ἂν αὐτὸν τὸν κέρλον γενικὸν κων-
 δικτικίον κῆ τὴν ὡς ἐν παραδείκῃ τῶ ὄρκων ἀφηγησιν,
 νῦν ὡς τοῦ ἐν δέβιλις διαλαμβάνειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἐν-
 δέβιλις κωνδικλίκις ὑπο τὴν ἰδικωτέρων αἰτίαν
 πιπτόντων κωνδικλίκιον ἐστὶ σημαντικός, οἷον τοῦ causa
 data : causa non secuta, κῆ τοῦ ob turpem cau-
 sam τῆτων γὰρ ἕκαστον τῶ κωνδικτικίων εἰ μὲν τὰ γενι-
 κῶ τὶς ὀνόματι καλεῖν ἐβελήσει. καλῶς ἂν ἐν δέβιλον
 εἴποι κωνδικλίκιον, εἰ ἢ ἰδικῶ, τότε causa data, cau-
 sa non secuta, ἢ ob turpem causam λέγειν ὀρεῖται.
 γενικός γὰρ εἶπον ὡν ὁ ἐν δέβιλις κωνδικλίκις, ἐν τῷ
 μὲν ἰδικωτέρων ἔυρη τῶ δεδομένων αἰτίαν, τότε μεδί-
 στην εἰς εἶδος αὐτὸν κῆ ἰδικωτέρων αὐτῶ περιλήψαι
 ὡς ὡς ὡς, οἷον, δεδωκέ τις ἐπὶ αἰτίας σεμνην ἢ ρ.
 τῆς αἰτίας μὴ γενομένης, ἐν δέβιλις μὲν ἔχει πάντῃ ὁ λα-
 βῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπὶ αἰτίας ἐδόθη, ταύτῃ ὁ γενικός
 ἐν δέβιλις κωνδικλίκις τὴν αἰτίαν εὐρίσκων εἰς εἶδος
 μεδίστην αὐτὸν, κῆ γίνεσθαι causa data, causa non
 secuta κωνδικλίκις τὸ αὐτὸ κῆ ἐπὶ τοῦ ob turpem
 causam, κωνδικλίκις φασκέν. ἐν τῷ ἢ τις μὴ χρεωστῶν,
 ὡς ὡς ἢ κῆ νομίσας χρεωστῶν καλέσθαι, ἐπειδὴ ἢ
 μὴ δυνατὸν ἐστὶν ἰδικωτέρων αἰτίαν τῶ δεδομένων εἰπεὶ
 εἰκότως ἐπὶ τοῦ γενικοῦ μένει ἐν δέβιλις κωνδικλίκις ὡς ὡς
 ὡς ὡς μὴ εὐρίσκων ἰδικωτέρων, ἐπειδὴ τοίνυν ὁ γε-
 νικός ἐν δέβιλις κωνδικλίκις πολλῶν ἐστὶ κωνδικτικίων
 ὑποσημαντικός, εἰκότως ὁ νομοθέτης πρῶτον ὡς τοῦ
 κατ' εἶδος ἐν δέβιλις κωνδικλίκις διαλαμβάνει, ἔπει-
 τα ἐπὶ αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν ἐν δέβιλις κωνδικλίκιον.

Posse condici data ob caus. hon.) Si verus debitor ei solvat, qui simulat se esse procuratorem creditoris, & creditor ratum non habeat, debitor adversus falsum procuratorem habet specialem conditionem ob rem dati, l. si procuratori 14. D. eod. habet & generalem conditionem indebiti, l. creditoris 8. sup. de condict. indeb.

Qua repet. data ob caus. hon.) l. 1. D. eod.

Matrimon. non. sec.) l. 1. h. t.

L. si servus] V. Cuj. lib. 17. Obs. c. 25.

Res dicitur propriè) l. 1. D. de cond. ob turp. caus. l. damus 52. D. de cond. ind.

Si finita) Si fine suo non potiatur, qui dedit.

Ob causam præteritam) Quod datur ob rem, si causam futuram, condicitur, si res & causa secuta non sit. Quod autem datur ob causam præteritam non condicitur, etiamsi falsa causa sit. Sed hoc perpetuum non est: nam quod dedi animo remunerandi, vel alias naturalis obligationis solvendæ gratia, non repeto, quia donare volui, id vero quod dedi ob falsam debiti causam, quo me jure civili obstructum putabam, repetere possum.

Referre gratias) l. sed etsi 25. §. consuluit, D. de peti. hered. Heliodorus Prusæus ad quintum Ethicorum Nicomachiorum c. 14. *Φυσικὸς νόμος ἐστὶ τοῦς ἐυεργέτας ἀντιπροσέειν.* Lex naturæ hæc est, ut beneficio beneficium rependamus.

De conditione ob turpem causam.

TIT. VII.

V. tit. 5. eod. lib.

EX superiore tit. didicimus, data ob causam honestam condici causa non secuta, ex hoc intelligimus data ob causam turpem, id est, bonis moribus adversam, non condici, si vel dantis solius turpis causa fuerit, ut si scorto mercedulam dederit, vel dantis & accipientis, ut si mercedula iudicem corruperit, l. 2. aut condici etiam causa secuta, si turpis causa solius accipientis fuerit, ut si dederit ut rem depositam reciperet, vel rem furtivam, l. 4. & pen. hoc tit.

Enarratio.

TIT. VII.

BONIS moribus) l. mercalem 5. h. r.
 Mercedulam dedi) Videtur quidem utriusque turpitudine versari ex veterum prudentium sententia. Hic pecuniam dedit ut corruptionem emeret: illa pudorem perdidit, ut pecuniam compararet. Valerian. homil. 20. Sed Laeoni & Marcello magis placuit, solius dantis esse turpitudinem, l. 4. §. 3. D. eod. Cyrilus ibid. ὁ δὲ δωκὼς πορνῆς ἔρῃ πεπλευεῖται, τῆς γὰρ δωκόλης μόνος ἐστὶν αἰσχρὸς ἢ αἰτία. Meretrix enim καταπορεύσασα τὸ κάλλος ἢ περιφύσσει τὸ ἴδιον τοῖς βελομένοις ἄριον, ut loquitur Basilius Seleuciae

I. de vita S. Theclæ, turpiter quidem facit Sopater in Divisione Quæstionum: οὕτω βιάσντες αἰχρῶς ἢ παρὰ τὰς νόμους ἢ μὲν ὡς ἐταίρου, ὁ δὲ ὡς μοιχῶς: sed non turpiter accipit, cum sit meretrix: d. §. 3. prostat enim quæstus causa, quæstui vivit. Theophilactus in epistol. i. ad Timoth. cap. v. ἢ γὰρ πορνῆ ἀργυρίῳ ἕνεκον ἐαυτῶν ἀποβίβει. Hinc quæstuarialia vel quæstuosa pro meretrice, l. 43. §. 7. ff. de ri. N. Glossæ vet. *quæstuarialia*. *πρακτικὴ*, *πορυσικὴ*. Interpres Irenæi adversus her. i. c. 20. Tertull. de cult. fem. Plaut. Mil. Glor. act. 3. sc. 1. Non condicitur ergo quod datum est, αἰχρῶς ἢ μισθαρνήσει γυναῖκας, ἢ τῶν τῶν σώματος ὄραν ὄμιον ἀποβίβεισι τοῖς ἐργασίαις: *iis, quæ corpore quæstum exercent.* ut verbis utar Cyrilli è sexto contra Julianum. quæ se omnibus pervulgant. Quid si perductori lucellum quoque datum sit, an condici poterit? non videtur: nam Lenonum quoque natio *πορυσικὴ*, omniaque lucri causa faciunt. Syrianus in Hermogenem: οἱ πορνοβόσσησι ἀπὸς ἀργυρίου πάντῃ πρατῆσαι, & turpiter igitur facit Leno, *μισθαρνήσει ἢ προαγωγῆς*, institor libidinis, sed non turpiter accipit cum si Leno.

Mercedulam, *μισθωμάριον*, Alciphron in epistolis, *ἀσσημ*, Petronius, pretium stupri. *μισθωμα*, lxx. Interpretes, merces meretricis. Suidas: *μισθωμα ὁ μισθὸς ὁ ἐξαιετικός*, captura. Vide Philon. *ἀπὸ τῶν μισθωμῶν πόρνης.*

Quid si stipulatio, cautione interposita sit, an quod mulieri quæstuarialia promissum, vel cautum est, peti potest? quidam ex veteribus mercedulæ promissæ meretrici actionem esse putabat. Sed verior est glossæ sententia ad d. §. 3. existimantis id quod tantum promissum

est, peti non posse, & confirmari potest constitutione Juliani in l. i. C. Th. si cert. pet. de suffrag. quæ soluti quidem suffragii repetitionem non concedebat, sed non soluti petitionem denegabat, sed & audiri non debet, quæ improbe ac inverecunde pretium stupri petit, quia desiderium ejus ἢ τῆ κτὶ τὸν Κσιτὸν πολιτεία, & bonis moribus adversum est.

Judicem corruerit.) Auctores nostri sic distinguere videntur: vel enim dedi judici, ut secundum me in bona causa pronuntiaret & conditioni locus est: solius enim accipientis turpitudine versatur. Ille est ἡμίκακος, *semimalus*, sive ut loquitur Philo, ἐφ' ἡμισεία πονηρευόμενος. Si autem pecunia detur, ut male judicetur, repetitio cessat: utriusque enim turpitudine versatur, ἢ τοῦ χρήματα δίδόντες, ἢ λαβόντες ἐπὶ διαφορᾷ τοῦ δικαίου, l. 2. §. 2. & l. seq. D. eod. quod est παμπονήρων ἀνθρώπων ἔργον eidem Philoni, *nequissimorum hominum factum*. In hanc sententiam auctores Basilicon dd. ll. ita in græcum convertunt: εἰ ἢ καλῶ δικῶ ἔχων παραίχῃ τῆ δικατῆ ἐπὶ τῶ ὑπὲρ ἐμοῦ ψηφίσασθαι, εἰ ἢ ἀναλαμβάνων ὁμοῦς ἐγκλήματι τῶ ημεμελῶ, τὸν δικαστῶ ὑποφείρων, ἢ ἐκπίπτω τῆς δικῆς. εἰ ἢ αἰχρότης ἐστὶ τοῦ δίδόντες, ἢ τοῦ λαμβάνοντος, ἀργεῖ ἢ ἀναληψίς, ὡς ἔνθα δικαστῆς λαβὴ ἐπὶ τῶ κακῶς ψηφίσασθαι. Scholiastes; σημείωσαι ὅτι καὶ καλῶ τῆς ἔχῃ ὑπόθεσιν, χρήματα ἢ παραίχῃ τῶ δικαστῆ, ἵνα φυλάξῃ αὐτῶ τὸ δικαίον, τὰ μὲν δόθενται ῥεπελίτευει Δρα τοῦ ob turpem causam κοινδικικίς. Aiunt, primo casu conditionem dari, quia judex turpiter accepit. Secundo casu non dari, quia turpiter accepit, & is turpiter dedit. Hanc quoque interpretationem sequitur Martinus Cossias, ut refert glossa ad d. l. 2.

Causa secuta.] l. 1. §. ult. ff. eod.

Deposit. recipit) l. 2. §. 1. eod. vel si quis dederit tyrocinii evitandi causa, l. 3. quam Græci sic interpretantur: ὁ μὲλλον στρατεύεσθαι, καὶ χρημάτων δέδωκώς ἐπὶ τῷ μὴ στρατεύεσθαι, ὅπως δέδωκεν ἀναλαμβάνει: *Qui militare debet, si pecuniam dederit, ne militet, eam repetit.* An recte, dubito, sed hoc alias excutiemus: hic enim Cujacium tantum καὶ πόδας interpretamur.

De condictione furtiva.

TIT. VIII.

V. tit. 1. lib. 13. D.

LEx ultima superioris tituli, quæ est tam de condictione furtiva, quam de condictione ob turpem causam, forte præbuit ansam subjiciendi statim specialis tituli de condictione furtiva, quæ tamen longissime distat à superioribus condictionibus. Nam illis rem alienam condicimus, condictione furtiva rem nostram contra regulas juris, & illæ ad rei recuperationem pertinent, hæc videtur etiam pertinere ad pœnam, quia odio furum comparata est, §. sic itaque, inst. de act. Si odio furum, & pœnæ causa igitur, l. qui exceptionem, D. de cond. ind. conjuncta l. sed etsi pater §. ult. D. ad Maced. & ut dicitur de actione in factum ex edicto de alien. jud. mut. cau. fac. l. quia pertinet, ita condictio furtiva licet ad rei persecutionem pertineat, videtur ex delicto dari, l. 10. §. quotiens, D. de comp. l. si cum mulier §. hæc actio, D. rer. amot. atque ideo videtur ei

etiam inesse vindicta, imo & infamia quædam, ut condictio rerum amotarum, l. 2. inf. rer. amor. quamobrem nec in heredem datur, l. 3. tit. eod. l. 9. §. ult. & l. 10. D. de tut. & rat. dist. nec in patrem vel dominum de peculio si nihil ad eum ex furto pervenerit, vel si ex eo locupletius peculium factum non fuerit, l. 4. ff. eod. l. 3. §. ult. de rer. am. l. servus, D. de act. emp. l. 3. de pecul. Et pignore subrepto à debitore si egerit creditor furti vel condictioe furtiva, ut depensam pœnam debito non imputat, neque restituit debitori, ita nec quod ex causa condictioe furtivæ ab eo consecutus fuerit, & integra debiti petitio est, l. si pignore ff. de pig. act. Et præterea superioribus condictioibus utitur is qui dedit, tradidit, vel promisit; condictioe autem ex causa furtiva, is quo neque dante neque volente res ablata est, nec continetur ut superiores sub condictioe indebiti. Domino autem, ut dixi, cui furtum factum est, datur ex hac causa condictio certi, & eæ fere sunt actiones in personam, quæ solis dominis dantur, Condictio furtiva, Damni injuria, Aquæ pluvix arcendæ, Arborum furtim cæsarum. Ex causa furtiva incerti condictio etiam non domino datur, d. l. si pignore, & l. ideo §. ult. D. eod. tit. l. 25. ff. de furt. l. 2. ff. de cond. trit.

Enarratio.

TIT. VIII.

Rem alienam) Dominium enim pecuniæ
perperam solutæ vel datæ ob causam ho-

nestam vel inhonestam transit ad accipientem :
alioquin vindicatio ejus esset , non condictio ,
l. 29. ff. de cond. ind.

Contra reg. jur.) Theoph. ad §. sic itaque,
de action. Nec enim recte intendo , rem meam
mihi dari oportere , præterquam adversus fu-
rem , l. 1. ff. eod. d. §. sic itaque l. ult. ff. usu-
fruct. quemad. cau. l. 1. §. 1. & l. 2. de con-
dict. tritic. dominium enim rei à me non abs-
cessit, sed hujus actionis instituendæ gratia fu-
rem rei nostræ dominium adeptum fuisse com-
miniscimur.

Pertinere ad pœnam] Vide VII. Observ. 37.

L. qui exceptionem] In l. qui exceptionem
40. exceptio Macedoniani dicitur dari in o-
dium fœneratorum , in l. sed si paterfam. 9. §.
ult. ob pœnam.

L. quia pertinet) Actio in factum de qua
sup. tit. 54. lib. 2. licet rei persecutionem con-
tineat, videtur tamen ex delicto dari : ita con-
dictio furtiva.

Infamia quædam) Stephanus ad l. 5. ff. eod.
negat esse famosam actionem.

Rerum amotar.] Et actionem rerum amot.
Interpres innominatus ad l. 25. & 26. ff. de act.
rer. amot. v. ad tit. xx. lib. v.

Nec in heredem datur.) id est, heres condi-
ctione furtiva non tenetur , nisi in id quod ad
eum pervenit , ut Cujacius interpretatur d. lib.
VII. cap. 37. nec obloquitur l. 9. ff. eod. ex qua
secundum plurimum sententiam condictio furti-
va in heredem in solidum datur. Cujacius ait
se ad tempus subsistere d. c. 37. Sed lib. XIII. c.
37. & inf. tit. 17. ait conductionem rerum fur-
fivarum in solidum dari, si lis contestata fuerit

cum defuncto, ut d. l. 9. adhibita l. 2. in fi. ff. de prætor. stipulat. & l. si hominem 7. §. 1. ff. depos. quo casu pœnales actiones contra heredes transeunt, §. ult. Inst. de perpet. & tempor. act. Accursius tamen ad l. 10. D. de tut. & rat. dist. scribit, condictioem morte non interire, quia rei persecutoria est, sed tantum actionem furti, & damni injuriæ. Secundo, heres in solidum tenetur si rem ipse contrectet l. si pro fure 7. §. ult. D. eod.

L. si pign.] Ulp. ibi ait, creditorem debito imputari e quod consecutus fuerit actione furti, vel condictioe furtiva. Si vero non extraneus, sed ipse debitor pignus subripuerit, pœnam furi non imputari: *ποινή γδ κατὰ βληθεῖσαι ἐκ ἀνελαμβανείας. Pœna depensa non repetitur*, ut notant Græci. Quid si creditor egerit condictioe furtiva adversus ipsum debitorem? nec imputari debito scribit Cujac. post Azonem: id est creditor pœnam lucrifaciet & rem, five ejus æstimationem. Irnerius vero contra putat, ut refert glossa ad d. l. si pign.

Vel promisit] L. is qui 30. D. de cond. ind. l. 1. sub de cond. ob turp. caus.

Nec continetur] *Nam quod ignorantibus solvitur, repetitur quidem, sed non condictioe furtiva: ἀνεπισρέφεται μὲν, ἐν μὲν Διγ. τοῦ φερίβου κονδικτικίς*, Græci ad l. 18. D. eod.

Cui furtum factum est) l. si pro fure 7. §. i. l. sed nec 11. D. eod.

Certi] l. certi 9. §. 1. D. de reb. cred. condictuntur autem ipsa corpora: in re 9. D. eod.

Damni) L. item Mela 11. §. legis, D. ad leg. Aquil.

Aquæ pluvix arcendæ) L. si tertius 6. §. si

quis, D. de aqua & aquæ pluvix arcendæ.

Arborum / l. 5. §. 2. & ult. D. arbor. furt. cæsar.

Incerti condictio / Creditor pignus quod ei debitor tradidit, naturaliter possidet, cum debitor possessionem in eum transtulerit, l. cum & sortis 35. §. ult. D. de pignorat. act. l. per servum 37. D. de adquir. rer. domin. Itaque si pignus creditori subreptum sit, erit incerti condictio, quia possessio inter res incertas numeratur: est enim res incorporalis. Cujac. Observ. lib. 9. c. 31. & c. 33.

Incerti cond. / Hoc etiam observant Græci ad l. 1. D. de cond. furt. ad illa, *Soli domino competit.* ἡ γυν, ὁ φούρλοθ & ἡ γυνδινλίθ & ὁ φανερός ὁ δ' ἀφανής & τῶ δαυεσῆ, & μὴ ὄντε δεσποτῆ ἀρμόζες Et ad l. 12. cod. lib. 60. Basilic. *Certi condictio domino competit: incerti enim, creditori & non domino competit.*

De condictione ex lege, & sine causa,
vel injusta causa.

TIT. IX.

V. tit. 7. lib. 12. & tit. 2. lib. 3. D.

Actiones in personam aut civiles sunt, aut prætorix, aut ex legibus vel constitutionibus, l. 2. infra de quad. præf. Civiles ex XII. tab. certæ & solemnes. Prætorix vel honorariæ ex edictis magistratum. Ex legibus novis veluti damni injuria ex lege Aquilia, quæ nomen usurpavit civilis actionis prodiæ eadem de re XII. tab. Aliæ sunt ex legibus novis, quæ

nomen ex antiquo jure translaticium nullum habent, quæ conditiones ex lege, veluti conditio ex lege Julia, & conditio ex lege Cincia, & ex legibus talariis conditio ejus quod in aleam lusum esset. Ex Constitutionibus sunt innumeræ, ut ex constitutione prima hujus tit. condicimus debitori nostro ante diem, si non suppetat aliud unde fisco satisfaciamus, cui sumus obnoxii ex causa militaris annonæ, nec locus est exceptioni, Cujus pecuniæ dies fuisset. Aliæ conditiones de quibus actum est supra, & quæ sequuntur Sine causa, & Ex injusta causa, inductæ sunt jure gentium ex bono & æquo, exemplo tamen civilis conditionis quæ ex mutui datione nascitur. Conditio autem furtiva in odium furum jure recepto singulari contra regulas juris. Sine causa est chirographum meum apud te, si nihil mihi credideris, vel si quod credidisti, omne persolvero tibi, l. 2. & 4. Sine causa ad malæ fidei possessorem perveniunt fructus rei alienæ, l. 3. & his casibus propriè locus est conditioni sine causa, & in casu l. 2. D. eod. & l. servus §. secundum, D. de act. emp. Sed concurrat etiam cum superioribus conditionibus: nam sine causa id etiam apud te, est quod indebitum, vel quod ob turpem causam accepisti, vel quod ob honestam causam causa non secuta, vel quod tu mihi furto abstulisti. Conditio ex injusta causa est, si quis dederit ex pacto non justo, puta facto, vi aut dolo malo, aut contra jura publica, vel stipulatione vi extorta, l. 7. D. de cond. ob tur. cau. Et de hac conditione nulla est sub hoc tit. constitutio, sed titulo ipso hoc tamen indicatur, promiscuum esse usum conditionis si-

ne causa & condictiois ex injusta causa : nam & quod sine causa habes, ex non justa causa habes, & contra, quod ex non justa causa, sine causa.

Enarratio.

TIT. IX.

EX XII. tab.) Legibus XII. tabularum latis, eodem ferè tempore actiones ex his compositæ sunt à prudentibus, quas ne populus prout vellet institueret, certas, solemnesque esse placuit, l. 2. §. his legibus latis, D. de orig. jur. certas ad numerum earum refert Cujac. solemnes autem ad formulam, & verba typica seu formalia, quæ tandem formularum conceptio sublata est, ut dictum est sup. tit. pen. lib. 2.

Prætorix.] Prætorix actiones sunt, quas prætor ex sua jurisdictione comparavit supplendi vel corrigendi juris civilis causa, §. sed istæ, Instit. de action. & §. furti, de perpet. & tempor. action. quæ & honorariæ dicuntur, l. actionum 25. §. ult. D. de oblig. & act. ut obligationes quas Prætor ex sua jurisdictione constituit, §. 1. Instit. de obligat. in prætoris autem actionibus continentur ædilitiæ, de quib. tit. D. de ædilit. ed.

Ex legib. novis.] Novæ leges dicuntur, quæ post leges XII. tabular. latæ sunt, l. tutelæ 7. vers. ex novis, D. de cap. min.

Damni injuria.) De damno injuria dato fuit actio domino ex XII. tabulis, l. quæcumque 96. D. de oblig. & act. hodie est ex lege

Aquilia, l. 1. D. ad leg. Aquil. quæ & ipsa civilis est, l. si heres 70. §. 1. D. ad Senat. Trebell.

Translatitium.) Sicut lex Aquilia, quæ nomen usurpavit civilis actionis, de eadem reproductæ lege antiqua, translaticia veteres dixerunt, non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata, ut scribit Ascon. in 3. contra Verr.

Condictiones ex lege.) Condictio ex lege competit, si lex nova, quæ obligationem introduxit non caverit, quo genere actionis experiendum sit, l. un. D. eod. & dicitur condictio ex lege, ἢ γὰρ ἀπαιτήσις ἐκ νόμου ἐπιζομένη, sive actio à lege constituta, vel quæ datur ex auctoritate legis. Huic conditioni similem esse bonorum possessionem ut ex legibus scribit auctor ἐναντιοφανῶν Basilicῶν lib. 45. tit. 1. παραπλήσιον ἐστὶ τῷ εἰρημόνῳ πρὸς τῆς ex lege β. ιγ. τίτ. β. ὅτι ὅσους νέος νόμος ἐισαγῶν μὴ εἴπω πλὴν ἀγωγῶν, ὁ ex lege ἀρμόζει.

Condictio ex lege Julia.) Si maritus negotium gerens uxoris, vel etiam ea invita servum dotalem manumiserit, ea maritus uxori præstat, quæ à liberto ad eum quasi ad patronum pervenerunt, & eo nomine datur condictio ex lege Julia, ut vel res ei, vel cautio præstetur l. hæc actio 65. D. de solut. Vide Cujac 2. Observ. cap. 34.

Ex lege Cincia.) Lege Cincia cavebatur ne quis ob advocationem pecuniam donumve acciperet, ut scribit Tacit. Ann. 11. Ejus meminit Arnobius 2. advers. Gent. & Festus in Muneralis. Si quis igitur pretio causas orasset, dati condictio erat ex lege Cincia, l. ut mihi 21. §. 1. D. de donat. Cujac. Parat. D. de cond. ex leg.

Legib. talariis.) Leges talarias vocat cum

Plaut. Milit. glor. act. 2. sc. 2.

Quod in aleam esset] De condictione hac dictum sup. tit. 43. lib. 3.

Sunt innumeræ.] Vide §. tripli, Instit. de action.

Debitori nostro] Hæc conditio non datur fisco, ut Azoni, & Accursio placebat, & Schœliast Synops. Basil. lib. 7. Sed debitori fisco obnoxio ex causa primipili, ex Fulgosi, & Cujacii sententia.

Ex causa milit. annonæ.] Sic Basilica primipilum interpretantur hic, & Synops. lib. 7. & 9. Vide Cujac. ad l. 3. C. de cohortal.

Cujus pecuniæ dies fuisset.] Debitum ex tempore differtur, l. sin autem 29. D. de leg. 1. & qui ante diem petit, plus petit. Sed id extorsit annonæ militaris necessitas, ἡ ἀνάγκη τῆς ἀποτροφῆς τῶν στρατιωτῶν ἐργήσῃ, καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας πρὸ ἀπαιτήσῃ, ut ait Scoliaft. Sinops. Basil. d. lib. 7. Nec debitor se tueri poterit exceptione, quòd pecunia petatur, cui solvendæ dies adiecta esset. Cicero 1. de Orat. *Homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur: cujus pecuniæ dies fuisset.*

Iure gentium.] L. rerum 25. D. de act. rer. amot.

Ex æquo & bono.] L. pen. D. de condict. indeb

Ex bono & æquo.] Jurisconsulti æquitaris naturalis ratione introduxerunt conditiones indebiti, ob rem dati, sine causa, & ex injusta causa: οὐ γὰρ ἡ φύσις τοῦ συναλλάγματος, ἀλλὰ τὸ καλὸν δαπεν ἡμεῖς εἰσάγει τὸν κοινὸν ἐκλέκτον, ut aiunt Græci: *Non enim natura contractus, sed*

bona fide facta consumptio conditionem parit. Ad imitationem civilis conditionis ex mutuo: nam qui eis tenentur, perinde obligantur, atque ii qui mutuum acceperunt, sunt igitur velut ex promutuo, ergo civiles, non prætoriae.

In odium furum) V. sup. tit. 8.

Sine causa est chirogr.) Chirographum incerti conditione condicatur *ἀπὸ τῆς sine causa novδ ιχλινις, κὶ ινκέρτα*, Glossa interlin. ad l. 2. in Basil. v. gloss. ad l. 3. ff. de cond. indeb. creditor enim dominus fit chirographi.

Fructus rei al.) Fructus consumpti malæ fidei possessori condicuntur, quasi sine causa percepti, l. 3. h. t.

Proprie locus est.] His casibus non concurrat conditio sine causa cum conditione indebiti.

In casu leg. 2.) vi. Cujac. ad l. 21. ff. Commod.

Quod indebitum) L. pen. ff. de cond. ind. l. 1. ff. de cond. si cau.

Vel quod ob turp. cau.) Quod ob turpem causam accepisti, etiam sine causa apud te est, l. ult. ff. de cond. sine caus. & ex injusta causa. Græci ad l. 6. ff. de cond. ob turp. caus. τὸ ἢ ex injusta causa, κὶ τῶν αἰχρῶν ἀξίεται: *Conditio ex injusta causa conditionem etiam ob turpem causam in se continet.*

Causa non secuta) Conditio sine causa concurrat cum conditione causa data, causa non secuta, l. 1. §. 1. & l. pen. tit. eod.

Furto abstulisti) Sine causa enim apud te est, quod ex non justa causa ad te pervenit, d. l. 1. §. ult. eod.

Promiscuum esse usum) Græci ad d. l. 3. §. 85

ἢ ἐδῶ

ἢ ἐδωπάνησε μεθεδέυεται διὰ τῆς κληρονομίας, τῆς
ex injusta causa διανοσίαι, & *ibidem*: κατέχεται
 καὶ φρετίδω κληρονομία κατέχεται καὶ τῶ *sine causa*
 ὅν αὐτὸ ἐπιλέγεται ὁ ἐπάγων. *De his quæ consumpsit*
tenetur conditione ex injusta causa, tenetur &
conditione furtiva, & sine causa, pro ut actor
elegerit. Præterea tenetur, inquiunt, ad exhibendum
actione: de quibus enim si extant, actio
in rem est, de eisdem consumptis ad exhibendum
actio est.

De obligationibus & actionibus.

TIT. X.

V. tit. 14. lib. 3. tit. 6. lib. 4. apud Justinian.
tit. 7. lib. 44. D.

Post conditiones transitum facit ad alias actiones in personam, quæ nascuntur ex contractibus & obligationibus civilibus: Ex earum numero primam posuit jam initio conditionum ex mutuo: actioni enim ex mutuo propriè cohæret conditionis nomen, & ab illa perductus est ad alias conditiones quæ descendunt ex bono & æquo, & quasi ex tacitis obligationibus, vel quæ descendunt ex obligationibus nova lege introductis non expressio nomine actionis, quæve dominis in fures dantur quasi pœnæ causa constituto jure. Nunc alias omnes executurus actiones in personam, quæ ex negotiis & obligationibus civilibus dantur, & suum habent legitimum nomen; longe alio ordine quàm in Digestis, ut supra præposuit generalem conditionem indebitam

speciebus conditionum, Ob rem dati re non secuta, Ob turpem causam, Ob injustam, sine causa: ita priusquam veniat ad species earum actionum, quæ ex contractu & obligatione civili nascuntur, dat titulum generalem de obligationibus & actionibus. Ex contractu est obligatio ex obligatione actio in personam. Obligatio est juris necessitas. Actio executio obligationis, vel intentio ejus qui alium ad judicium quo actor consistit adversus reum. Contractus est conventio, quæ proprium & legitimum nomen habet, vel quæ nomine vacat, datione tamen aut facto aliquo sumpsit effectum.

Enarratio.

TIT X.

Post conditiones) Anacephalæosis, & summa eorum, de quibus superiore tit. actum est: nec potest quisquam hic hæerere, si quæ Cujac. scribit, & notas ad eum nostras perlegerit.

Juris necessitas) Ex civili obligatione necessario obligamur., l. obligamur 52. §. 2. ff. de obligat. & nulla obligatio est, quæ non adstringit necessitate, l. in vendentis 13. inf. de contr. empt. Hæc est civilis obligationis definitio: naturalis enim obligatio non est juris, sed æquitatis vinculum, l. 95. §. naturalis, ff. de solut. *Æquitas est quod naturalis ratio persuasit*, Boet. in Top. ex naturali obligatione nec debiti petitio est, nec soluti repetitio. Græci: *ἐνοχὴ φυσικὴ ἐστὶν ἐξ ἧς ἀγωγὴ μὴ ἔχ' ἀρμόζει, τὸ ἢ καταβαλλόμενον ἢ ἰπικέλευσιν.* Naturalis obligatio est ex qua ac-

*tio non competit, solum autem nom repetitur.
v. l. io. ff. de oblig..*

Ut actiones ab heredibus & contra heredes incipiant

TIT. XI.

Sequentes tituli usque ad X X I. partes sunt superioris, & omnibus id agitur ut generales definitiones ponantur de obligationibus & actionibus, & has quidem jam habuimus titulo superiore, Ex alterius contractu neminem obligari, Non nasci efficacem obligationem ex negotio contracto dolo malo, Voluntatis esse contrahere, necessitatis implere contractum, Procuratori in rem suam ad agendum constituto, mandatis actionibus nomine domini directam actionem dari, etiam mortuo domino relictis heredibus, & suo nomine semper utilem, Non mandatis actionibus, neque debitore delegato, mortuo domino procuratori in rem suam constituto ad accipiendam pecuniam à debitore domini, adversus eum debitorem nullam superesse actionem, Cui mandata est actio principalis & Servianam mandata videri, In arbitrio esse creditoris utriusque experiri malit, principali an Serviana, nec alia aliam consumi, Legibus & judiciis compellendos esse debitores, non armis, non servitio corporis. His additur alia hoc proprio & singulari titulo, quod sit nova regula, ut obligatio quæ non cœpit à defuncto vel contra defunctum, à persona heredis vel contra here-

dem incipere possit, quæ contraria est veteri regulæ, de qua l. dubium, C. Th. de diu. res. & Theophilus in §. post mortem, de leg. tollitque veterem differentiam verborum, Cum moriar, Cum mortuus fuero, Post mortem meam dari, vel pridie quam moriar, ut l. 11. inf. de cont. stip. quam triennio post hæc constitutio sustulit, & regulam, quæ non erat sublata nominatim, per illam, sed per consequentias tantum, quæ nihil valent in novo jure constituendo.

Enarratio.

TIT. XI.

EX alterius contr. / l. 3. & l. eum qui 13. sup. Et. pr. l. pen. inf. ne ux. pro mar. Theoph. §. 3. de acquisit. per adrog.

Dolo malo / l. 4. sup. tit. prox. cujus ea sententia est: malam fidem & dolum malum ab omnibus contractibus abesse debere. Videamus autem quatenus dolus obsit. Hoc igitur ita distinguendum est: si dolus causam dederit contractui bonæ fidei, vitiat contractus ipso jure, l. 7. D. de dol. mal. Non idem juris est in contractu stricti juris: doli enim exceptio necessaria est, l. pen. C. de inutil. stipulat. Thaleæus quoque ad d. l. 4. scribit, generalem regulam ibi proponi: hoc est pertinere eam tam ad contractus bonæ fidei quàm strictos: & in his si forte dolus intervenerit, remedio exceptionis ei subveniri, qui dolum passus est: *σημείωσαι τὸν κριτὸν τῆς διατάξεως γενικὸν ὄντα. τοῦτο ἔστιν ἵνα τῆ διατάξει, ἔχῃ ἵνα bona fide γένωνται*

πάσαι αἱ ἀγωγαὶ ἀλλ' ὅτε τυχὸν εἰ γένηται δόλος καὶ ἐπὶ σφίκτης ἀγωγῆς ἀντίκειται ὡς ἐν παραγραφῇ.

Voluntatis est contr.] Contractus voluntarii dicuntur, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων ἐκούσιος, Aristotel. Ethicor. Nicomach. lib. 5. c. 5. *Quoniam inceptio eorum voluntaria est.*

Implere contractum) Complere, consummare, l. 5. nisi utriusque consensu discedatur à contractu. quo casu uterque ipso jure liberatur, si bonæ fidei contractus sit: vel si stricti juris sit, agenti pacti exceptio obstat, quod Græci his verbis exponunt ad d. l. 5. καὶ ἐπιμνηστῶν σφίκτων ἀγωγῶν οὐδὲ εἴαν ἐκατέρωσιν συναμνέσσωσι, δυνάται αὐτομάτως λύεσθαι ἢ ἀγαγῆ, ἀλλ' ἐπιμνησάσεται ἀντίκειται ἢ λοιπὸν πᾶντε παραγραφῇ ἐπὶ τῇ bona fide, τῇ ἐκατέρωσιν συναμνέσει λύεται τὸ συναλλάγμα.

Procuratori in rem suam) Procuratorem in rem suam constituere, cedere, vel mandare actiones alicui, idem significant Valeria igitur cui rescribit Imp. in l. 1. eod. creditori pro debitore pecuniam numeraverat quasi pretii loco, & creditor actionem ei suam mandaverat. Plane creditor re integra, id est, lite non contestata decesserat. Quæritur ergo an mandatum morte domini finitum sit: & placet finitum non esse, si heredes reliquerit, quia fidem venditionis ab herede impleri oportet, debetque heres in eo mandato perseverare. Si vero heredem non reliquerit, finitur mandatum: & ideo Valeriæ utilis actio proprio nomine competit, quæ vivo etiam domino, & non mandatis actionibus competeret: nam ubi mandatis actionibus actio directa competit, utilis actio datur sine cessione, l. 1. §. & si forte, D. de tut.

& rat. dist. & hoc est, quod hic ait Cujacius, procuratori suo nomine semper utilem dari, & in exponenda d. l. 1. Græcos fere sequitur, quorum verba hæc sunt: ὅτι ἀποδοσίως ἐκχωρηθεὶς τῷ κτῆ πινὸς ἀγωγῆν καὶ μὴ περκατάρχηται ἕως τελευτῆς τῆ αὐτῆ ἐκχωρήσαντος, & χωλύεται μὲν πῦρ κινεῖν ἐξελίξας αὐτῷ. Cui ex causa emptionis adversus aliquem mandata est actio, licet ante mortem mandatoris litem contestatus non sit, tamen utilem actionem intendere non prohibetur.

Non mandatis l. 8. eod. in cuius specie dominus non cessit actiones suas cuiquam, sed mandavit tantum debitori suo, ut solveret Titio, quem negat habere actionem adversus debitorem, quia ~~cessa~~ ei fuisse non ponitur. Cuj. in recitat. ad tit. de donat. inf.

Neque deb. del.) d. l. 8. vers. quod si.

Et servianam) l. 6. & 7. sup. tit. prox.

Utra prius) l. 10. eod.

Non armis) l. 9. Cassiodor. Var. lib. IV. 10

Hinc est quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu: quid enim à bellica confusione pax tranquilla distabit, si per litigia terminentur?

Non servit. corp.) l. 12. cuius sententia hæc est, liberæ conditionis homines debitis obnoxios creditoribus servire non cogi, atque ita Græci verterunt: ἐκ ἀναγκάζονται οἱ εἰπορευι χρέωσαι δαλέειν τοῖς ἰδίοις δανεισάις, Debitores qui solvendo non sunt, creditoribus suis servire non compelluntur, libro 24. Basilic. tit. 3. Gregorius M. epist. 43. lib. 3. Lex habet, ut homo liber pro debito nullatenus teneatur si res defuerint quæ possint debito addici. Sed neque liberi de-

bitorum ob æs alienum patris à creditoribus retineri possunt, aut servire coguntur, Nov. 134. cap. 7. Cum enim anteriores principes legem illam abolescere forte passi essent, Justinianus coercendæ creditorum duritiæ reduxit, aut certe confirmavit: ut sæpe accidit leges priores posterioribus stabiliri. Idem Gregorius d. epist. *Quia filium ejus, quem tenere dicuntur, secundum leges tenere non possunt.* Adde epist. 56. l. 2. Jure etiam vetustissimo liberi quoque eorum, qui nexi dicebantur, in servitutem abducebantur. Dionys. Halicarn. 6. ὁθεν ἀλλοῦσαι μὲν τὸ χρέος ἐν ἔχον ἀνηχθῆναι δούλῳ ὑπὸ τῶν δανειστῶν ὑιοῖς δυσίη. Unde cum æs alienum exsolvere non possem, ductus sum à creditore in servitium, una cum duobus filiis. Denique lege Longobardica, qui pœnam pecuniariam Ecclesiæ solvere non poterat, tradebat se in servitio Ecclesiæ usque dum totum debitum persolveret, legis Longobard. lib. 2. tit. 40. §. pen. apud Sinenses etiam ut ferunt, debitor qui creditorem suum implere non potest, servire ei compellitur, vel eadem conditione liberos suos ei tradere.

Cum moriar.) Post mortem suam dari sibi nemo rectè stipulabatur, neque post mortem promissoris. Sed & inutilis erat stipulatio hoc modo concepta: pridie quam moriar, vel cum morieris. Utiliter autem concipiebatur stipulatio, cum moriar, vel cum morieris, §. post mortem, & seq. Inst. de inut. stip. Legatum quoque inutiliter relinquebatur post mortem heredis, aut legatarii. Item pridie, quam heres, aut legatarius morietur, §. post mortem, Instit. de legat. Rectè autem legatur, cum mo-

rietur heres, ulp. tit. de leg. §. post mortem. Sed vetus hæc verborum differentia sublata est: & consequenter videbatur quoque sublata vetus definitio. Sed quia nova jura strictius interpretamur, placuit, eam nominatim constitutione postea edita abrogare.

Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur.

TIT. XII.

Tantum abest ut alius pro alio conveniri possit, ut nec pro colono dominus, vel contra, l. 3. & II. sup. tit. 10. nec pro debitore is ad quem pecunia pervenit, l. pen. eod. nec conjux pro conjuge, nec mater pro filio, nec quisquam pro necessariis sibi personis, ut hoc tit & seq. ut vix sit ullus excipiendus ab illa certissima regula ex alterius contractu neminem obligari, l. pen. hoc tit. id est, ex suo quemque contractu obligari, non ex alieno. Nam & pater pro filio. & dominus pro servo civiliter non obligatur, nec jure prætorio in solidum, sed in peculium duntaxat, & quia in peculium tamen, ideo matri in hoc tit. non junxit etiam patrem nec tit. seq. filio emancipato filium familiæ.

Enarratio.

TIT. XII.

Nec conjux) Tam in causa pecuniaria, quam criminali, l. 1. 2. & 3. h. t. Cassio-

dorus Variar. 4. 10. Uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur Dotem teneri ob civilem munus vel honorem mariti, non etiam parapherna putat Cuj. ex l. 3. hoc tit. Græco interpreti aliud iudicium est: μή νομιζε ἢ ἐξ ἀνιδιασιολῆς ταύτης τῆς Διατάξεως, ὅτι ἢ περὶ τῆς γυναικὸς ὑπόκειται ταύταις ταῖς λειτουργίαις: ἐπειδὴ γὰρ σημερον in rem δέδωκε τῇ γυναικὶ περὶ τῶν περιουσιῶν πραγμάτων καὶ δυνάτῃ ἢ γονῆ καὶ ἀπότρεῖα ὄντα πράγματα καὶ μηδέ τῆς οὐσίας ὑπαρχούσα του ἀνδρὸς Δια τῆς in rem απεκταλίας αὐτὰ ἐκδικῆσαι. ait, ex eo quod parapherna non teneantur. continuo dicendum non esse argumento à contrario ducto dotem teneri, quæ sententia benignior est. Certe si debitor ex causa primipili solvendo non fit, dos uxoris fisco vindicatur l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.

Nec mater pro filio) Tametsi mater partem pro filio sponte solverit: nam si pro filio intercesserit, vel errans solverit, condicere potest, d. l. 3. & l. ult. Solvit igitur donandi animo, ὡς δωρημένη, Græci.

Civiliter non oblig.) L. 8. §. Filiusfam. ff. de acceptilat. Theoph. ad §. actiones autem, de action.

Nec jure prætor.] Actione de peculio, quæ prætorica est, pater & dominus tenentur peculii fini, d. §. filiusf. & d. §. actiones, l. 1. inf. tit. prox. & l. pen. inf. quod cum eo.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conveniantur.

TIT. XIII.

AD superiorem regulam additur nec filium pro patre, vel patrem pro filio emancipato obligari aut conveniri posse, nec libertum pro patrono, nec servum pro domino, quod in servo notissimum est, cum nec ex suo contractu ullo jure conveniri possit, l. tutelae §. i. ff. de cap. min. l. ult. sup. de nox. act. & quamvis hoc obiter legatur scriptum l. ult. hujus tit. tamen in tit. ipso prænotatum non legitur in Basil. nec in vet. libris.

Enarratio.

TIT. XIII.

NEc filium pro patre) l. 2. & 4. h. t. Sen. § de benefic. c. 19. *Dico me tibi obligatum pro filio, non quia sum, sed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium.* Cassiodor. Var. lib. 4. 10. *Filius obligationibus paternis, si non sit heres, exuitur.* Sextus Empiricus Pyrrhon. hypot. lib. 1. cap. 14. *παρὰ μὲν τοῖς ῥωμαίοις ὁ τῆς πατρῶας ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, ἔκ ἀποδείξεως καὶ τῆς πατρὸς-χρεία :* *Apud Romanos filius qui nihil ex bonis paternis possidet, debita ejus non exsolvit.* Excepta causa primipili, etiamsi patri heres non extiterit, l. si tutores II. inf. de compensat. l. ult. de primip. lib. 12. quod etiam Græci hic no-

tant : ἐνέχεται υἱὸς ὑπὲρ τῆς περιπίλας τῆς ἰδίας πα-
τρὸς , καὶ μὴ κληρονομῆσαι αὐτὸν. *Filius ex causa
primipili patris nomine tenetur , licet patri heres
non extiterit.*

Vel patrem pro fil.] l. 1. & 3.

Nec libertum] l. 5.

Ullo jure] Civili aut prætorio.

Nec in vet. lib.] Cuj. auctorib. libris Basil.
lib. 24. tit. 4. & manuscriptis codd. delet illa
verba tit. *vel servus pro domino* , quæ leguntur
in libris editis. Certè defunt in v. c. Juliani
Brodæi, & Ægidii Menagii. Quamvis lectio-
vulgata defendi possit l. ult. h. t.

An servus ex suo facto post manumissio-
nem teneatur.

TIT. XIV.

AC nec idem ipse quidem tenetur pro seip-
so , si renascatur & novus homo fiat , quod
manumissione contingit. Nam de eo quod quis
contraxit vel gessit in servitute , post libertatem
nulla ei vel in eum actio est , nisi connexum id
sit cum eo quod post libertatem gessit. Hoc e-
nim casu prius tempus trahitur ad posterius , l.
tutorem , ff. de adm. tut. l. 17 ff. de neg. gest.
alioquin nulla ex antegesto in manumissum
actio est , quia nec ulla fuit ab initio. Nam o-
bligatio naturalis quam servus suscipere vide-
tur nullam actionem parit. Quamobrem in
tractatu de solutionibus . quo docemur id quod
debitor ex pluribus causis indistinctè solvit , in
antiquiorem contractum cedere rectè dicitur ,
in manumissio non esse antiquiorem contra-

Etum eo quem statim post libertatem solet habere cum patrono de operis ; l. in liberto ff. de solut. quia scilicet contractus habitus in servitute pro nullis habentur , & factum interpretor contractum , vel quasi contractum , quia actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant , l. tutelae §. injuriarum , ff. de cap. min. l. 4. hoc. tit.

Enarratio.

TIT. XIV.

NOVUS homo) L. 27. §. 1. ff. de adim. leg. l. 98. §. aream , ff. de solut. Tertulianus de pœnitentia cap. 6. *Quis servus posteaquam libertate mutatus est , &c.*

Nulla est antegesto.) l. 2. hoc tit. Paul. 2. Sent. tit. 13. ult. Quid si peculium servo legatum sit ? Græcus interpres nihilo magis teneri scribit : *σεμείωσαμ* , inquit , *ἐκ τῆς ἐπιτάσεως τοῦ μάλισα , ὅτι καὶ ἐληξατεύθη αὐτῷ τὸ πεκούλιον , οὐ κατεχέλει τοῖς πρυπιλαρίοις δανεισάϊς lege , πεκχλιαρίοις.* Si tamen res apud servum deposita sit , & manumissus rem teneat , cum eo depositi agi poterit , ex ceteris causis in manumissum actio non datur , l. si apud 21. ff. depos. id est , *ἐκ τῶν λοιπῶν συναλλαγμάτων.* Græci ibidem *ex ceteris contractibus.* V. Cuj. ad l. frater à fratre , ff. de cond. ind.

Ab initio) Cum servo enim nulla actio est , l. 107. ff. de regul. jur. id est , nec civilis , nec prætoriana , l. tutelae §. pen. ff. de cap. min.

Suscipere videtur] Papin. in l. eo tempore 50. §. 2. de pecul. *Naturalis obligatio , quam*

servus suscipere videtur. Thalelæus ad l. 1. C. de noxal. act. *ἐπι ἐνέχειαι νόμω, φύσει ἢ ἐνοχος μέ-
ves.* *Servus manumissus jure non tenetur: natura
autem obligatus manet.* Sed naturalis obligatio
nullam actionem parit, l. si pupillus 127. ff. de
verbor. obligat. actiones enim jure aut legib.
proditæ sunt.

In antiq. contr. ced.) l. in his 5. ff. de so-
lut.

Factum interpret.) ἀποτέλεσμα. Græci inter-
pretantur.

Cum cap. amb. Noxa cap. sequitur: id est,
noxalis actio. Talelæus ad l. 4. h. t. τὸ νόμιμον
τῆς ἀταξέως φανερόν, ἢ χρειῶδες, ἢ μάλιτα ἐν
ταῖς νοξαλίαις.

Quando fiscus vel privatus debitoris sui
debitores exigere potest.

TIT. XV.

ET hoc titulo ostenditur, creditorem quo-
que debitorem debitoris sui convenire non
posse sine mandato debitoris sui actione in per-
sonam. Convenire tamen eum & exigere pos-
se actione Serviana jure taciti vel manifest-
tarii pignoris; qua in re distat hoc tantum fis-
cus à privato. quod fiscus qui omnium bono-
rum, etiam nominum semper habet tacitam
hypothecam, prius excutere debet principa-
lem debitorem quàm nomen debitoris sui, l.
pen. hoc tit. privatus liberum habet arbitrium
conveniendi quem voluerit, principalem de-
bitorem aut principalis debitoris debitorem,
si expressim nomina debitoris pignori obliga-

ta sint. Distat etiam pignus conventionale ab eo quod capitur iudicati exequendi gratia, quoniam jure conventionis nomen pignori obligatum persequitur privatus, etiamsi debitor solvendo sit, nec tamen capit nomen pignori ex causa iudicati, si alia sint bona quæ pignori capi possint.

Enarratio.

TIT. XV.

A Ctione in personam.) l. ult. h. t. l. 3. inf. tit. prox. l. pen. inf. de novat.

Jure tac. vel man.) l. 4. inf. quæ res pign. obl. l. si convenerit 18. D. de pignor. act. l. postquam 7. C. de hered. vel act. vend.

Serviana.] Quasi Serviana sive hypothecaria, quæ hic ἀπὸ λῶς Serviana dicitur, ut in l. 3. D. de pignor. & alibi.

Vel manifestarii.) Manifestarium pignus dicit cum Paulo in l. pen. D. in quibus caus. pig. vel hypoth. Sic Plautus *Furem manifestarium*. Aulul. act. 3. sc. 4.

Semper habet tacitam.] Ex privilegio fisci l. 2. C. de serv. pign. dat. l. 2. C. de quib. caus. pign. vel hypoth. l. 2. & 3. C. de privil. fisc. l. aufertur 46. §. 3. D. de jure fis.

Prius excutere deb.) Fiscus qui semper tacitam habet hypothecam, debitorem debitoris sui convenire potest, l. 3. h. t. Similiter uxor, quæ dotis nomine tacitam habet hypothecam, l. assiduis. §. 1. C. qui potior. in pign. habet, ager tam adversus heredes mariti, quàm debitores ejus jure tacitæ hypothecæ, l. 3. con. Glossa

inf. tit. prox. Et fiscus quidem non utitur jure singulari in eo quod agit adversus debitorem debitoris sui : nam privatus quoque agere potest jure hypothecæ. In hoc igitur tantum fiscus à privato distat, quòd fiscus necessariò prius debitorem principalem excutit, quàm nomen debitoris sui : fiscus non agit statim cum debitore debitoris sui, sed in subsidium, & si rem suam aliter servare non possit, l. pen. h. t. privatus debitorem suum non excutit, sed quem voluerit conveniet, si specialiter ei nomina debitoris pignori obligata sint : nam post multas varietates eò perventum est, ut nomina debitorum pignori dentur, d. l. postquam.

Persequitur privatus.) Privatus jure conventionis pignus persequitur : fiscus jure tacitæ hypothecæ. & in eo quoque fiscus à privato differt.

Etiam si debitor solvendo sit.) Actione enim quasi Serviana creditor pignora vel hypothecas tutius persequitur, quam personam, §. item Serviana, Inst. de action. l. plus cautionis 25. D. de reg. jur. nam & creditor, qui rem alienam pignori accepit, potest contraria pignoratitia agere licet debitor solvendo sit, l. cum debitor 32. D. de pignorat. act. pignoris retentione securior fit creditor.

Capi possint.) l. 15. §. in venditione, & §. sic quoque, D. de re jud. l. 2. h. t. Basilica : εαν ο κτη δικαιθεις μηδεν εχει σωματικον εν οικια οφειλον αμαχως δοθλωαι, &c. Si condemnatus nihil in corporibus habeat, quod citra controversiam pignoris loco capi possit. &c. à reb. enim corporalibus ad jura sive actiones pervenitur.

De actionibus hereditariis.

TIT. XVI.

QUod hætenus variè demonstratum est, non teneri alium pro alio, sane in herede locum non habet, qui cum sit successor juris universi, necesse est ut pro defuncto teneatur actionibus hereditariis, & ea sustineat onera atque incommoda quæ defunctus sustinisset, commodis quoque fruatur iisdem. Actiones hereditariæ sunt quæ cœperunt ex persona vel in personam defuncti, & transierunt in heredem: Nam quæ cœperunt ab herede vel in heredem ut actiones legatorum, heredis sunt non hereditariæ, vel hereditariarum loco, non hereditariæ l. hereditariarum ff. de obl. & act. & præterea solas actiones in personam hereditarias dicimus, non actiones in rem. Et solos heredes debitores & creditores hereditarios ex XII. tab. si plures sint divisim actionibus pro hereditariis portionibus, non legatarios, non fideicommissarios, non debitores hereditarios, i. quorum nomina in hereditate fuerunt. Debitor vel creditor hereditarius, modo heres est debitoris vel creditoris, modo debitor vel creditor defuncti, & post aditam hereditatem heredis.

Enarratio.

TIT. XVI.

SUccessor juris un.) l. 9. §. heres. ff. de hered. inst. l. 11. ff. de divers. temp. præsc. &

ideo ea quæ in nominibus sunt ad heredem transeunt l. 37. ff. de adquir. hered. & sustinet quoque onus æris alieni l. 8. eod. l. 3. §. ul. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Denique commodum & in commodum heredem sequitur.

Quæ cœperunt ex persona) Græci ad l. un. sup. tit. II. αἱ ἐρεδιτὰρ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τεσθῆρωγς νομῆσαι. *Actiones hereditariæ ex persona testatoris accipiuntur.*

Non actiones in rem) Actiones in rem & hypothecariæ non sunt hereditariæ : & ideo rei possessor non heres convenitur , l. 2. h. t. l. 55. ff. de rei vindicat. possessio enim parit in rem actionem , l. un. C. de alienat. jud. mut. cau. fac.

Et solos heredes) Soli heredes conveniuntur actionibus hereditariis , non legatarii, fideicommissarii , non debitores hereditarii : soli etiam heredes agunt : Nullus enim ad defuncti personam propius accedit quàm heres.

Ex XII. tab.] Actiones hereditariæ jure civili inter coheredes pro portionibus hereditariis dividuntur, l. 10. C. de jur. delib. id est, lege XII. tab. l. ult. hoc tit. l. 26. C. de pact. l. 6. C. famil. ercisc. l. 25. §. idem juris est, ff. eod. quæ dicitur lex antiqua in l. 1. C. de excep. M. Tullius pro Roscio com. *Heres pro sua parte petit qua hereditatem adiit. & pro sua parte dissolvit. Quintilian. declamat. cccxxxvi. Cum essemus heredes patris nostri, debuimus ambo. Id sic colligo. Finge esse aliquem ex creditoribus petitorem, nunquid petere à te totam summam potest? minime, ut opinor. Duos enim pater noster filios reliquit: & necesse est sicut bona, ita onera quoque esse communia. Partem ergo tu debuisti,*

partem ego : quo efficiebatur ut partem solveres. Quamvis unus ex pluribus heredibus totius debiti solutionem aliquo accepto in se receperit, l. 25. sup. de pact. Quintilianus in dicta declam. Agrum fratri dedi. cum fratre meo convenit mihi, ut ille solveret. Num dubium est, quin dicturus fuit creditor. Partem tu debes mihi, patri tuo credidi, cujus ex parte dimidia heres es. Nisi obligatio sit individua : ut puta si testator opus Reip. fieri jufferit, l. in executione 85. D. de verb. oblig. idemque juris est in servitutibus, excepto usufructu, l. stipulationes 72. eod. [πᾶς γὰρ ἂν μερίσταις τὸ ἀμορῆς, καὶ τὸ ἐν, ut ait Proclus Institutionis Theologicæ cap. 175. Nam quod individuum unumque est, quomodo divides?

Non legatarios.] d. l. ult. sunt n. rei successores, non juris.

Non fideicommissarios.) Quibus singulæ res per fideicommissum relictæ sunt. Qui legatariis ab similes non sunt.

Non debit. hereditarios.] l. 3. Non enim personali actione convenitur nisi qui defuncti personam exhibet. Nec donatarios rei certæ, l. 15. C. de donat.

Modo heres est.] Debitor hereditarius heres est, qui defuncto obstrictus erat, ut in specie legis 4. h. t. quod & agnoscunt Basilica his verbis : ἐὰν ἀνήσθη κληρονομήσῃ. *Si impubes heres sit. Heres autem creditor hereditarius dicitur, vel quod ei à defuncto ante testamentum aliquid deberetur, vel quod ei ab extraneo deberatur.*

Modo debitor, vel creditor.) Debitor hereditarius dicitur, cujus nomen in hereditate

fuit. Creditor autem hereditarius, cui defunctus erat obnoxius, ante aditam hereditatem debitor, vel creditor defuncti dicitur: Post aditam hereditatem, heredis: nec enim ante aditionem heres defuncti personam subit. ab aditione heres succedit in jus defuncti, & actiones, quas habuit defunctus, exercet. Ex diverso heres subit, & suscipit æs alienum defuncti. Heres enim præterquam pro defuncto tenetur actionibus hereditariis: namque hereditas obligat eum æri alieno, l. more 8. D. de adq. her. tenetur quasi ex contractu suo: adeundo enim contraxisse videtur, l. 3. in fi. & l. seq. D. quib. ex caus. in poss. eat. l. pen. h. t.

Nunc de confusione strictim dicamus. Si debitor hereditarius creditori suo heres extiterit, confusione liberatur, pro ea parte scilicet, qua heres extitit: nam pro parte coheredis remanet obligatio. si verò ex asse heres sit, confusio hereditatis actionem perimit, l. 1. §. si debitor, D. ad leg. Falcid. l. sicut 75. D. de solut. Quod si creditor debitori heres extiterit, confunditur obligatio pro ea parte, qua heres extitit, si coheres ei adjectus sit: residui autem integra ei petitio est: hoc est, heres à coheredibus suis pecuniam debitam pro parte competente petere potest. Finge heredem scriptum ex semisse: adversus coheredem semissarium pro semisse agere potest. rectè Basilica: *διώκει τὸ συκληρονόμον ἀπαιτεῖν ὡς πρὸς κληρονομία μέρη τὸ χρέος* Glossa interlinearis: *ὡς πατρὸν κομφροσίονα εἰς τὸ μέρος εἰς ὃ ἐγράφη*: Pecuniam debitam proportionibus hereditariis à coherede petere potest, quia pro qua parte heres est confusionem patitur. Sic Græci interpretantur

leg. i. h. t. vel si ex asse heres sit, confusione perimitur obligatio, l. 5. & 6. h. t. l. si ab eo 7. C. de negot. gest.

Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.

TIT. XVII.

ET rursus hereditariæ actiones sunt quæ ex contractibus vel quasi ex contractibus defuncti nascuntur. Nam ex delictis in heredes actiones non transfuntur, nisi lis fuerit contestata, vel res iudicata adversus defunctum, quo casu heres ex asse tenetur in solidum, heres pro parte, pro ea tantum parte pro qua heres est, l. 9. D. de cond. furt. l. 2. in fi. D. de præstip. Quod si neque condemnatus fuerit defunctus, neque lis contestata cum eo, non tenetur ex maleficiis defuncti heres, nisi quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas pervenit, dolove malo ejus factum est quo minus perveniret, & in id tenetur calculi potius quam delicti ratione, ne ex alieno damno alienoque scelere locupletior fiat, l. in heredem, l. Sabinius, D. de dolo. Delictorum appellatione non publica crimina intelligimus, quæ, exceptis quibusdam, in heredem non transeunt; etiam si ex eis cum defuncto lis contestata sit, modo secuta etiam condemnatio non fuerit, l. ex iudiciorum, D. de accus. sed privata delicta ex quibus forenses seu civiles actiones dantur, veluti furti injuriarum, vi bonorum raptorum, damni injuria, de dolo malo, quod metus causa, ad quam proprie pertinet constitutio hujus

tituli, condictio furtiva, in factum ex edicto de calumniatoribus, veb ex edicto de alienatione iudicii mutandi causa facta, vel de edendo, servi corrupti, arborum furtim cæsarum, & de incendio, ruina naufragio, & de eo qui sciens pro libero vœniit, & alia quædam. Item quæ quasi ex delictis dantur, l. Iulianus, D. de jud. l. ult. §. hæc iudicia, D. nau. caup l. 5. §. hæc autem, D. de his qui deiec. vel eff. & aliquando quæ ex contractibus cum in eis delictum quoque versatur, §. aliquando, Inst. de perp. & temp. act.

Enarratio.

TIT. XVII.

EX delictis def. in q. h. c.) Hoc eò non pertinet, ut pœna in heredes transmittatur: nam defuncto reo, & pœna extinguitur, l. 6. D. de public. iudic. quod autem dicitur, publicè interesse admissa vindicari, ut deterreantur alii ab iisdem facinoribus: Sallustius de Diis & mundo cap. 12. νόμοι τε καὶ πολιτεῖαι, δίκαι τε καὶ πολάταις Διὸς τὸ κωλύειν ψυχὰς ἀμαρτάνειν ἐγένοντο *Leges & Reipublicæ institutæ sunt, iudicia & supplicia constituta ad cohibendos animos ne delinquant*: Id ad reos criminum pertinet priusquam fato functi sint. Cæterum perquam durè καὶ ἀπεινωθῶπως constitueretur, ut alium, quàm nocentem pœna sequatur. Euripides Iphigenia in Aulide: ἐγὼ δίκην δώσω κακῶν, ὁ μὴ σφαλεῖς. *Ego insons crimen alienum luam?* Olympiodorus apud auctorem Catenæ in Job. cap. 6. ἔπερθε ὑπὸς ἐπερθε εἰκ ἀν καλάζοιτο: *Alius*

pro alio plectendus non est. Heredes igitur civilibus actionibus tenentur, si lis contestata sit, ut inf. dicetur.

Nam ex delictis) Contractus & συναλλαγ-
ματῶν verbum generale est, & delicta quoque
continet. Hinc illa apud Aristotelem 5. Ethic.
Nicomachior c. 2. Contractuum divisio in vo-
luntarios & involuntarios. Voluntarii consen-
su perficiuntur, quales sunt contractus juris
gentium, involuntarios vocat, quorum causa
& origo est delictum. Et involuntarios, quia
citra consensum nostrum damnum quis nobis
infert. Hic autem delicta separantur à contra-
ctibus, ut in fœdere Smyrnæorum & Magne-
tum: *χρηθῶσαν ἢ οἱ πολίτοιογραφηθέντες καὶ ἐν Μα-
γνησίᾳ, ὡς τὰ συναλλαγμάτων καὶ ἐσχημάτων τῶν
πρὸς Σμυρναίους. Utuntur autem postquam civium
numero adscripti fuerint, etiam in Magnesia in
contractibus & delictis, quæ ad Smyrnaeos spec-
tant, legibus Smyrnæorum.*

Non transmittuntur] Pœnales actiones, quæ
pœnæ nomine concipiuntur, l. prator ait 9.
§. ult. ff. de rebus auctor. judic. possid. ἀνεταίσι
ποιναλίαι: καθ'αρχὴν ποιναλίαι, τὰ ἐστὶ ποινῶν μόνων
ἀπαιτῆσαι, mere pœnales, ut aiunt græci, in
heredem rei non competunt, nisi lis contestata
fuerit cum defuncto, l. 1. ff. de privat. del. &
l. sciendum 58. ff. de oblig. & act. l. nemo 87.
& l. pœnalia 164. ff. de regul. jur. §. non. om-
nes, & §. pœnales, Inst. de perpet. & tempor.
& act. αἰεὶ γὰρ ἢ ἀποκαταλείβει ἀμείβαν τῶν φύσιν τῶν ἀ-
γωγῶν: Semper enim litis contestatio naturam
actionum mutat.

Heres ex asse tenetur) Quasi ex contractu de-
functi: in iudicio enim quasi contrahitur, l.

3. §. idem scribit, ff. de pecul. & actiones ex contractu transeunt in heredes, l. ex constitutionibus 49 ff. de oblig. & act.

In solidum] *ὁλόκληρον δίδωσι.*

L. 9. ff. de cond. furt.) Fungit igitur in d. l. 9. litem contestatam fuisse. v. sup. ad tit. de condict. furt.

Locupletior ad eum hered. perv. J. Si sint actiones mixtæ : vel rei persecutoriæ : *τραπευεῖν εἰς τὸ ἀποδῆναι τὸ πρᾶγμα ἢ ὅλον, ἢ μέρος αὐτῆ ὅσον ᾤειληθεν.* Hoc est, rem restituere debet, vel totam, vel partem ejus, prout ad eum pervenit, L. sicuti 38. l. toties 44. ff. de reg. jur. l. 4. ff. de vi & vi arm. l. inde Neratius 23. §. hanc actionem D. ad leg. Aquil.

Dolove malo) L. 1. ff. de privat. del. l. dolove 27. ff. de dol. l. 2. ff. de vi & vi arm.

Calculi potius) L. Sabinus, quam Cujacius adfert, ut scilicet subducatur ratio ejus, quod turpiter, vel scelere quæsit.

Ne ex alieno] L. un. hoc tit. l. un. C. Hermog. eod.

Exceptis quibusdam) Excepto peculatus, de residuis, repetundarum, & majestatis judicio, quæ etiam mortuis reis lite quoque non contestata exerceri possunt: ut bona eorum fisco vindicentur, l. ex judiciorum 20. D. de accus. l. ult. D. ad leg. Jul. majest. Idem juris esse in Manichæis & Donatistis notant Græci lib. 60. Basil. tit. 34. in fi. ex l. 4. C. de her. & l. 4. C. de Apost.

Forenses) Sic appellantur civiles actiones in l. 1. §. 1. D. de incend. rui. & nauf.

Veluti furti) Actio furti non datur in heredem, l. 1. D. de privat. del. nec injuriarum, l.

injuriarum 13. ff. de injur. nec vi bonorum raptorum, l. 2. §. ult. ff. vi bonor. rapt. nec damni injuria, l. inde Neratius 23. hanc actionem, ff. ad leg. Aq. nec de dolo malo, nec denique actio quod metus causa, l. quod diximus 16. §. hæc cautio, ff. quod met. caus.

Constitutio hujus tit.] Vis in l. un. hoc tit. ex Cujacii sententia hic & ad d. l. 16. est coactio, ut tit. de his quæ vi met. caus. Sic etiam Glossa interlin. ad d. l. un. h. t. in Basilic. vim interpretatur, βίωυ, & concussionem, Ἀλαστομίον non erepetio, seu rapina, ut glossa accipit, concussio vero est metus, terror. qui definitur à Cicer. lib. 4. Tusculanar. Q. metus concutiens: vel calumniosa vexatio, l. 1. §. 2 ff. de calum. sic. accipitur in l. illicitas §. illicita, ff. de offic. præf. & tit. 13. lib. 47. ff. Tertullian. de Fuga c. 12. Miles me vel delator, vel inimicus concutit, & concussura, ibid. cap. 13. pro concussione. Arnob. iv. advers. G. Cujus vos nomen effari non sine metu decuit, & totius corporis concussionem.

Condictio furt.) Condictio, ut Cuj. placet, non datur in heredem. v. sup. de condict. furt.

In factum ex edicto] l. in heredem §. ff. de calumn. actione in factum de calumniatoribus intra annum in quadruplum tenetur, qui ut per calumniam alteri negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepit.

Ex edicto de alien.) l. 4. §. hæc actio, ff. de alienat. judic. mut. caus. f. actione in factum tenetur in id quod interest, qui judicii futuri mutandi causam rem alienavit? ut duriores adversarium nobis objiceret.

De edendo) l. ult. ff. eod. adversus argentarium

tarium, qui rationes mensæ argentariæ non ediderit, datur actio in factum in id, quod interest agentis rationes sibi editas esse.

Servi corrupti) l. hæc actio 13. ff. de ser. corr.

Arbor. furt. cas.) l. 7. §. hæc actio, ff. arb. fur. cas.

De incend. ruin.) l. Pædius 4. §. ult. ff. de inc. ruin.

De eo qui sciens) l. utique 21. ff. de liber. caus.

Et aliquando) Non solum actiones ex delictis, vel quasi delictis, contra heredes non competunt, sed etiam interdum ex contractibus, §. aliquando, Inst. de perpet. & tempor. act. v. Cuj. ibid. & ad l. 121. ff. de v. ob. lib. 13. obs. c. pen. & lib. 2. c. 2. & tit. C. de in lit. jur.

De constituta pecunia.

TIT. XVIII.

V. tit. 5. lib. 13 D.

A Titulo x. animus conditori Codicis huius fuit generalia præcepta tradere de obligationibus & actionibus, & posteaquam egit specialiter de hereditariis actionibus, quibus includitur omne genus actionum in personam, voluit de constituta pecunia specialem titulum ponere, tum quod eo continetur etiam omne genus debitarum pecuniarum, tum etiam quod dubitabatur an actio constitutæ pecuniæ quasi pœnalis secundum superiorem titulum non esset danda in heredem, nisi post li-

tem contestatam, quod definitur l. 1. & 2. hujus tit. & l. 18. §. è re, D. eod. Est autem constituta pecunia; pecunia debita à se vel ab alio, quam certo die ut solvatur curaturum se quis recipit citra stiptionem, idque genus conventionis olim receptum dicebatur apud mensarios, & actio quæ ex ea re competeat actio receptitia, quoties ad mensam argentarii, contrahentibus, ut ad fieri plerumque solebat, argentarius recipiebat soluturum se quod hic vel ille cavisset, & erat negotium civile & actio civilis. Hodie constitutum appellatur, & est juris prætorii obligatio, quæ contrahitur etiam per epistolam, ut in l. quidam, ff. eod. hoc modo: *Quæ L. Titius mutua accepit à te, ea penes me habeo: vel, ut in epistola D. Pauli ad Philemonem, Qua re læsit te, Philemo, aut quod is tibi debet, mihi imputato, ego Paulus manu mea scripsi, ego reddam.* Denique fit nudo consensu, & secundum jus vetus earum tantum rerum nomine quæ in mutui causam veniunt, & actio erat annalis, qua de causa dari ægre videbatur à Prætoze, & magis coërendæ improbitatis ejus, qui ad diem condictum fefellisset quasi ex delicto ejus (omni enim constituto dies adjicitur vel inesse intelligitur) quàm quod nudus consensus videretur sufficere obligationi: ac proinde quasi pœnalis ex parte rei hæc actio videbatur non esse danda in hæredem rei, quod non obtinuit: & merito igitur proximis superioribus titulis XVI. & XVII. de hereditariis actionibus adjunctus hic est, ut & hanc actionem sciremus hereditariam esse.

Enarratio.

TIT. XVIII.

OMne genus actionum in personam) Actiones enim in rem non sunt hereditariæ, vide sup. tit. 16.

Omne genus debitarum pecun.) Constitutum sit de pecunia debita ex quacumque causa, vel contractu, vel maleficio, licet naturâ tantum debeat, vel jure prætorio, non civili, l. 1. §. debitum, & duob. seqq. l. 29. ff. cod. Denique qualecumque debitum in constitutum deducitur.

Quasi pœnalis) Prætor enim videbatur edicto suo pœnam comminari: *Si appareat eum, qui constituit, neque solvisse, neque fecisse*, l. si duo 16. §. ait Prætor, eod. his inquam, verbis videbatur pœnam proponere adversus eum, qui fidem rei constitutæ fregisset, & pacta ac constituta die non solvisset, quod quidem grave est, l. 1. & l. illud 25. eod. ac per hoc non videbatur in heredem constituentis danda: pœnales enim actiones in heredem rei non competunt, §. 1. Instit. de perpet. & tempor. act. sed magis placuit, rei persecutionem esse, l. 18. §. è re, ff. cod. Basilica: *αὕτη ἡ ἀγωγή ἐκ ἐστὶ πœναι-λία*. *Hæc actio pœnalis non est*. Et merito igitur in heredem datur: actiones enim quæ rei persecutionem habent adversus heredes dantur, l. 3. §. 1. ff. de vi & vi arm.

Post litem contest.) Ex delictis enim actiones post litem contestatam in heredes transmittuntur, ut docet tit. superior.

Pecunia debita) Id enim tantum constitui-
tur quod debitum est, l. 5. §. 2. d. l. 18. §. 1.
l. 2. h. t. & ideo constitui non potest id cujus
petitio exceptione excludi potest, l. 3. §. 1. ff.
eod. ἐξ ὑπαρξάντων τὸ ἰνδεδέσθαι. *Ejus autem nomine
quod indebitum est, fidejussor dari potest. ut est
in glocis Nomicis, hoc igitur constitutum à
fidejussione distat.*

A se vel ab alio) §. de constituta, Inst. de
action. d. l. 5. §. 2. d. l. 2. Nov. 115. c. ult. &
hæc est prima inter eum qui constituit & fide-
jussorem differentia, quam Græci adferunt:
nemo enim pro se fidejubet, l. heres 21. §. ser-
vo, ff. de fidejuss. at quod quisque debet solu-
tuum se recte constituit.

Quam certo die) Non modo rem ipsam quæ
debetur quis solutuum se constituit, sed & a-
liud pro debito constitui potest, d. l. 1. §. 5.
ἐπεὶ οὐδ' αὐτὸ ἐλέγουσιν ὡς ἐξ ὑπαρξάντων: *In aliam rem
quam quæ in obligatione est, fidejussor non inter-
ponitur, ut aiunt Græci, secundam inter con-
stitutum & fidejussionem differentiam adferen-
tes: sive ut aiunt Ic. In aliam rem, quam quæ
credita est, fidejussor obligari non potest, l. si
ita 42. ff. de fidejuss.*

Certo die) Constituto dies certus adjicitur
l. 19. ff. eod. Nam hæc hujus negotii natura
est, ut conferatur in diem, hæc est vis & po-
testas verbi, *constituere*. Quid si constitutum
fiat nulla præstituta die, id est, ἀσέθεντος,
non præfinito solutionis die, ut vertunt Basili-
ca, valetne constitutum? Audiamus Paulum
Juriscons. in l. 21. eod. *Si sine die constituas, in-
quit, potest quidem dici, te non teneri. quasi di-
ceret, videtur quidem non valere constitutum*

quasi imperfectum sit : alioquin & confestim
 agi tecum poterit , si statim , ut constituisti non
 solvas , quod à natura hujusce negotii alienum
 est , quoniam in diem certum constitui solet.
 Sed modicum tempus , inquit , statuendum est ,
 non minus decem dierum , ut exactio celebretur.
 Et valet igitur constitutum etiamsi dies nomi-
 natim adpositus non sit. Sed quamvis sine die
 constitutum sit , non tamen confestim agi po-
 terit , sicut ex pura stipulatione statim agitur ,
 sed ei constituto ex prudentium interpretatio-
 ne decemdiem incrit. Hæc est Pauli sententia ;
 nec alia mente scripsi , videri non valere cons-
 titutum , si sine die constituas , quam ut dubi-
 tandi rationem , qua Paulus movetur tange-
 rem. Idem tamen cum Paulo sentio : absit e-
 nim ut vel Paulus cogitarit , vel etiam Paulum
 ego sic accipiendum putarim , quasi diem fal-
 tem integrum adjici constituo necesse sit , ut
 valeat , quamquam vix est , ut auctores nostri ,
 qui in diem constitui scribunt , in tempus an-
 gustius constitui posse crediderint , quam ut la-
 xamentum unius diei habeat , qui daturum ,
 facturumne constituit ; alioquin nec utilitatem
 haberet constitutum , nec à præsentaria solu-
 tione prope differret. Itaque & cum pure mu-
 tua pecunia datur non adjecto die solutionis ,
 confestim agi non potest , sed post triduum , ex
 Græcorum sententia ad l. 19. ff. de reb. credit.
 quorum verba hæc sunt : *εἰ γὰρ ἀπλῶς δανείσω
 πινὶ , ἐν τῷ τῆς ἡμετέρας δυνάμου ἀπαιτεῖν
 τὸ δανείον.* Si cui simpliciter credidero , statim id
 est , post tres dies creditum petere possum. Vide
 locum Plauti è Mostellaria quem observavit
 summus juris interpretes in recitatione ad l. 4.

D. eod. Et falsus est Accursius, qui ad l. si pœnam 68. D. de verb. obligat. significat, pecuniam statim peti posse. Sed & idem ad d. l. 21. eisdem fere verbis scripsit, quod ego ad Theophilum ut deinde animadverti. In summa quum quæritur, an constitutum sine die factum, *ἢ ἂν πρὸ ἡμέρας ἢ ἂν ἑσπέραιον*. vocat Eustathius *ἢ ἕως ἡμέρας*. Cap. de decem diebus, jure valeat, hoc quæritur, an constitutum sine certo die factum, *ἢ ἂν ἀπὸ ἡμέρας* valeat: sive an propter omissionem diei constitutum infirmetur: non autem quæritur, an longius, vel recisus & angustius tempus adjici constituto possit, ut vel in horam, aut semihorium utiliter constituatur. Hæc mea, hæc Pauli sententia est. Neque Salmasius hoc debuit notare in lib. de modo usurar. cap. xvi. Hodie verò constitutum & purè fieri potest, l. pen. h. t.

Quod autem ad Petronium attinet, videamus an *venire ad constitutum*, sit, ad diem condictum venire, vel potius locum, ut de loco Salmasius Petronium capiendum putat. Quid si de die constituto intelligamus? Sic Petronius suadere videtur his verbis, quæ præcedunt. *Flagitabant uti apud se utraque deponeretur, ac postero die judex querelam inspiceret. Et paulò post: invaserat pallium, exhibiturumque crastina die adfirmabat.* Certè non minus de die, quàm de loco constitutum intelligi potest Cicero pro Cecinna: *Homines inermes, qui ad constitutum experiundi juris gratia venissent.* Idem epist. 4. lib. 7. ad familiares: *Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas.* Nisi constituere hic accipias pro convenire. Sic Terent. in Hec. act. 1.

sc. 2. *Constitui cum quodam hospite.* Velleius Paterculus lib. 2. *Ex constituto arma corripuit: id est, de compaeto, ut Plautus loquitur, vel ex compaeto, ut Suetonius. Colloquium Scholasticum: Iudices enim diem nobis dederunt hodiernum. Sententia dicta, quare volo te presente de causa cum advocatis tractare. Adhibuisti? adhibui, quosnam? tuos amicos, bene fecisti, constituisti? circa quam horam? in quo loco? in foro, in porticu, juxta porticum Victoriae. Paulo post illuc venio, & mox: Accipe ab eo nummos, & sequere, sicut constituimus. Cornel. Tacitus de moribus Germanorum: Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt. Interdum plenius dies constitui dicitur. Cicero pro Cecinna: Placuit Cecinnae, de amicorum sententia diem constituere Paul. Oros. lib. 6. c. 2. Nam tunc veluti ad constitutum diem festinarent, ἐς ἡμέραν ῥιπτιῶν Appian. in Lyb. Salmasius profert locum Varronis è 2. de R. R. Quod tam sero venisset ad constitutum, ac contendit Varronem de loco intellexisse. Idem tamen in Erratis, an de tempore? inquit, Quo uno verbo tota fere hujus controversiæ moles corrui. Denique siue lolum, siue diem intelligas, utique constituendi verbum tractum & intercapedinem temporis continet, καὶ αὐτὰ ὑπὸς ἐμῆ ἀπολελογηται.*

Certo die. Ex die obligatus utiliter constituit, se eadem die soluturum, vel citeriore, & proximiore, vel alio loco, l. 3. §. ult. & l. seq. l. 5. eod. Sed & quod in diem, ὑπὸς ἡμέραν ἀριστοῦ, in diem certum, vel sub conditione debetur, purè constitui potest, l. id quod 19. D. eod. l. 2. h. t. Reus igitur constitutæ pecuniæ

in duriores causam constitui potest: fidejussor autem in duriores causam adhiberi non potest, l. Græcè §. illud ff. de fidejuss. & hanc tertiam differentiam inter constitutum, & fidejussoriam obligationem, notant Græci his verbis: *ἡ δὲ ἐπιβάρυνσις ἐστὶν ἐπὶ βαρύτερον αἰτία, ὅσον δὲ το αἰπέτεως ὄντι τῆς ἁπλῆς, ἀντιφωρεῖς ἁπλῆς αἰπέτεως. ὅτι ἐξυῖται ἢ ἐπὶ βαρύτερον αἰτία,*
 Sic suppleri debent Glossæ Nomicae in v. *pecunie constituta*, ex manuscripto codice, quem olim mihi commodavit magni nominis & doctrinae vir Jacobus Sirmondus. Salmasius lacunato usus est codice in his differentiis explicandis: & ideo Glossarii Nomici mentem assequi non potuit.

Curaturum se. Sed & plures constituere possunt, l. 16. eod. sed habent beneficium divisionis, si omnes litis contestatae tempore solvendo sint, l. ult. h. r.

Sc. Si vero quis constituerit alium solutum, non se pro alio, non tenebitur, d. l. 5. §. 4.

Recipit.) Receptitia in constitutoriam transfusa, constitutor etiam recipere dicitur, *ἀνάδειξενται.*

Citra stipulationem) Constitutum fit nudo consensu sine stipul. d. 1. in pr. & §. eum qui. eod. d. §. de constituta. Theophilus ad §. 8. de action. & ideo & praesentes & absentes constituimus, & quibuscumque verbis, l. 14. §. ult. eod. stipulatio enim fiebat verbis solemnibus ante Leoninam constitutionem, §. 1. vers. sed hæc, inst. de inutil. stipul. & hæc est quarta inter constitutum & fidejussionem differentia: fidejussor enim stipulanti adpromittit, ut observant, Græci loco sup. cit.

Ut ad fieri plerumque solebat, Romani enim & Græci per mensarios, *Ἀφ' τῶν χρηματιστῶν τῆς ἐπιπέζι λέγουσιν ἐργασία*, ut est in epistola 15. earum, quæ Themistoclis nomine circumferuntur, omnia negotia exercebant. Per eos plerique pecunias credebant, & fœnori occupabant. Colloq. Schol. *Etamus nos ad nummularium, capiamus ab eo denarios centum.*

Argentari. recip.) Ex recepto foli argentarii obligantur: ex constituto verò: omnes quamquam & receptum argentariorum etiam constitutum dicitur, & utraque actio ex constituto nasci, l. 6. §. 3. ff. de eden. Theophil. ad d. §. 8.

Soluturum se) Novatione non facta: nec enim recepto, aut constituto novatur obligatio, l. 28. ff. eod. non magis, quam fidejussione: erravit enim auctor glossarii, qui scripsit, constitutorem esse, qui se pro alio soluturum promittit, & alterius in se transfert obligationem. Et qui hac actione egit, sortis obligationem non consumit, id est, non litis contestatione, sed solutione utraque obligatio solvitur, d. l. 18. §. ult.

Actio civilis] Verbis enim civilibus componebatur, d. l. 2.

Constitutum appellatur] Glossæ juris: *κρησιστήσιον ἢ ἔστω ἢ συστάσις, ἔλοι ἀντιφώνησις, Ἀφ' ὅ τῆς ἀντιφώνησεως συνίσταται, ἢ βεβαιώται ἢ ἀπαίτησις ἢ παρὰ τινος ὀφειλομένων τινὲ πρᾶγματων.* Constitutum Græci ἀντιφώνησιν vertunt, Basil. lib. 26. tit. 7. Glossæ græco lat. ἀντιφώνῶ, constituo, item: ἀντιφώνησις, pecunia constituta, & constitutor, ἀντιφώνητης, Nov. 4. c. 2. *Respondor. ung. respondant.* Cujacius in recitat. ad hunc tit.

Scribit , *ἀν' ἰσφωνήσεως* verbo numquam significari fidejussionem, quod facilè concedam, si de vetustioribus Græcis intellexit : Hesychius enim *ἐχθυσάζειν*, *ἀν' ἰσφωνεῖν*, interpretatur.

Juris prætorii] Constitutum est nomen honorarium, d. §. 8. & l. 1. eod.

Penes me habes] Formula constituti, l. quidam 26. eod.

Mihi imputato] *πρὸς ἐμὲ ἔχε τιτὸν ὀφειλὴν, ἐγὼ ἀποτίσω*. B. Chrysofostom. in eandem Pauli epist. hom. 3. *ἐμοὶ εἰς χρέος τῆτο λόγισασι, ἐμὲ ἔχε ὀφειλέτιν*. Theophylactus ibid.

Scripsi.] *πρὸς ἀσφάλειαν πλείονα, ὅτι ἀποδώσει τὸ χρέος, λάβε ἰδιόχειρὰ μοι τὰ γράμματα*, Theophylactus ibid. & Oecumenius totidem fere verbis. cap. ult. Theodoret. *ἀν' τὴν γραμματίαν τὴνδε κήτεχεν τὴν ἐπιστολήν πᾶσαν αὐτὴν ἐγὼ γέγραφα*.

Ego reddam] Idem Theod. *ἐγὼ καὶ ὀφείλειν καὶ ἀποδώσειν ὑπιχνεῖμαι τὸ χρέος* : Ego *est debere, est debitum redditurum promitto*.

Nudo consensu] d. l. 1.

Quæ in mutui caus. ven.] Quæ pondere, numero, & mensura constant : hodie verò rerum quoque immobilium nomine, ut olim receptum, Theophil. ad d. §. 8. d. l. 2.

Actio erat annalis] Certis casibus, hodie perpetua est, ut cæteræ in personam actiones, d. l. 2.

Qua de causa] Non tam ex nudo consensu nascitur obligatio, quàm ex perfidia, d. l. 1. & d. l. illud. Prætor enim hanc actionem proposuit ut improbitatem ejus coerceret, qui pactum atque constitutum perfidè rupisset, qui- que fidem fecellisset, supremum rerum huma-

natum vinculum, Quintilian. declamat. 344. πίσειν ἐπὶ συναλλαγαῖς, τὸ κράτιστον τῷ ἐν ἀνδράποισι ἀγαθῶν ἢ πάσαις φυλάττων ἐν ὁμοιοῖα τὰς πόλεις, ut scribit Dionys. Halicarnass. lib. 6. ἱερὸν χρῆμα, ut idem ait lib. eod. Cicero pro Rosc. Comi. *Æque perfidiosum, & nefarium est, fidem frangere, qua continet vitam, qua nixatur vita* ut Lucretii verbo utar. Simplicius in Epicteum: ὁμολογίας παρεβαίνειν ἀτοπον, ἢ ἀσεβες δεχεῖ. ὡς τῆς ἀληθείας, ἢ τῆς πίσεως, δι' ὧν τα πάντα ἐπίσταται, ἢ μένει ὅσον ἐφ' ὑμῖν ἀκορημένων. Et quasi ex delicto igitur hæc actio datur, & coercendæ perfidiæ. Est autem gravius fidem fallere in pecunia debita, quàm in pecunia non debita: constitutum enim non fit nisi in pecunia debita, ut jam supradictum est. Cujacius alibi scribit, constitutum non esse pactum nudum, sed contractum, quia receptum imitatur, quod erat contractus, Parat. D. eod. & ad Nou. iv.

Hereditariam esse) Actio constitutæ pecuniæ datur heredibus, & in heredes, l. 2. h. t.

De probationibus.

TIT. XIX.

V. tit. 3. lib 22. ff.

ET hic quoque titulus pertinet ad generalia præcepta & communia omnium actionum. Nam inanes sunt actiones, nisi, ut dicitur, indubitata probationis fide apud judicem competentem liqueat vera esse quæ in iudicium adducuntur. Hoc vero quis præstare debeat, actor, an reus in singulis actionibus quæri &

disceptari solet, & per singulas quoque actiones hoc titula itur hujus rei exploranda gratia, non per omnes quidem, esset enim res operosa & molesta nimis, sed certas quasdam in personam & in rem. Probatio autem est intentionis suæ legitima fides quam facit judici actor, vel reus, vel uterque. Et duæ præcipuæ sunt maximæque probationum species instrumenta & Personæ, ut Heliodori X. Æthiop. & l. ii. infra, de fid. inst. l. i. sup. de dilat. Addi possunt argumenta, signa, indicia, l. 21. hoc tit. l. 10. inf. arb. tut. & indicia certa quæ jure non respuantur, l. indicia, sup. de rei vind. l. 15. infra, de ju. dot. indicia indubitata & omni luce clariora, l. ult. hoc tit. & plerunque probationes quæ dicuntur, hoc adjuncto liquidis vel manifestissimis vel apertissimis, hæc indicia rationesque dicuntur, ut l. pen. infra de contr. stip. l. 2. infra, de in lit. jur. l. 3. §. præterea, ff. de susp. tut. l. libertas §. ult. ff. de man. test. l. plane §. 1. de lega. 1. & hæc genera legitimarum probationum. Illegitimæ sunt testationes, adnotationes, expensilationes privatae. Nam & formas agrorum privatas non obligare Siculus Flaccus ait, & alio jure sunt antiqua monumenta finium ære vel saxis insculpta, nempe quasi instrumenta publica, sicut census publicæ tabellæ: alio jure de quarum fide non ambigitur, & alio professiones censuales vel etiam natales eumentitæ, vel affirmationes, aut nominationes nudæ. Etiam jurejurandum per se solum nego esse legitimæ probationis genus: alioquin jurejurando actoris feret reus inficiator non minus quam instrumentis, vel testibus, l. cum qui, ff. de jurejur.

non nego esse adminiculum infirmæ & illegitimæ probationis, ut edicto Justiniani VII. nec ei alios effectus suos detractos volo. Id in cœco testimonio Rhetores ponunt, sicut tabellas & personas absentes & multitudinem, aut civitatem.

Enarratio.

TIT. XIX.

INanes sunt actiones) Inefficaces, inutiles,
sine re.

Indubitata prob. si.) Indubiis probationibus, l. 11. inf. de s. instr.

In personam) Ut certi conditionem, l. 1. cujus formula hæc est: si paret dare oportere.

In rem) Rei vindicationem, l. 2. 4. & 21. cujus formula hæc est: Si paret rem, qua de agitur, Mævii esse, Theoph. ad §. 2. de action. nec enim aliter condemnat iudex, quam si ei appareat verum esse, quod in iudicium deducitur: *ἀνδραποδοί τῶν φανερώων μόνων καὶ δούλων κερταί*, *Rerum certarum iudices sedent.* Theophylactus in epistolam Pauli ad Romanos cap. 2. Præjudiciales actiones in rem esse videntur, §. præjudiciales, Instit. de actione de quib. in l. 10. 13. 14. 15. 17. 20. & 22. Petitio hereditatis de qua in l. si scriptum 11. est mista, l. sed etsi 25. §. petitio, ff. de petit. heret. restitutio in integrum, de qua in l. cum te 9. vel in rem datur vel in personam, Paul recept. Sent. lib. 1. tit. 6. §. integri. Vide Cuj. ibid. & ad l. 3. in fi. ff. de minor.

Legitima fides] Quæ fit per legitimas pro-

bationes, ut vocantur in l. 25. ff. eod.

Fides) Ut Græcè *πίσις* Quintilian. v. cap. x. *Hæc omnia generaliter πίσις appellant: quod et si propria interpretatione dicere fidem possumus; aptius tamen probationem interpretabimur: Syriani, & Sopater in Hermogen.: αἰ γὰρ τῶν νομιχῶν πίσις, ἢ το ἀποδείξις: Jurisperitorum fides, sive probationes.*

Quam facit] L. quingenta 12. in fi. ff. eod.

Actor] Actor implere debet intentionem suam, est generalis regula, γενικὸς κανὼν, Græcis actor probat se pecuniam numerasse, l. vi. h. tit. quæ sic legenda est ex fide vett. codd. Ægidii Menagii & Juliani Brodæi: ut creditor qui pecuniam petit numeratam implere cogitur, &c. quam scripturam confirmant Basilica his verbis: ὡσπερ ὁ δανειστὴς ὁ πρὸς χεῖμαζα ἀπειτηνῶν, ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἠρίθμεσεν interpretes: ὁ δανειστὴς ἀπειτεῖται ἀποδείξαι πλὴν ἀρίθμησιν: Claudius Salmasius corruptos codices sequitur, & sententiam legis non assequitur, de modo usurarum capite XXI. lege 4. sup. de eden. §. 2. inst. de legat. si reus inficietur d. lege 1. vel qui agit rei vindicatione, dominium probat, d. l. 1. & 4. in actionibus præjudicialibus actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit, l. generaliter, 12. ff. de exception. cujus explicationem vide apud Cujac. Obs. lib. v. 37. Qui agit petitione hereditatis, probare debet vitia testamenti, d. l. II. Qui petit restitutionem in integrum, ætatem probare debet, d. l. 9.

Reus) Reus etiam probare debet velut intentionem suam, l. 19. ff. de probat. Sic in l. 1. inf. de non num. pec. & l. 1. inf. si pignor. con-

vent numer. sec. intentio accipitur pro exceptione, ut Ooservat Cujacius & Glossa, verbi causa, qui adfirmat se solvisse, solutionem probare debet, l. 1. hoc tit. d. l. quinta, l. adseveratio 10. inf. de non numer. pec. l. ult. inf. de solut. Item si tutor conveniatur ex persona contutorum, utetur exceptione, si non omnes solvendo sint tempore finitæ tutelæ, probabit igitur omnes eo tempore solvendo fuisse, l. 3. hoc tit. reus enim in exceptione actor est, l. 1. ff. de exception. actoris partibus fungitur d. l. in exceptionibus, ex generali regula, l. cum de indebito 25. §. 2. eod. Denique siue dilatoria sit exceptio, siue peremptoria probanda est postquam actor probavit intentionem suam, l. si quidem 9. inf. de exception. l. emptor. 9. inf. de præscript. long. temp. l. exceptionem 19. hoc tit.

Vel uterque) Titius fundum vindicat, & profert instrumenta auctoritatis, puta, emptionis tabulas: qui vero fundum possidet, allegat eum sibi à Titio donatum. Si possessor probet prolatis donationis tabellis, vincet: nisi contra Titius eas falsas docere sit paratus, l. cum precibus 18. h. t. Item probatio exigitur ab eo, qui profert instrumentum, ut doceat verum esse & ab eo qui arguit esse falsum. Probatio igitur ab utraque parte exigitur, l. pen. h. t. l. ult. inf. ad leg. Cornel. de fal. l. 2. C. Theod. de testam. l. quoties 4. C. Theod. de fid. test. & instrumentum. Denique si sit quæstio de genere seu genere probatio ex utraque parte admittitur, Nov. 36. Simplicius Demostenes probationem definit his verbis: ἑλξίχος δ' ὅταν οἷς αὐτῷ εἴπη τις, καὶ πάλιν οἷς αὐτῷ δείξη, adversus Androthionem.

Dux præcipuæ] *μεγίσται ἀποδείξεις*, Heliodor. 10. probationes solemnes, Gell. lib. xiv. 2.

Instrumenta & personæ) L. emancipationem, 11. & l. in excercendis 15. inf. tit. prox. vide Cujac. ad Paul. v. Sentent. tit. v. tabulæ & testes, d. cap. 2. Isidorus Hispalensis Origin. xviii. 15. *Probatio testibus & fide tabularum constat.*

Argumenta) Demosthen. loco jam citato: *ἔστι τοίνυν ἀνάγκη τὰς ἐλέγχοντας ἢ τεκμήρια δεικνύειν, ἢ ὠνέμεφανῶσι τὸ πισόν, ἢ τεικίότα φράζειν, ἢ μάρτυρας παρέχειν.* Euripides Phœnice: *πίφων ἢ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἀλίσκεται.* Æschylus Diris: *ὑμοῖς δὲ μάρτυρα τε καὶ τεκμήρια κηλεῖς. δ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὀρκώματα.* Et interdum certior est fides indiciorum & argumentorum, quam testium. Quintilianus v. cap. vii. *Hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri: argumenta ex natura duci. In his judicem sibi: in illis alii credere.* Maxime in testamentis. Isæus *ᾧ Νίκος κλέεις: δικηεῖ μοι προσήκειν τεκμηρίοις μάλλον ἢ μάρτυσι πισεύειν.* Regulariter enim testium fides atque auctoritas potior est. Sopater in Hermogenem: *κρείττων ἢ μάρτυρία καὶ τεκμηρίων, καὶ τὰ εἰκότων.*

Argumenta.) Auctor ad Herenn. *Argumentum est, per quod res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma suspicione.* Quintil. lib. v. 10. *Argumentum est ratio probationem præbens, qua colligitur aliquid per aliud, & quæ quod est dubium, per in quod dubium non est, confirmat.* Isidorus d. c. 15. *Argumentum nunquam testibus, numquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem.*

2009 Minis Signa) *σημεῖα τε καὶ εἰκότα*; Themist. orat.

XIV. Ἡ ἰσημεῖα ἐπὶ τῶν πραγμάτων λέγεται, τὰ δὲ εἰκότα ἐπὶ τῶν προσώπων. Quintilianus dicto libro IV. cap. IX. Signum vocant σημεῖον. quamquam id quidam indicium, quidam vestigium nominaverint, per quod res intelligitur.

Luce clariora) Cicero pro Cœlio : Argumentis agemus : signis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Hæc indicia] Quæ dicuntur probationes liquida, σαφεῖς ἀποδείξεις. Aeschyn. in Timarchum, manifestissimæ, apertissimæ, & evidentissimæ, alias argumenta liquida, apertissima, vel manifestissimæ rationes dicuntur, l. 5. inf. de pignorat. act. μεγάλα τεκμήρια, ἢ πίσεις ἰκαναί, Demosthen. in Onetor. priore, πῶς φανερὰ τεκμήρια, idem in Timoth. Sopater in Hermogenem : οἱ νόμοι ἔτω κελεύουσιν τὰς ἀποδείξεις ἐκ τῶν βανερῶν ἢ ἀν' ἀμφισβητήτων. Tunc intentio dicitur probari manifestis rebus, Cœlio Aureliano, & aliis notæ melioris auctoribus.

Illegitimæ sunt, testationes) Sola testatio privata fidem non facit, l. 5. h. t. l. 4. inf. de testib. & privata est, quæ fit sine iudice. Cujac. consultat. 49.

Postrema quoque defuncti testatio fidem non facit, puta si scripserit sibi deberi, l. 6.

Adnotationes) ὑποσημενώσεις, Bas. Quibus quis debitorem sibi constituit, d. l. 5. & l. 6. quod turpe est. Cicero pro Roscio Comædo : Quemadmodum turpe est scribere, quod non debeat, sic improbum est, non referre quod debeas, & exemplo perniciosum, l. 7. h. t.

Expensilationes) Expensilatio olim fuit probatio legitima, Cicero d. Orat. Aul. Gell. lib. 14. cap. 2. hodie expensi codex fidem non fa-

cit, d. l. 5. & 7. accepti autem fidem facit, l. non est novum 5. sup. de eden.

Siculus Flaccus) Verba ejus hæc sunt de conditionib. agrorum : *Quidam vero possessionum suarum privatim formas fecerunt, quæ nec ipsos vicinis, nec sibi vicinos obligant, quoniam res est voluntaria.*

Ære idem) Siculus : *Quidam formas, quorum mentio habita est, in ære scalpserunt, id est, in æris tabulis scripserunt.*

Census publicæ tab.] Publicæ tabulæ territorii cujusque civitatis, & agrorum cujusque, l. 4. §. 1. ff. de cens. hæc probant, l. census 10 ff. eod.

Profess. cens. e ment.) Professio censualis, ἀπυγραφὴ τῆς ἐσίας, e mentita, id est, si quis in censum rem alienam velut suam retulerit, domino nocere non solet, l. censualis 7. C. de donation. l. quæ quisque 64. ff. de adquir. rer. dom. vide Cuj. ad l. 11. C. de agricol.

Natales) Natalis quoque professio, ἀποστροφὴ γενεθλιακῆ, Bas. ἐξστροφὸν γενετείδιον, Theodoro Hermopolitæ, natalis inquam professio e mentita, id est si quis in professionibus natalium se filium alicujus professus sit : *Profiteri enim poterat semetipsum qui vis, ut ait Tertulianus lib. v. advers. Marcion. hæc inquam affirmatio filium non faciet, nec si quis fratrem suum Mævium appellaverit, nominatione frater fiet, l. non epistolis 13. & l. seq. h. t. l. neque professio 5. C. de testam.*

Etiam jusjurandum) Jusjurandum non esse liquidam probationem putant interpretes, arg. l. si quando 9. C. und. vi, & ibi tradit Salicetus.

Vel testibus) Et dupli persecutionem sibi

adquireret, ut in actionibus; quæ inficiando crescunt.

In cæco testimonio) Donatus in illud Terentii Andr. act. 5. sc. 4. *Multi alii in Andro tum audivere. Hoc inquit, testimonium cæcum dicitur: testimoniorum enim modus duplex est, manifestus, & cæcus. Manifestus est, qui certos testes, & præsentis habet: cæcus, in quo multitudinem, aut civitatem dicimus scire, ut Cicero: testis est tota Sicilia, quod tamen audientem consternat. Est etiam in cæco iusjurandum. tabulæ, absentesque personæ.*

De testibus.

TIT. XX.

A Generali titulo de probationibus transi-
tum facit ad probationum species summas,
ac primum agit de fide testium, deinde tit. seq.
de fide instrumentorum, illa fides ex pluribus
testibus constat ut lex caverit, vel si nihil ca-
verit, ut lex XII. de vindictis sumendis & de
furto concepto, saltem ex duobus, hæc vero
etiam ex instrumento uno.

Enarratio.

TIT. XX.

Species summas) Personæ & instrumenta
præcipuæ sunt, maximæque species proba-
tionum. Cujac. sup. t. 19.

De fide testium] Ut in Cod. Theod. de
fide testium, & instrumentorum *βεβαιώσεως μαρ-*

τύρον vocat Heliodorus x. Ex inopia probationum aliarum ad testes decurritur. Philo III. de vita Mos. ὄνασιν ἀπὸ δειξέον ἢ ἀπὸ λόγων ἢ ἰσχυρμάτων, ἐπὶ μαρτυρίας καὶ ἀφειγασίν οἱ τὰς ἀμφισβηλήσεις ἔχοντες, ὧν τὰ ῥήματα κανόνες εἰσὶ δικασαῖς. ὡς ἂν μόλις δὲ ἀποφαίνεαι. S. Basilus de spiritu sancto c. 29. εἰς ἐν δικαστηρίῳ τῆς ἀπὸ τῶν ἰσχυρμάτων ἀπὸ δειξέως ἀπορῶντες, μαρτυρίαν ὑμῶν πλήθος παρεσησάμεθα: ὅτι ἂν τῆς ἀφεισῆς παρ ὑμῶν τύχοιμεν, ἐγὼ μὲν ἔλωσ οἱ μαρ.

Pluribus testibus] Qui sint idonei, εὐηπόλητοι, integræ opinionis, ἀπαρραγῆτοι, ut eos vocat Pfellus in Canticum canticor. testes omni exceptione majores. Joannes Cananus in Narratione de bello Constantinopolitano: τὰ παρτύρια ἔχομεν παρὰ μαρτύρων ἀπαρραγῆτων καὶ τῶν φιλευσεβείων νόμων: testimonia habemus testimonium omni exceptione majorum secundum leges. Quam vocem usurpavit Oecumenius in Apocal. capite xviii. Inter ἀπαρραγῆτους non censentur inimici, lege tertia ff. eod. Auctor vitæ sancti Athanasii: παρτύρες ἢ οἱ ὄντες Εὐσεβιον, ὅς περὶ αὐτῶν Ἀθανασίου ὡς ἐχτρῶς παρεγράφητο, καὶ νόμοι αὐτοῖς καὶ ταῖς ἐκ τῶν νόμων ἀνάγκαις εἶργε τῆς κατ' αὐτῶν μαρτυρίας: Joan. Hierosol. in Matth. c. xxii. Homil. 42. Inimicorum testimonium in judicio, etsi verum fuerit, quasi suspectum reprobatur D. tamen. Chrysostomus in psalm. xlv. scribit testimonium quod ab inimicis fertur, suspitione carere, si non inimicitie causa fiat.

Pluribus testibus) In idem consentientibus. Eusebius Demonstrat. Evangelicæ lib. III. εἰ γὰρ ἐπὶ πάλιν ἀμφιγνημῶν πρᾶξιμάτων, ἐν τε τοῖς καὶ νόμοις δικαστηρίοις, καὶ ἐν ταῖς ἁγιωταῖς ἀμα-

Φισθήτησι τῶν μαρτύρων συμφωνία κυροῖ τὸ ἀμφι-
 γνούμενον &c. vide tamen legem 3. §. 1. ibi, &
 qui simpliciter, ff. eod. Æmarus Ranconetus
 legebat, & qui simpliciter, id est, dispiciet ju-
 dex utrum qui similiter visi sunt dicere, unum
 eundemque meditatam sermonem attulerint:
 tunc enim ejusmodi testimonia reum non læ-
 dent, καὶν οἱ σωωμόλαι πολλοὶ λαρτυρεῖεν, ut ait
 Synesius epist. L. *Licet plures conspirantes con-*
cordantesque testimonium dicant. & si fraus igi-
 tur aberit, non improbatur eorum testimo-
 nium, qui unum idemque dixerunt. Basili-
 ca tamen nihil mutant in quibus simpliciter ex-
 ponitur, ἀποκίλως καὶ μὴ ἀπὸ συμβεβηῆς: *non cal-*
lide, nec ex composito. Addamus, primæ notæ
 testes, esse eos qui se vidisse dicunt, secundæ
 qui audiisse. Seneca iv. Natur. Q. 1. si arbiter
 28. ff. eod. Joannes Cantacuzenus hist. lib. 1.
 cap. xxxvi. καὶ ἀπὸ εἰζιν ἐναρζῆ παρεῖχέτο τῶν ὄψιν
 oculos adhibebat, qua nulla certior probatio est.
Quæ videmus, sine dubio vera sunt, ut ait Ser-
 vius in vi. Æneidos. Ulpianus Demosthenis
 interpretes in eam contra Leptin. ἐπειδὴ ἔφη ἀκῆ-
 σαι, ἢ δ' ἀκοη εἶναι ἤνπισή, προσέθηκε τὸς θεασα-
 μέους, καὶ ἀπαρξείλαντες: *quoniam dixit se audiisse,*
auditionis autem incertior fides est, adjecit eos
qui vidissent, & retulissent.

Ut lex caverit) Ut puta lex Julia in divor-
 tiis septem testes exigat, l. nullum 9. ff. de di-
 vort.

De vindiciis sumendis) Fest. Pomp. Su-
 perstites testes, presentes significat, cujus rei
 testimonium est, quod superstitionibus præsentibus
 ii inter quos controversia est, vindicias sumere
 jubentur.

De furto concepto) §. conceptum, instit. de obligat. quæ ex del. nasc.

Ex duob.) Ulpian. in. l. 12. de testibus: *Vbi numerus non adjicitur, etiam duo sufficient: pluralis enim elocutio duorum numero contenta est: Sive ut ajunt Græci ad l. libertas 17. D. de mai. num. test. τὰ γὰρ πληθυντικὰ παρὰ ῥωμαίοσι, ἀπὸ τῶν δύο ἀρχεται.*

Ex duobus) Pessimi enim exempli esset, unico testimonio fidem haberi: *etiamsi testis præclaræ curiæ honore præfulgeat, l. 9. h. t. id est, licet Senator sit, καὶν συγκλητικὸς εἴη, ut vertunt Basilica. Cedrenus: μηδ' ἐῖς παραδέχεται μαρτυρῶν κτ' πνος, καὶν λίσαν ἢ ἀξιόπιστος: neque unius etiam idonei iestimonium adversus aliquem recipiatur.* Ad reverentiam Episcoporum pertinet, quod cautum est Constantini constitutione, de confirmando etiam inter minores ætates iudicio Episcoporum, in Appendice Cod. Theod. *Testimonium, inquit, ab uno licet Episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacro-sancto homine conscientia mentis inlibatæ protulerit.* Et hoc Julii Pollucis in præfat. libri III. *ἐν ταῖς δικαῖς εἰς ἀξίохρεως πολλῶν μαρτύρων ἀρκοῖ: In judiciis unus idoneus pro multis testibus sufficit: sic accipiendum est, ut testis unus honestior, spectatæ, & optimæ opinionis & existimationis vir. apud iudicem bonum potior sit, quam plures humilioris loco positi, aut dubiæ fidei homines: πισώτεροι γὰρ οἱ γνωριμώτεροι, ut ait sanctus Basilius in Esaiam μόγω 6'. Idemque jus*

Hebræorum. Iure tamen singulari Rex vno teste reum damnare poterat, ut scribit Maimonides. vide Schickardum de jere Regio Hebræorum cap. 1v. Theoremate xiv. Denique eodem jure utuntur Galli, ut constat ex forensiorum verbo: *à face hardie une preuve ne nuit.*

De fide instrumentorum & amissione eorum, & de antapochis faciendis: & de his quæ sine scriptura fieri possunt

TIT. XXI.

V. tit. 4. lib. 22. D.

IN exercendis litibus eandem vim habent tam fides instrumentorum quàm intercessionem testium, l. 15. h. r. & fidem instrumentorum dico quæ eis data sit vel imposita per testes, vel per comparationem literarum, l. iudices, l. cum quidam h. r. & instrumentorum vel publicorum vel privatorum. Et privata quæ fidem faciunt instrumenta dico chirographa, syngraphas, acceptilationes, apochas, antapochas, & testimonia suffulta testium voce. Publica autem forensia, quæ conficiunt aliis tabelliones vel mensarii, & census monumenta & acta judiciaria, quorum tamen amissionem vel corruptionem multis locis in hoc titulo ostenditur nihil nocere dominis, vel possessoribus, vel creditoribus habentibus alias probationes. Nam & sine his omnia negotia recte contrahuntur & perficiuntur, nisi aliud convenerit, l. contactus, hoc tit. Est in hoc tit. una Constitutio de antapochis faciendis, quo nomine significatur confessio debitoris facta creditori vel domino, qua singulis fa-

tetur de usuris quas solvit creditori, vel de pensionibus, aut redditibus quos domino solvit. Et apochæ vero & antapochæ sunt professiones solutæ pecuniæ; sed apocha debitori datur à creditore, antapocha creditori à debitore, ut scilicet quandoque ea fretus creditor, cum erit commodum ostendere possit solutione usurarum vel reddituum interruptam fuisse præscriptionem XXX. annorum, si forte eam debitor opponat creditori eludendæ actionis causa. Nam solutio usurarum vel pensionum quam utique creditor probaturus est per antapocham interruptit præscriptionem XXX. annorum l. pen. §. ult. infra de præf. 30. an. & recte Græci ad l. plures hoc titulo διακόπται τῆς τελευτησασθῆσθαι ἢ τῆς τόκων καταβολῆς. Est etiam pro antapocha exemplum apochæ subscriptum à debitore & creditori datum. Antapochæ formula hæc est: L. Titius fateor me C. Seio anno illo, die illa tot solvisse annui redditus nomine quem enim debeo ob fundum vel possessionem illam, vel tot usurarum nomine, ob creditam mihi pecuniam.

Enarratio.

TIT. XXI.

FIdem instrumentorum] ἐξ ἑσθῆτος πίσει, vocat Heliodorus 10. Cyrillus Alexandrinus Apologet. ad Theodosi Imp. ἐξ ἑσθῆτος ἐπὶ πίσεισιν ὑπομνηστικῶν. ut fides jurisjurandi, Phædrus Ætop. fab. 3. 10. S. Athanasius in Psal. cxviii. ver. 106. ὁ ὄρκος πίσεισιν ἐστίν. Firmicus Mathes. lib. 2. cap. ult. *Jurisjurandi fidem nec promittas,*

nec

nec exigas. vide sup. ad tit. i. B. Gregorius Nyssenus homil. 4. in Cantic. Cantic. ὄρκος ἐστὶ λόγος πιστῶν & δι' ἐαυτοῦ πῶς ἀλήθειαν. Est igitur fides instrumentorum, auctoritas scripturæ testibus, aut comparatione litterarum obfirmata.

Intercessiones] Depositiones. Certior est fides testium, quam testimoniorum, sive depositionum, testes enim præsentibus interrogantur: testimonia vero absentium recitantur, l. 3. §. 2. & 3. D. de testib. Eadem differentia est inter μαρτυρίαν & ἐμαρτυρίαν ὅτι ἢ μὲν μαρτυρία τῶν παρόντων ἐστὶν ἢ δὲ ἐμαρτυρία τῶν ἀπόντων. Harpocrat. Suid.

Per testes) Fides instrumentorum probatur testibus, aut comparatione litterarum, l. 16. & l. pen. h. t. fides dari dicitur instrumentis, l. indices 18. fides imponi d. l. pen. quibus eandem interpretationem adhibet Placentius in Summa: *Instrumentis, inquit, fides imponitur & per testes, & per litterarum comparationem.*

Per testes] Testes autem, si fides instrumentorum in dubium non vocetur, adversus ea non admittuntur scribit Paulus v. Sentent. tit. de testib. l. 1. h. t. & ita accipiendum quod scribit Chrysostomus, Homilia 36. contra Judæos, adversus instrumentum quod quis profert, adversarium testes producere solere, non eum qui instrumentum profert.

Comparationem) Collationem, l. ubi falsi 22. inf. ad leg. Cornel. de fals. συσκρισιον, d. l. 16 ταράξουσιν, Nov. 73. c. 3.

Et instrumentorum) Instrumenta alia publica sunt, alia privata, publica dicuntur quæ publice confecta sunt, γράμματα δημοσία, l.

comparationes 20. h. t. privata, quæ non publicè confecta sunt. Hæc dicuntur *ιδιόχρεα*, l. pen. inf. qui potior. in pign. de quib. Harmenop. 1. 8. 10. illa, Forensia, seu *αγοραία*, Nov. cxvi. c. 11. & alibi.

Instrumenta dico chirogr.) Glossæ græcolat. *γραμματεῖον*, *Chirographum*, cautio, instrumentum. Excerpta ex glossis: *instrumentum γραμματεῖον*. Colloquium vetus scholastic. *Hic habemus instrumenta. ἔνθεν ἢ ἔχον τὰ ἀσφαλίσιμα*. Glossæ latino-græcæ: *Instrumenta, γραμμάτια, ἀσφαλίσιμα*, id est, cautiones securitates, chirographarium instrumentum in l. ult. sup. si cert. pet. Instrumenta igitur propriè dicuntur conventiones scriptæ, vel aliæ scripturæ, *instrumenta literaturæ*. Tertuliano in Apologetico. Sed eo quoque nomine significantur personæ, & testes. Denique omnia, quibus causa instrui potest, l. i. D. eod. Etiam argumenta, & signa, Quintilianus lib. v. cap. ix. *Cruenta vestis, & clamor, livor, & talia sunt instrumenta, qualia, tabulæ, rumores, testes.*

Chirographa) Chirographum est privata scriptura seu cautio manu ejus, qui conscripsit, vel alterius pro eo subnotata & subscripta. Hesychius: *χειρογραφον, συμβόλαιον, γραμματεῖον*. Facundus Hermianensis libro iv. *Quod chirographum suum reciperet. & mox: si propriam manum Romano Episcopo non probante recipiat*

Syngraphas.) Asconius Prædianus in tertiam contra Verrem; *Inter syngraphas, & cætera chirographa hoc interest, quòd in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent: In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè, nu-*

merata, pro temporaria hominum voluntate scribi solent more institutoque Græcorum, & cæteræ tabulæ ab una parte servari solent, syngrapha signatæ utriusque manu utrique parti servandæ traduntur. Verùm abutimur his nominibus, & promiscuè syngrapham pro chirographo dicimus. Hesychius: συγγραφὴ, ἀσφάλεια, γραμματεῖον. Plautus autem modo syngraphum dicit, ut *Asinar. act. 4. sc. 1.* *Istum ostendo quem conscripsisti syngraphum*, alias, syngraphum: *Marc. Tullius syngrapham semper*; ut *quinto ad Atticum epist. ult. & libro 6. epist. 2. & alibi.* *Seneca de Clement. lib. 7. cap. 10.* *Sueton. Julii cap. 23.* imò in quibusdam codicibus syngraphum ibi igitur teste *Lævino Tortentio.* Glossæ gr. lat. συγγραφὴ syngraphum.

Acceptilationes.) Græci non solum professionem solutæ pecuniæ, sed etiam acceptilationem apocham vocant. Glossæ juris: *acceptilatio*, ἀποχή. Jurisconsulti tamen inter apocham & acceptilationem differentiam statuunt in *l. 19. §. 1. D. de acceptilat.*

Apochas) Glossæ græcolat. ἀποχή, apocha; est autem apocha professio solutæ pecuniæ *l. pecuniæ 14. C. de solut.*

Antapochas.) Constitutiones Neapolitanæ lib. 1. tit. 78. *Ex instrumentis in chartis papyri, vel alio modo, quàm ut dictum est, scriptis, nisi sint apochæ vel antapochæ, in judiciis, vel extrajudicia nulla omnino probatio assumatur.*

Testium voce.) Testibus enim, id est vivæ voci magis, quàm testimoniis credimus, *d. l. 3. §. idem divus, D. de testib.*

Forensia.) *d. l. 20. h. r. v. sup. hic*

Tabelliones) Tabelliones sunt publici contractuum scriptores, l. contractus 17. h. t. Procopius in arcana : ἐπὶ τῆς ἀρχαίας καὶ δημόσιας, ὅς ἐπέτελει τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα ἕκαστον εἰκείοις ἐπισφραγίζων αὐτὸς γράμμασιν, ὅπως ταβελλίωνα καλεῖσι Ῥωμαῖοι. Procopium exscripsit Suidas & auctor Gloss. Nomici vide Cujac. ad l. universos 15. C. de decurionib. & ad Novel. xlv.

Mensarii.) Per mensarios plerique omnia negotia exercebant, ut dictum est supra de constit. pecun. deque his omnibus rationes conficiebant, l. prætor. ait 4. D. de edend.

Census monumenta) L. 4. §. 1. D. de censib.

Acta judic.) L. 4. §. 2. D. de fidejuss. tut.

Amisionem) L. 1. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13.

Corruptionem) Putà, si vi ignis absumpta sint, l. 5. h. t.

Nam & sine his.) L. 9. 10. 12.

Una constitutio) L. plures 18.

Vel domino) Si coloni vindicent se in libertatem, & dicant se esse honorum propriorum possessores: præscriptione longi temporis repellentur, si dominus probaverit redditus & pensiones eos diu, quasi colonos exolvisse, quod probabit antapochis. Vide Cujac. ad l. litibus 20. C. de agricol. & censit.

Et apochæ verò) Apochæ formula hæc est : L. Titius profiteor P. Nævium mihi solvisse decem, quæ debuit ex testamento G. Seii. Lutetia Parisiorum anno & die illo Cujac. Obs. lib. 18. cap. 2.

Professiones solutæ pec.) v. sup. hic.

Et recte Græci.) Basil. lib. 22. tit. i.

Exemplum apochæ.) d. l. plures.

Plus valere quod agitur, quàm quod simulate concipitur.

TIT. XXII.

PArs est tituli superioris, ut plus valeat veritas rei gestæ quam instrumenta conficta & simulata, qua magis atque magis comprobatur id quod superior titulus jam satis comprobaverat, non minus valere rem gestam quamcunque quod instrumenta ea de re conficta nulla sint, & instrumenta non fieri ut res valeat, sed ut facilius probari possit, sitque eis fides & memoria diuturnior. denique propter res esse literas, non propter literas res: & instrumenta nihil aliud esse quàm testimonia factorum, l. 12. inf. de pignor.

Enarratio.

TIT. XXII.

PLus valeat veritas] Quod effectu, & re ipsa gestum est non quod simulate scriptum est, inspicitur. veritas simulationi prevalet, l. 1. h. t. verbi gratia, si meo nomine rem comparvero tabulis emptionis alterius nomine inscripto, res mihi empta erit, vel si emptio simulata pignoris facta sit, pignoris contractum intelligitur non emptio, l. 2, & 3. vel donatio sub specie venditionis l. 4. C. de apost. conjuncta Basil. int. lib. LX. tit. LIV. cap. XXVI. Interdùm tamen nihil agitur: verbi gratia, si mandavero tibi, ut rem meam Titio locares,

tu autem ei vendideris, egoque non relecto instrumento emptionis subscripserim, quasi revera locatio contracta esset: nec enim emptioni consensi, nec Titius conductioni, l. ult. in priorib. veritas prævalet, quia licet instrumentum confictum sit, tamen consensus efficit, ut id quod gestum est valeat, non quod scriptum est

Non minùs valere. Nam ejus quod simulatè concipitur, instrumentum quidem est, sed rei-gestæ nullum instrumentum esse intelligitur, & tamen non minùs valet: nec enim negotiis celebrandis adhibentur instrumenta, sed probandis.

De Commodato.

TIT. XXIII.

V. tit. 6. lib. 13. D.

EXpositis generalibus præceptis de obligationibus & actionibus, incipit modo de his tractare per species singulas: ac primum de actione commodati, quasi proxima actioni creditæ pecuniæ quam proposuit initio hujus libri. Nam & sub titulo de reb. cred. legimus prætorem edixisse de commodato & de pignore, l. 1. D. de reb. cred. & mox de pignore etiam agitur tit. seq. Commodatum est mutuum ad usum. Mutuum est commodatum ad abusum. Vel commodatum est contractus, quo quis rem suam dat gratuitò utendam alteri ad tempus. vel usus temporalis rei gratuitò concessus. Dico, gratuitò Nam originem commodatum trahit ab amicitia, & omnis charitas

atque amicitia gratuita est. Expleto autem usu in quem res commodata est alteri, ex ea conventionem domino competit actio commodati directa, ut si tradidero tibi servum meum pignori obligandum creditori tuo, soluta pecunia creditori, quia pignoris obligatio extincta est finitûsque usus rei in quem eum hominem tibi commodaveram, statim mihi competit de eo homine recipiendo actio commodati directa. & vicissim tibi contraria de recipiendis impensis majoribus in eum factis, forte ob morbum vel fugam ejus.

Enarratio.

TIT. XXIII.

Commodatum est mutuum.) Nam promiscua & communia hæc nomina sunt, commodatum & mutuum: & ut Græcis *χρησται*, utrumque contractum demonstrat: ita & latinis commodare, l. i. C. Theod qu. juss. quod tamen Tribonianus maluit mutare in proprium, mutuum dare, vel, quo vulgus utitur, præstare. Cujac. Parat. D. eod. quæ ideò retulimus, ut exemplis confirmaremus. Plaut. Perf. act. 2. sc. 5. *Creditur: commodabo. Sequere hac sis! argentum hic est, quod me dudum rogasti.* & in *Asinaria* Act. 3. sc. 3. *Viginti argenti commodas minas.* Rud. Ac. II. sc. IV. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat.* M. Tullius epist. l. 2. ad familiares: *De drachmis millies centenis, nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare.* Alcon. in Ver. de præt. urb. *Quibus pecunie commodatæ sunt.*

Vetus colloquium Scholiastic. *χεῖρον μοι πέντε
δυναμια: commoda mihi quinque denarios.* Glos-
sa verborum juris: *Commodatum, δανειακόν,
Commodator, δανειακός.* Cornelius Fronto:
Commodat mutuam pecuniam. Valerianus ho-
milia quarta. *Quicumque autem commodatam
pecuniam ultro reddiderit sibi reponit.* Zeno
Veronensis in sermon. 1. de Avar. *ut summam
querat, non quam commodato dedit, &c.* A-
pollinaris Sidon. epist. 24. lib. 4. *Commodata
summa.* Interpres Paul. 2. Sent. 10. *Pecuniam
comodaverit.* Sic legend. lib. 7. Capitular.
Car. M. c. 225. Paul. dixerat: *Pecuniam mu-
tuam crediderit.* Denique Patres etiam Afri-
cani, *commodare pecuniam* dicunt in can. 16.
Eccles. Afric. Sic Græcorum *δανείζειν* veteres
exponunt, *commodare*: ut psal. 36. *ὄλω ἡμέ-
ραν ὀλεῖ, ἢ δανείζειν ὁ δίκαιος*: *vetus translatio:
tota die miseretur & commodat.* Hieronimus,
tota die donat & commodat. ut Aquila, *δωρεῖται
ἢ δανείζειν.* quibus verbis duplex beneficii ge-
nus notari videtur, donatio, & mutuum gra-
tuitum, quod & quasi quodammodo donatio
est propter usum gratuitum. Symmachus psal.
111. *χαριστικός ἢ κίχρον.* quo sensu apud Nesy-
chium legitur, *δανείζει, μελαδιδῶ, τοῖς ἐνδύεσι κί-
χρα αἰτ, tota die, id est semper.* Apollinar. αἰεῖ
Exponunt, & *mutuare*, Matth. v. 42. *volenti
mutuare, δανείδω.* Gl. gr. lat. *δανείζω, fœnero
mutuo.* Fœnerare hic non est, pecunias fœno-
re occupare, sed absque usuris credere. eodem-
que sensu S. Ambrosius in d. psal. 36. *δανείζει,*
vertit, fœnerat. D. Augustinus in psal. xxxviii.
Tota die miseretur & fœnerat. Planius autem
dicitur, si dicamus fœnerat. Deuter. xv. 6. Fœ-

nerabis gentibus multis, id est, mutuò dabis. Augustinus: Fœnerationem scriptura dicit, mutuò datam pecuniam, etiamsi usuræ non accipiantur. Et eadem glossæ fœnus, seu fœnebrem pecuniam δάνειον εἰτοκον vertunt, à simplici fœnore, seu mutuo separantes. Quanquam fœuus κυρίως est creditum usurarium l. si vero 12. §. si mihi 5. D. mand. Glossæ gr. lat. τοκίζω, fœnero; & fœneratores, τοκισταί. ut apud Florum lib. I. cap. xxiii. *Prima discordia* (Lucius Ampelius, *prima secessio*) propter impotentiam fœneratorum. Utuntur & Græci verbo κικράν. Glossæ græco. lat. κικράν, commodo. Psal. III. ἰκτείρων, Quod vulgatus interpretis vertit, miseretur & commodat. veritas licet: & mutuatur. Glossæ: mutuatur: κικράται; δανειζεται, mutuatur, κικρά, δανείζεις. Idem est χραίν. Gloss. gr. lat. χρήσον, commoda. Apollinarius Ps. III. εὐείλοχος ὃς πεχρησεν ἀνὴρ ἑτέρως ἐλεήμων.

Cæterùm, non solùm commodare accipitur pro mutuum dare, ut Cujacius observat, sed & mutuare, pro commodare. B. Hieron. epist. ad Desiderium: *Si exemplaria libuerit mutuari.*

Postremò præstare verbum commune est, ut Gallis, *prester*. B. Hilarius epist. ad Abram filiam: *Si eam dignaretur præstare.* Optatus III. de schismate Donatistarum: *Et qui pro præstitis suis rogari meruerant.* Glossæ Dosithei magistri: *Commodat, præstat.* Hincmarus, Opusculo xxxiii. cap. x *Revolve libros veterum, & illum nihilominus codicem quondam meum, à sobrino tuo receptum & tibi à me præstitum.* vide ad Institut. lib. III.

Commodatum est mutuum ad usum] Non ad abusum. Itaque non potest commodari id

quod usu consumitur : nisi forte ad pompam vel ostentationem quis accipiat, puta nummos, l. 3. §. ult. & l. seq. D. commod. Græci ibidem : ἐστὶ ὅτε γὰρ καὶ νομίματα τινες πομπῆς γενόμενης πρὸς φέρονται πρὸς ἐπιδείξειν, ὅπως ἐν τοῖς ἐσκαμνίσις τῶ ἀγίῃς Θωμᾶ ποιῶσιν οἱ ζυγῶσ ἀλλοι. Quod facere solebant encænis D. Thomæ libripendes, seu ponderibus præfecti.

Rem suam.] Mobilem, vel immobilem, l. 1. D. eod. Sic Juvenal. *commodare ædes*, sat. VII. auctor libelli de Orat. *domum mutuatur*.

Suam] Sed & alienam rem quaqua fide quis possideat commodare potest, & actio ei commodati competit, l. 15. & seq. D. eod. l. non ab iudice. 64. D. de iudic. quia ejus interest, eo quòd tenetur, l. i. §. si prædo, D. de depof. Atqui ejus non interest ex honesta causa. Certe si prædo sua interesse dicat, quòd actione furti teneatur, vel conditione furtiva, tum actio commodati ei non dabitur, sed si dicat sua interesse, quòd teneatur actione in rem, vel ad exhibendum, honesta causa est, quoniam his actionibus tenetur ut quilibet possessor, non ut prædo, l. 12. C. de furt. Cui. ad l. 15. lib. 29. Pauli ad edict.

Gratuitò.] §. item is cui, Instit. quib. mod. re contr. oblig. §. præterea, Instit. de loc. commodatum enim beneficium est, l. in com. dato 17. §. 3. D. eod. Plautus Afin. Act. II. sc. 4. *Scyphos quos utendos dedi Philodamo*.

Utendam.) d. §. item is, l. qui rem suam 15. D. depof. M. Cato de re R. cap. 5. *Duas aut tres familias habeat unde atenda roget, & quibus det.* & pecunia vel quæ alia res mutuatiua, utenda datur, l. 2. D. de cal. mnia. or

Plaut. Pers. act. 1. sc. 3. *Ut nummos sexcento, mihi dares utendos mutuos.* Seneca ad Polybium cap. 29. *Si quis pecuniam creditam solvisse se molestè ferat, eam præsertim cujus usum gratuitum accepit.* Cicero de Offic. 1. *Si ea quæ utenda acceperis, majore mensura, modo possis.* jubet reddere Hesiodus. Et quæ locatur, l. si merces 25. §. 1. D. loc. & quod precariò conceditur l. 1. D. de precar. Sed multum inter hæc interest. Creditor gratuitò pecuniam utendam dat rem ejusdem naturæ & qualitatis recepturus, locator mercede rem utendam certo tempore dat. Qui precibus gratis rem utendam concedit, sic dat, ut eam recipiat, cum sibi libuerit, d. l. 1. Commodator gratis quoque rem utendam dat, ut temporalis & intemptiva repetitio non concedatur.

Ad tempus.] L. 2. h. t. Agrætius: *Commodamus amico pro tempore equum, servum, vestem, hanc ipsam rem quam dedimus, recepturi.* Isidorus Origin. v. c. 25. *Commodatum est, cum id quod nostri juris est, ad alios temporaliter translatum est.* Donatus in Andr. act. 5. se. 5. *Perpetuæ, sempiternæ, quæ non sunt accommodatæ ad tempus, ac mutuæ.* *ἴσως.* *Commodatæ, quanquam & a quod Plautum, ædes accommodare legere est, αὐτῶν commodare.*

Trahit ab amicitia.) Verba Pauli l. C. id l. 1. §. ult. mand.

Omnis charitas.) Cic. 1. de Nat. D. *Hominum charitas & amicitia gratuita est.* Idem 2. de Invent. *Impudens est, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem postulat.* Seneca iv. de Benef. c. 25. *Pudeat nilum venale esse beneficium: gratuitos habemus Deos.*

Soluta pec. cred.) L. 3. h. t.

Pignoris obl. ext. est.] Soluta pecunia creditori pignoris jus evanescit, perit, extinguitur, l. 4. C. de remiss. pign. l. lex 31. D. de pignor l. sicut 8. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. cum ex causa 9. C. de remiss. pign.

Finitusque vsus.] Usus enim commodatæ rei intemporaliter) Cælij Aureliani verbum est) sive intempestivè, præmaturius, importunè auferri non potest, l. in commodato 17. §. 3. D. eod.

Directa.] Rectum iudicium, l. in rebus 18. §. ult. D. eod. id est, actio directa, quæ principalis dicitur, d. l. 17. §. 1. datur & certi condictio, si dolum malum admiserit, & commodatum inficietur: tenetur enim condictione quasi fur, l. si quis 13. D. de pos.

Et vicissim tibi cont.) Contraria, ἀντεπαζωγή, id est, quæ principalis non est, sed ex contrario in eum datur, cui principalis actio, ἐπαζωγή competit: geritur enim negotium invicem, & ideo invicem propositæ sunt actiones. Denique ultro citròque nasci dicitur obligatio propter mutuas præstationes, d. l. 17. §. 3. Sic Paul. 2. Sent. tit. 1. actorem ait reo iusiurandum deferre; contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competere, id est, ex contrario.

Impensis majoribus.) Commodatarius majores impensas recipit: veluti quas propter in-valetudinem, vel fugam servi commodati fecit: modicæ autem pertinent ad commodatarium, sicut & cibariorum impensæ, d. l. in rebus §. 2. & l. si servus 21. eod. Modestinus apud Licin. Ruffin. tit. 10.

De pigneratitia actione.

TIT. XXIV.

V. tit. 7. lib. 13. ff.

SEquitur alius contractus quod pignus vel pignori acceptum dicitur, l. contractus, D. de reg. jur. l. 1. §. ult. D. de pact. id scilicet quod traditione constituitur. Nam hypotheca quæ nudo pacto consistit, non est contractus, & tamen jure prætorio non minùs de ea est quam de pignore, non tantum actio hypothecaria, quæ in rem actio est, verum etiam in personam actio, sicut ex pignore, quæ pigneratitia dicitur, soluta omni pecunia, si forte hypotheca ad creditorem pervenerit. Competit enim debitori qui pecuniam omnem solvit actio pigneraticia directa de pignore vel hypotheca recipienda, vel ejus pretio, aut quanti interest, l. fidejussor, D. de neg. ges. l. pen. D. eod. pigneraticia judicium l. Lucius §. rogatus, D. ad Treb. Creditori autem datur contraria, si quid in rem pigneratam impenderit, vel si res aliena ei pignerata sit. Nam etsi rei alienæ pignus non valeat, tamen ex ea causa pigneratiæ actiones non sunt inutiles. Pignus autem est alterius contractus fides & accessio & solvendæ rei vinculum, l. legata §. ult. D. de supel. leg. Vel conventio quæ rem debitoris creditori obligat. in crediti vicem. Vel est contractus quo debitor rem suam deponit necitque creditori, quo magis ei in tuto sit creditum suum.

Enarratio.

TIT. XXIV.

Pignori acceptum.) *ἐνέχυρον*, Scholiast. Harm. ad d. l. 23. lib. 6. tit. 2. §. 55. & Hermopolites: pignus enim ad creditorem transit: *ἐν τῇ χειρὶ δίδεται τῷ δανειστῇ* & ideo Græci magistri *ἐνέχυρον* dictum putant *παρεχὸν τὸ ἔχειν*, *τοῦ κρατεῖν*, quod est tenere, possidere.

Traditione constit.) Pignus enim vel traditione constituitur, vel nuda conventionem, *ψιλῶ συμφώνῳ*, nudo pacto, l. 1. D. eod. l. non solum 32. §. qui pignori, D. de usurpat. & usucap.

Non est contractus.] Hypotheca est pactum pignoris, & alterius obligationis accessio, l. 4. D. de pignor. l. in omnibus 43. D. de solut.

Jure prætorio.] Ex nudo pacto jure civili non nascitur actio, Paul. 2. Sent. tit. 14. §. 1. l. si tibi 27. C. de loc. l. legem 10. C. de pact. sed jure prætorio de pignore nascitur pacti actio, *ὑποθηκαία τίκεται*, l. si tibi 17. §. de pignore, D. de pact. hoc pactum jurisdictio tuetur, & confirmat, l. major 23. C. de pignorib. id est, ex auctoritate prætoris pactum hoc efficax est ad agendum. Actio igitur hypothecaria prætoriana est; §. item Serviana, Inst. de action.

In rem actio est.] Licet propriè actio in rem, quæ rei vindicatio dicitur, ad dominium vindicandum comparata sit, prætor tamen in hunc casum eam induxit, ut creditori, quis jus habet in re, non domini vindicatio, sed pignoris vindicatio competat, l. si fundus 16. §. in vin-

dicatione, de pign. Est igitur actio in rem, l. pignoris 17. eod. quam recte Græci sic effecerunt: *ἡ δὲ τῆς ἐπιχειροῦντος ἀρροῦσθαι τῆς δαπέτης ἀγῶνι, αὐτῆς τῆς πρῶτης ἐνδίκης ἐστίν.* Bas. lib. 25. t. 2. *Quæ de pignore creditori actio competit ipsius rei vindicatio est*, l. pignoris 18. inf. de pignorib. & hypot. sed qualiscumque actio in rem, l. 3. §. 1. D. ad exhibend. & quasi vindicatio, quæ avocatur possessionem pignoris, l. si cum venditor 66. D. de eviction. Vindicationem proprietatis Græci directam appellant: cæteræ sunt utiles, & quasi vindicationes. Vide Cui. consult. xxiii.

Sicut ex pignore.] Ex pignore quod re contrahitur in personam actio est: est enim contractus.

Pigneraticia dicitur.] Pigneraticia duplex est, civilis & prætoria: prætor enim jus civile sequitur, & actionem debitori accommodat. atque ita ex nudo pacto jure prætorio nascuntur actiones, hypothecaria, vel pigneraticia in rem, & pigneraticia in personam, eo casu de quo mox agetur. pignus autem quod re contrahitur civile negotium est, l. 1. §. ult. D. de pact. & civilis igitur actio pigneraticia, quæ ex eo descendit, & in personam actio, quia ex contractu est.

Si forte hypoth. ad credit. perv.) qua ratione hypotheca ad creditorem pervenit? Actione quasi Serviana; qua creditor rei obligatæ possessionem avocavit. Hoc ergo casu pigneraticia in personam prætoriam datur debitori soluta omni pecunia, ut pignus vel hypothecam reciperet, quam nullo jure creditor retinet.

Pecuniam omnem.) Nec enim antea nascitur actio pigneratitia, quàm omnis pecunia exsoluta sit, l. si rem 9. §. omnis, D. de pigner. act. & hoc est, quod ait Papin. in l. rem hereditariam. 64. de evict. indivisam esse pignoris causam. solutio quidem per partes fieri potest: sed pignus antea non liberatur quàm impleatur creditor.

Pigneratitia iudicium.] Nisi ibi legendum sit. pigneratitio iudicio, ut in l. 24. §. 2. & l. 36. D. de pigner. act.

Datur contraria.) Sunt qui putant, actiones contrarias dici utiles: qui error vetustissimus est. Petrus Cellensis epist. 4. lib. 2. *Principalis profecto debitor & suus creditor ad invicem habent actiones, alius directam, alius utilem.* Vide Cui. recitationem ad hunc tit.

Si quid in rem pigner. imp.) Si necessarias impensas fecerit, l. 8. eod. l. 7. h. t.

Vel si res alienas] L. si rem 9. D. eod.

Rei alienæ pignus non val.) L. 30. in fi. D. de act. empt. l. 25. §. si tamen, D. de pet. hered. l. 6. inf. si alien. res pign. da. fit, l. 6. C. quæ res pign. oblig.

Pigneratitiæ actiones non sunt inut.] Rei alienæ qualis qualis est obligatio, l. rescriptum 12. §. 1. D. de dist. pign. quæ hætenus prodest, ut dentur pigneratitiæ actiones: Nam creditori ignorantem rem alienam esse, datur hypothecaria adversus debitorem, vel posteriorem creditorem, vel quemlibet possessorem, non dominum, l. si ab eo 18. D. de pignor. l. si non dominus 14. D. qui potior. in pign. hab. Sed & Creditori ignorantem datur contraria pigneratitia, si sciens, si ignorans debitor rem alie-

nam pignori dedit, l. tutor 16. §. 1. D. de pignor. act. debitori autem soluta omni pecunia datur pignoratitia directa, d. l. si rem §. pen. l. si pignore 22. §. si prædo, eod.

Et accessio.] d. l. in omnibus.

Nectiturque creditori.] Nectere est pignori obligare, l. 3. & l. 10. h. t. hinc pignoris nexus, in l. si paterf. 33. D. fam. ercisc. Glossæ lat. gr. *nexum*, ὑποκειμενον.

In tuto sit creditum.) Ex §. 4. Inst. quib. mod. re contr. Sen VII. de benef. *Rebus meis in securitatem creditoris oppositis*. Etymologicum M. ἐνέχυρον τὸ εἰς ἀσφάλειαν ἀν' ταύλασμα.

De institoria & exercitoria actione.

TIT. XXV.

V. tit. 1. & 3. lib 14. D.

Post actionem commodati & pignoratitiam, quæ ex nostris contractibus nobis vel in nos dantur, proponuntur actiones quæ ex iisdem vel aliis contractibus aliorum hominum, veluti institorum quos mercaturæ faciendæ, vel magistrorum, quos navi occupandæ preposuimus, etiam si sui juris sint, similiter nobis, & in nos dantur, duæ scilicet, exercitoria ex contractibus magistrorum, & institoria ex contractibus institorum. Nec enim unius negotii sunt actiones, sed negotiorum & contractuum omnium, ut quæ tit. seqq. De peculio, De in rem verso, Quod jussu, etiam pertinent ad contractus omnes Institor est qui alieno nomine instat mercaturam, qui & offi-

cinator in glossis & ἐξασνεραεχης vel actor rerum ejus qui eum præposuit, & recte l. 1. D. eod. ex actu institoris eum qui præposui teneri in solidam actione institoria, tum quod ejus præcipuè fidem sequatur qui cum institore contrahit, tum etiam quod ad eum negotiationis quæstus omnis redeat, etsi aliter rem suam servare non possit, vel si institor qui est sui juris non sit solvendo, quod in subsidium ei detur actio utilis in eos qui cum institore contraxerunt, l. 1. & 2. D. eod. l. 5. D. de præst. stip. contra regulam juris, quæ vult per liberam personam nobis non adquiri actiones. quod & in exercitore locum habet, l. 1. §. sed è contrario, D. de exerc. act. Exercitor autem est dominus vel possessor navis, qui eam per magistrum navi præpositum exercet & percipit omnes redditus & obventiones ejus. Magister institor est navi præpositus; & similiter actio exercitoria, institoria, cum & ad similitudinem institoria comparata dicatur, l. 4. hoc tit. & retro institoria exercitoria: nam & is qui institorem præposuit, tabernam, officinam, mensam, negotiationem exercere dicitur l. habebat §. si duo, l. ult. D. eod. l. 8. C. Th. de lust. col. nec tamen injure usquam confunduntur commutanturve hæc actionum nomina, vel magistri & institoris, etiam ab Horatio quæ separata legimus isto loco:

— *Seu vocat institor.*

Seu navis Hispanæ magister.

Et separationis ratio in jure consistit, quod non iisdem regulis utraque actio consistat: nec enim est actio institoria ex contractu subinstitoris, & est tamen exercitoria ex contractu

submagistri, etiamsi exercitor qui magistrum navi præposuit, prohibuerit alium navi præponi. hoc extorsit utilitas & necessitas navigantium. eademque ratio facit, ut pater teneatur in solidum, cujus voluntate filius. exercuit navem peculiarem, ex contractu filii vel magistri à filio navi impositi, qui, si merces peculiare filius exercuit, volente, aut sciente se, non tenetur in solidum, sed in tributum venit unà cum ceteris creditoribus peculiaribus. Institoria actio nomen habet ab eo qui præpositus est negotiationi, Exercitoria ab eo qui præposuit, quia à præposito non potuit formari nomen elegans. magisterianæ enim actionis nomen inelegans est.

Enarratio.

TIT. XXV.

Nobis vel in nos) Directæ nobis : contrariæ in nos dantur.

Institorum.] Gl. gr. lat. ἑγὼς ἡγεῖται τὰ λαβερνάρησιν, *labernarius*, *institor*. vel Onomast. *institor ἑμπορεῖς*, *institorius*, ἑμποροῦχος.

Mercaturæ faciendæ.) Mercaturam facere ex l. 5. §. Labeo, D. de instit. act. alii, merces vel mercaturam exercere,

Magistrorum.] Magister alias dicitur qui navem regit: Silius Italicus:

Confusus pelago celsa de puppe magister.

————— *fertur vaga gurgite puppis*

Ipsius in scopulos dextra impellente magistri.

Etiam si sui juris.) Si quis liberum hominem præposuerit §. eadem, vers. istas, Instit. quod

cum eo, & l. 7. §. 1. eod. Paul. Sent. 2. tit. §. 2. §. 8.

Nec enim unius negotii sunt actus] Hæ actiones referuntur ad omnes contractus : nam est institoria ex empto, vendito, mutuo, negotiis gestis. Denique omnibus contractibus accommodatur, d. l. 5. §. proinde, & seqq. l. 1. §. quid si mutuum, D. de exercitor. unde in l. novissimè 15. D. de instit. ubi de institoria, & in l. 4. §. ult. D. de exercit. ubi de exercitoria, Ulpianus ait, has actiones perpetuó dari. Institoriam inquam vocat actiones, ut & exercitoriam, quia pertinent ad contractus omnes, & actiones omnes complectuntur. Cujac. in recitat. ad hunc tit. in qua sententia est Azo ad l. pen. h. t. & Ioannes, ut refert Glossa in §. ult. Instit. quod cum eo.

De peculio.] Nulla est etiam actio de peculio simpliciter, sed cum adjuncto, verbi gratia, actio mandati de peculio, l. 2. §. cui congruit, D. de pecul. actio depositi de peculio, l. deposui 38. eod. actio negotiorum gestorum de peculio, l. 14. D. de negot. gest. actio de peculio ædilitia, l. 23. §. si servus, D. de ædil. ed. Itaque Iustin. in §. actiones autem, de action. actiones de peculio vocat.

De in rem verso.) L. & ideó 7. §. idem ait, D. De in rem vers.

Instat mercaturam.) Novius apud Non. *Instat mercaturam.*

Officinatus.) Excepta ex vet. Gloss. *Officinatos, ἐργαστηριαρχαί.*

Ex actu) D. Augustin. in Psalm. 100. *Negotiatio & in græca lingua ab actu dicitur, & in Latina negotiatio sive actus, sive negotium discutiat quia sit.*

Fidem sequatur.) Qui institorem præposuit tenetur in solidum, tum quòd fidem ejus sequatur qui cum institore contrahit, tum quòd æquum sit, eum qui commodum sentit ex actu. institoris, ἐκ τῆς ἀποφραγτικῆς ἐργαγωγικῆς incommodum quoque sentire, §. 2. Instit. quod cum eo. Paul. Sent. 2. tit. 8. id est, ex contractibus ejus conveniri. Denique, quòd si is, qui præposuit, rem amissurus sit, vel si institor qui liber est, solvendo non sit, ei detur utilis actio in eos, qui cum institore contraxerunt.

Per lib. pers.] §. ex his, Instit. per qu. pers. nob. adqu. l. & licet 15. D. de pec. const.

In exercitore.) Exercitori enim datur utilis actio in eos qui cum magistro contraxerunt, si rem amissurus sit, si rem aliter servare non possit, forte propter inopiam magistri.

Exercitor autem est.) L. 1. §. exercitorem. D. de exercit. act.

Magister institor est.) Magister enim instat navi locandæ ad merces, vel vectoribus conducendis, vel mercib. emendis, aut vendendis l. 1. §. magistri, eod. Græcè dicitur πισικός Scholiastes Synops. ms πισικός ἐστὶν ὁ πᾶσαν ἐπιμελειαν τῆς πλοῆς ἐπιτραπείς. Cui totius navis cura mandata est. πρῶτον αὐκλήρης, Græci ad l. 12. D. de pact.

Ad similitudinem instit.) Et retro mulier institoria tenetur exemplo exercitoria, l. sed et si 7. §. 1. D. de instit.

Institoria exercitoria) Schol. Horat. Institores proprie sunt, qui exercent ipsam mercaturam.

Tabernam.] Sueton. Aug. cap. iv. Unguentariam tabernam exercuisse. Gl. gr. lat. ἐργα-

σίγιον, Taberna, officina. & ἐργασήεις ἀεγχης tabernarius, institor.

Officinam.) L. i. h. t. in qua officium pro officina ponitur. Suet. de illustr. gram. c. xxiii. *Officinas pro mercalium mercium exerceret.*

Negotiationem.) d. l. i. l. ii §. præscribere, D. de instit. ut apud Aurelium Victorem. cap. lxxii. *Carbonarium negotium exercuit.*

Ab Horatio (Ode vi. lib. iii. Carm. & epistola ad Canidiam : *Amata nautis multum & institoribus.*

Ex contr. submagistri.) Idque ex utilitate publica receptum est, l. i. §. magistrum autem. D. de exerc.

Navem peculiarem.) Si filiusfam. voluntate patris navem exerceat, sive cum filio, sive cum eo, quem filius præposuit, contractum erit, pater in solidum tenetur. Aliud juris est, si filius voluntate patris merces peculiare exerceat: pater enim ex contractu filii, vel ejus quem filius præposuit, non tenetur in solidum, sed in tributum vocatur, unà cum cæteris creditoribus peculiaribus, d. l. i. §. si is qui navem, quod propter utilitatem navigantium receptum est.

Voluntate aut sci.) Velle non debet dominus, sed non nolle, l. i. §. 3. D. de tributor.

In tributum venit.) Cum pater vel dominus hac actione convenitur, deductionis privilegium non habet, sed velut extraneus creditor in distributionem mercium peculiarium pro rata debiti sui vocatur, d. l. i. & l. 5. §. in tributum, eod.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur, vel de peculio, sive quod jussu, aut de in rem verso

TIT. XXVI.

V. tit. 7. lib. 4. apud Justin. tit. 3 lib. 14. tit. 1. & seqq. lib. 15. D.

PROPOSITIS actionibus exercitoria & institoria, quæ ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate, vel etiam sui juris, in nos dantur in solidum, transit ad alias actiones quæ ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate, non etiam sui juris, in nos mitiores sunt, nec dantur in solidum: una quæ in peculium datur filiis. aut servi nostri, id est pecuniam vel rem cujus administrationem ei concessimus, retenta proprietate, vel etiam ei quodammodo concessa. Altera quæ in id quod versum est in rem & patrimonium nostrum, & altera in id duntaxat quod jussimus, neutra in solidum, nisi solidum quod debetur in peculio sit, vel totum versum sit in rem, vel id omne quod creditum est filio vel servo numerari jusserit pater dominusve. Versum, pars est peculij quia quod in rem versum est patris, id pater filio debet: actioni igitur de peculio in est actio de in rem verso. Recte dixit has actiones dari ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate: nam & his duntaxat peculium habere concedimus quasi proprium patrimo-

nium, & quod extraneo gerente negotia nostra versum est in rem nostram, constat nos creditoribus non obligare, l. eum qui, supra si cer. pet. l. pen. sup. de obl. & act. quod item credidit quis extraneo jussu nostro, de eo in nos esse civilem actionem, Si certum petetur, non Quod jussu prætoriam, l. ult. D. pro soc. l. 2. §. ult. D. quod jussu, ac ne ex contractu quidem nostro esse actionem Quod jussu, Si jussu nostro filio aut servo pecunia quam mutuum rogavimus, pernumerata sit, l. ult. D. eod. l. si filiof. D. de don. cau. mor. Est & alia actio sub hoc tit. quæ in ipsum filium datur ex ante gest. postquam sui juris effectus est, non in solidum, ne inops fieri periclitetur novus paterf. qui nondum adquisivit idoneas facultates, sed in id duntaxat quod facere potest, excepta mutui causa, l. 1. & 9. hoc titulo, quæ talis nulla est ex antegesto in servum manumissum, quia nec ulla fuit ab initio. in filiumf. statim atque contraxit actio cœpit esse.

Enarratio.

TIT. XXVI.

ETiam sui juris] Etiam si magister liber homo fit, vel institor.

Ex cont. eor.) Vel quasi: puta si filiof. tutelam gesserit, l. 1. h. t.

Sunt in nost. pot.) Ut sunt filiof. aut servi. sed & quod jussu tenemur, si pecunia jussu nostro credita sit condicionalio, l. ult. h. t.

In pecul. datur.) Hæc actio licet in patrem dirigatur, tamen in peculium actio dicitur, §. sunt

sunt prætereà, Instit. de action. l. in personam
30. §. 1. D. de pact. l. pen. D. de condict. furt.

Filiifamilias.] Filieve famil. l. 1. §. 3. l. an-
cillarum 27. D. de pecul.

Aut servi) Vel ancillæ, d. l. 27.

Id est pecuniam.) Pusillam pecuniam, l. 5.
D. de pecul.

Administrationem.) L. qui peculii 46. & l.
libera 48. §. 1. eod.

Retenta proprietate.] & ideò servus non di-
citur peculium civiliter possidere, sed tenere,
seu naturaliter possidere, l. quod servus 24. &
l. possessio 49. D. de adquir. poss. civilis enim
possessio jure & animo domini constat. Vide
infra de adquir. & retin. poss.

Proprietate.) Dominio. peculium enim servi
nostri peculium nostrum, l. si ità 16. §. ult. D.
de us. & habitat. & peculium servi in bonis
domini numeratur apud Justinian. quibus non
est permitt. fac. testam. versic. ex hoc intell.

Quodammodo concessa] Peculium enim
quasi patrimonium servi est, §. actiones autem,
Instit. de action. l. hinc quæritur 19. §. 1. & l. si
ex duob. 32. D. de pecul. Gloss. lat. gr. *peculium*,
κενήσις τῆς ἐπιἀλλοτρίαις ὀξυσία ὄντος τῆς ἐστὶν εἰς,
ἢ δ' ἄλλ. Isidorus Orig. v. c. 25. *Peculium est,*
quod pater, vel dominus filium suum, vel ser-
vum pro suo tractare arbitrio patitur.

Et patrimonium nostrum) L. 2. D. quod cum
eo, qui in al. pot. §. 1. Theophil. §. 4. Instit. eod.

In id duntaxat quod jussimus.) Finge domi-
num jussisse servo pecuniam usuris semissibus
credi, hæterus tenetur, quatenus jussit, id est,
ultrà modum usurarum semissium non tenetur
l. 1. D. quod juss.

Neutra in solidum.] Actio de peculio non datur in solidum, l. 1. D. de pecul. sed pater in peculium obligatur, l. 1. §. licet, D. de exercit. id est, intrà modum peculii, ad finem peculii, l. pater 17. in princ. & §. 1. D. de castr. pec. Item actio de in rem verso eatenus datur, quatenus in rem versum est, l. 1. D. quod cum eo. Denique actio quod jussu datur, quatenus pater, dominusve jussit.

Nisi solidum quod debetur.] Si non minùs in peculio sit, in solidum dominus paterve condemnatur. Si verò minùs, quatenus in peculio est, d. §. sunt præterea.

Vel in omne.] Actio quod jussu datur in solidum, l. 1. D. quod juss. si id omne creditum sit filio quod pater ei numerari jussit.

Versum pars est pec.] In peculium conversum est, quod in rem patris, dominive versum est, l. 1. §. 2. D. de in rem vers. Nam quod in rem patris versum est, id pater filio debet, l. si pro patre 10. §. 1. l. si in rem 13. eod. l. quam Tuberonis 7. §. sed & id, D. de pecul. Actioni igitur de peculio inest actio de in rem verso, l. filiusfam. 19. D. de in rem vers.

His duntaxat pecul. habere.) L. paterfam. 182. D. de verb. signif. & ideò si filius sui juris efficiatur, peculium perimitur, l. ult. §. ult. D. de inoff. testam.

Quasi propr. patrimon.) Vide sup. ad illa, quodammodo concessa.

Quod extraneo gerente.) Docet nos teneri ex contractibus eorum, qui sunt in potestate nostra, non etiam ex contractibus extraneorum: Nam si extraneus mutuam pecuniam acceperit, licet in rem meam versa sit, non obli-

gor, sed is qui accepit, conditione tenetur, cujus contemplatione pecunia numerata est: si verò negotii mei contemplatione numeravit, actione negotiorum gestorum creditori teneor, procurator verò nulla, l. si pupilli 6. §. 1. l. liberto 31. D. de negot. gest.

Quod item credidit.) Pergit docere quod supra instituerat. Nam sicut actio de in rem verso non datur in superiore casu, licet versum sit: ita actio quod jussu non datur, etsi quis jussu nostro pecuniam extraneo crediderit, sed ipsemet, qui jussit, tenetur actione directa, quasi ipse contraxisse videatur, quoniam actio quod jussu, datur tantum ex contractu eorum, qui sunt in potestate nostra.

Prætoriam.) Certi condictio est civilis: actio verò quod jussu est prætoriam, l. ult. h. t. l. 25. D. ad SC. Vellei.

Ac ne ex contractu.) Proponit vitium regulæ superioris, quæ vult nos teneri actione quod jussu, si cum eis qui sunt in potestate nostra, contrahi jusserimus: Cessat enim actio quod jussu, si dominus paterve pecuniam tuam accepturus jusserit eam servo, aut filio numerari, quia filius non contraxit. & patri igitur condici potest Filius autem suo nomine non obligatur, l. 4. h. t.

Ex antegesto.) Cum esset in potestate patris.

Novus paterfamilias.) Filiusfamilias obligatur ex omnibus contractibus tam naturaliter, quàm civiliter tanquam paterfamil. & ob id agi cum eo velut cum patrefam. in solidum potest, l. tam ex contractibus 57. D. de judic. l. filiusfamilias 39. D. de obligat. l. ult. §. pu-

pilus D. de verb. oblig. l. si quis 44. D. de pecul. si tamen è potestate patris exierit, aut à patre exheredatus sit, aut certè ex minima parte sit institutus, vel denique bonis paternis abstinuerit, & ex continenti conveniatur in solidum, causa cognita non condemnabitur in solidum, sed in id tantum quod facere potest, ne novus paterfamilias rebus omnibus suis exuatur, & statim atque liberam administrationem recepit, oprimatur. Si verò novus paterfamilias non sit, & post multos annos conveniatur, in solidum condemnabitur: nec enim in necem creditorum debitori succurri debet, qui tanto tempore rem suam non auxit, ac nihil quæsit, unde creditores suos posset absolvere, l. 2. 4. 5. & 7. D. quod cum eo, l. 2. & 9. h. t. l. tutorem 37. D. de administr. tutor.

Excepta mutui causa.) Nam ex mutui causa paterfamilias effectus, morte, vel alio modo ne quidem convenitur quatenus facere potest, Paul. lib. 2. Sentent. tit. 10. §. ult. Instit. quod cum eo, l. 1. D. de Senat. Macedon. Suet. Vesp. c. 11.

Quia nec ulla fuit.) Nulla ex antegesto in manumissum ex contractu actio est, quia nec ulla fuit ab initio. Vide suprà ad tit. 14.

Cœpit esse.) Tanquam cum paterfamilias, ut sup. dictum est.

Per quas personas nobis adquiratur.

TIT. XXVII.

*V. tit. 9. lib. 2. tit. 18. & 29. lib. 3. apud
Justin.*

QUemadmodum ex contractibus eorum qui sunt in nostra potestate tit. 25. & 26. intelleximus prætorem in nos varias actiones dare, ita par erat nos intelligere quod hic tit. præstat, & ex contractibus eorundem nobis obligationes adquiri & actiones. Vis hæc est potestatis, ut quidquid acquirit filius vel servus, id sive dominium sit, sive possessio, sive obligatio, confestim adquirat patri vel domino, & obligationem non tantum civilem, sed etiam naturalem, l. frater, D. de cond. indeb. Ceterum qui in nostra potestate non sunt, per eos veluti per procuratorem, aut gestorem, aut tutorem nulla nobis adquiritur actio, præterquam ex causa creditæ pecuniæ, in qua & pleraque alia singularia præcepta sunt, si quidem ea credita sit nostro nomine, & aliquando ex aliis causis utilis in subsidium, ut dixi tit. 25. & per tutorem ceteris & causis, l. 2. 4. 5. inf. quan. ex fac. tut. At possessionem receptum est per procuratorem suadente utilitatis ratione, quæ est etiam causa per eum acquirendæ actionis creditæ pecuniæ & pignoratitiæ, adquiri nobis posse viventibus aut ratum habentibus, ac deinde per possessionem dominium, si res procuratori à domino nostro nomine tradita sit. Citra possessionem autem per eum dominium non adquiri, id est proprietatem.

Enarratio.

TIT. XXVII.

Sive dominium fit.) Dominium, possessio iusta, & obligatio per eos, quos habemus in potestate nobis acquiritur, §. non solum, Inst. per quas person. nob. adquir. l. acquiritur 10. §. non solum, D. de adquir. rer. domin. l. quod servus 24. D. de adquir. poss. l. i. h. t. Justin. Instit. per quas person. nob. oblig. adq.

Confestim.) Et in atomo, l. placet 79. D. de adq. hered. Cujac. ad l. frater, D. de cond. ind. tract. 9. ad Afric, *ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥοσῶν ὀφθαλμῶν*, Epist. 1. ad Corinth. Oecumen. *ἐν ατομῳ, ἡγῶν ἐν σισμῶν* In ictu puncti. B. Gregor homil. x. de divers. lection. Evange!

Sed etiam naturalem] Qualiscumque obligatio acquiritur, v. Cuj. ad d. l. frater.

Nulla nobis acquiritur actio.] Per liberam personam nec dominium, nec obligatio nobis acquiritur, d. l. i. l. solutum 11. §. per liberam, D. de pignorat. act. l. & licet 15. D. de constit. pecun. l. ult. inf. quando ex fac. tut.

Ex causa creditæ pecuniæ.] Per liberam personam actionem creditæ pecuniæ adquirimus, l. certi 9. §. si nummos, D. de reb. credit. in qua plerâque alia singularia, *παρα τὴν ἀκρίθειαν, παρα τὰς κανόνας* præcepta sunt, l. singularia 15. eod. Stephanus ad d. §. si nummos: *σημειοῦται ποτε δι' ἐλευθεροῦ ὡσπὼς ὡσποριζεται ἀγωγῆ. τῆτο ἢ ἀπο τῆς γε τῆς ἀπο τῆς δανεισ κῆ μόνης νόισον ἐνοχῆς, ἐφ' ἣ φυσικότερων τὰς ἀπαειδήμῃ: σεις ποιῶμεν.* Nota, inquit, quando per liberam

personam adquiratur actio. Illud autem accipe tantum de obligatione quæ re contrahitur ex causa mutui, in qua magis ex naturali ratione numeratio fit. Quòd si is cujus nomine aliena pecunia credita est, nomen improbet, ei, qui numeravit vel cedit conditionem, vel citrà cessionem ei dabitur utilis conditio ex numeratione: & ita contingit, ut qui per se actionem non habet, cuique ab eo qui habet, cessã non est, utiliter agat. quod Græci notant his verbis: ποτέ κῆ μή έχων ἀγωγὴν, μήτε ἐκχωριθεῖσθαι αὐτῷ, κινεῖ ἔκλειως.

Singularia præcepta sunt.] Nota obiter Cujacium hîc videri magis probare vulgatam lectionem, *singularia præcepta*, quàm Florentinam, contra quàm fecerit ad l. 34. D. Mand. à Florentina tamen stant. Basilica lib. 23. tit. 1.

Creditæ pecuniæ.) Vel quasi: Nam benignè etiam receptum est, ut per alium nobis adquiratur ex promutuo, veluti si quis per imprudentiam non debitum solverit nostro nomine, l. si per ignorantiam 6. sup. de cond. indeb. idque utilitatis causa receptum est propter crebrum, & necessarium mutuæ, vel promutuæ pecuniæ usum.

Nostro nomine.) d. §. si nummos.

Utilis in subsidium.) Nam si is qui præposuit, rem servare non possit, vel institor solvendo non sit, in subsidium utilis actio ei dabitur adversus eos, qui cum institore contraxerunt. Quod & in exercitore locum habet. vide ad tit. 25.

Et per tutorem.) Utilis etiam ex his causis pupillo per tutorem adquiritur. Vide Cujac. inf. quando ex fac. tut.

Et pigneratitiæ.] Per procuratorem acquiritur crediti condictio, & ex eadem causa pignoris obligatio citrà cessionem procuratoris, quam veteres auctores exigebant, l. 2. h. t.

Viventibus.) Puto legendum, scientibus, aut volentibus: possessio enim scientibus & volentibus acquiritur, l. ea quę 53. D. de acquir. possess. id est, si mandatum intervenerit licet ignorantibus nobis res tradita sit, l. si procurator 13. D. de acquir. rer. dom. citrà mandatum possessio, aut dominium priùs non acquiritur, quàm dominus ratum habuerit, l. communis 42. D. de acquir. possess.

Per possessionem dominium.) Si proprietas ab hac separari non possit, d. l. per procuratorem.

Nostro nomine tradita sit.) d. l. si procurator.

Citrà possessionem.) Dominium non nisi per consequentias possessionis acquiritur. citrà possessionem nec dominium, nec obligatio nobis acquiritur, dicta l. 1. h. t.

Id est, proprietatem) Proprietas dominium significat, d. l. si procurator. *δευποτεία* vertit Theophilus in d. §. non solum Glossæ græco, latinæ: *δευποτεία*, *Dominatus*, *dominatio*, *eritudo*, *proprietas*.

Ad S. C. Macedoniarum.

TIT. XXVIII.

V. tit. 6. lib. 14. D.

INtelleximus ex l. ult. tit. 26. creditori nullam esse actionem creditæ pecuniæ si eam

crediderit servo alieno, vel condicionalio sine speciali jussu domini, quæ Constitutio est valde nova: nam hoc olim obtinuit tantum in filiofam. ex S.C. Macedoniano, de quo est hic titulus, cuique nomen non à Consule, ut ceteris S. C. sed ut legi Scatiniaë, & S. C. Papyriano ab eo in cujus odium lex facta est, vel qui legi causam dedit. Factum id fuisse auctore Vespasiano Suetonius scribit, Tacitus auctore D. Claudio.

Enarratio.

TIT. XXVIII.

Creditori nullam esse actionem.) Domini nullatenus obligantur, nisi si jussisse probentur.

Obtinuit tantum.) Creditori nulla actio est, five ut loquitur Vlp. actio denegatur, l. item si 7. §. non solum, & l. sed si 8. §. hoc Senatusconsultum, D. eod. denegari enim dicitur actio, quæ ipso quidem jure competit, sed exceptione eliditur. Datur igitur, sed sine re & effectu. Eadem ratione mulier non teneri dicitur ex intercessione, quia Senatusconsulto inefficax obligatio redditur, l. 6. & 9. infrà ad S.C. Vellei. id est, opposita exceptione Senatuscons. Vellei.

In filiofamilias.) Verbis quidem Senatusconsulti filiofamilias continentur: sed jus semel constitutum paulatim ad alios serpit. & Senatusconsultum igitur productum est ad filias, nepotes & pronepotes, l. 9. §. 2. l. 14. D. eod. l. si filius 6. h. t. summa enim ratione con

sultum est iis, quibus idem periculum intenditur.

Ut cæteris SC.) Ut SC. Trebellian., quod Trebellio consule factum est, & Pegasianum, quod Pegaso consule.

Legi Scatinia.) De C. Scatinio vide Valer. lib. vi. cap. i.

SC. Papiriano.] Quo Senatus censuit, uti post hac pueri cum patribus in curiam non introirent præter unum Papirium. Rem narrat Macrobius Saturnalium lib. i. cap. 6.

In cujus odium.) Senatusconsultum Velleianum in gratiam, *εις εύνοίαν τῶν γυναικῶν* factum est. SC. Macedonianum in odium fœneratorum, l. qui exceptionem 40. D. de cond. ind. Theophilus tamen scribit, ei Senatusconsulto nomen dedisse Macedonem filiumfamilias bene prodigum, & profusum, §. ult. Instit. quod cum eo. Sed verius est, ansam ei consulto dedisse Macedonem fœneratorem, cui mos erat filiisfamilias, qui vitam luxu trahébant, credere, *tacito fœnore*, ceu loquitur Horatius epistola i. libri i. cum nescirent filiisfamilias quibus usuris pecunia eis crederetur.

Sueton. scribit.) Vespasian. cap. xi.

Tacitus.] Annali xi. cap. xiii.

Ad SC. Velleianum.

TIT. XXIX.

V. tit. i. lib. 16. D.

Proximum est Macedoniano Velleianum: nam utroque SC. tollitur exactio creditæ

pecuniæ, SC. Macedoniano si credita sit filiof. quod Impp. produxere etiam ad servum & condicionalem hominem. SC. Velleiano si credita sit mulieri, non in rem suam consumpturæ pecuniam, sed mox daturæ alii pro quo ipsa etiam pecuniam mutuam rogavit. & generaliter intercessionem mulierem omnes infirman- tur SC. Velleiano. Intercessionem quæ obligant, non consilia, non auctoritates, licet intercessio- nes dicantur. Et rursus intercessionem sua spon- te susceptæ, non decreto prætoris, l. 2. inf. si mat. ind. prom.

Enarratio.

TIT. XXIX.

EXactio cred. pec.] Ipso quidem jure actio est in filium familias, sed posita exceptione eliditur, l. tamen, 11. D. de SC. Macedon. inanis obligatio est, l. 8. §. Marcellus, D. eod. & actio inefficax, l. pen. sup. ad Maced. Pecunia igitur filiofamilies credita debetur quidem, sed creditori ejus exigendi jus non est.

Quod Impp.] Honorius & Theodos. l. ult. sup. qu. cum eo.

Mox daturæ.] Hujus loci interpretem non alium quæremus, quam ipsum Cujac. ad l. 19. D. eod. tract. 4. ad Afric. Novam obligatio- nem mulier recipit, ut si cum alius mutuam pe- cuniam accepturus esset, interposita sit mulier, quæ acciperet, & se ab initio ream constitue- ret. quo genere non recipit quidem obligatio- nem, quæ constiterit in alio, sed recipit alie- nam obligationem, id est, quam alius erat su-

biturus, nisi ipsa intervenisset, l. 8. §. si cum essem, D. eod. quod genus intercessionis notatur his verbis Senatusc. & *mutui dationes*. Vid. ibid. Cui. ad l. vir uxori, in fine. Hoc igitur casu mulieri subvenitur, quia fuit interposita, vel submissa ab alio, ut vice locove ejus mutuam pecuniam acciperet, cum creditor non ignoraret quid ageretur, quidve moliretur mulier, ut scribit idem Cujac. ad l. bona fide 27. D. ad SC. Vellei. lib. 3. Respons. Papin. Certè si mulier pecuniam sibi sumpserit, non juvatur Velleiano, licet alij donatura, l. 4. D. eod. in qua verba illa, *accepit à me mutuam pecuniam*, videntur respicere ad verba Senatusconsulti, *mutui dationes*, ut scilicet hoc casu non juvetur mulier, sicut juvatur cum recipit alienam obligationem. Sed neque mulier juvatur Senatusconsulto, licet pecunia in usum mariti cesserit, l. 13. h. tit. Salmasius de modo usur. cap. xvi. putabat, delenda esse verba illa Senatusconsulti, *pro aliis*: aut certe transponenda, ut legatur, *in quibus pro aliis intercedunt feminae*. Sed nil mutandum: nam Senatusconsulto non aliter juvatur mulier quam si mutuam pecuniam acceperit, quam alius accepturus esset, si ipsa non intervenisset.

Intercessionem omnes.] Intercedere est se, vel sua pro alio obligare, puta si mulier pro alio fidejubeat, l. 3. expromittat, l. 4. mandat l. 15. h. t. constituat, l. 1. §. 1. D. de pecun. constit. quæ quidem sic accipienda est, ut mulier pro se constituat utiliter, non etiam pro alio: hoc enim est intercedere, illud non item. Basilica: *γυναῖκες ἀνέφρωνται ἐνέχονται ἐν ᾧ μὴ ἰντερκεύουσιν. Mulieres constituentes tenentur, si non*

Intercesserint. Glossa interlinearis : *Si enim pro se constituent, non intercedunt, quoniam alienum debitum non est : εαν γαρ ἀντιφωνήσῃ υἱὸς ἰδίῃς χρέος ἐκ ἰντερκεδιασιν, ἐπεὶ μὴ ἀλλότρου τὸ χρέος ἐστίν.* Intercedit quoque mulier, si res suas obliget, vel alii obliganti consentiat sciente creditore l. 5. & 7. h. tit. l. quamvis 8. D. eod. Intercessionis igitur verbum generale est, & qualemcumque intercessionem continet; & ob id Senatusconsultum de intercessionibus dicitur in l. qui exceptionem 40. D. de cond. ind. l. 2. & 9. hoc tit. ut apud Græcos, ἀντιφωνήσεως verbum, quo utuntur auctores basilicān d. l. 40.

Infirmantur.] Mulieribus succurritur propter sexus infirmitatem, l. 2. §. 2. & 3. D. eod. ἐνθά κῆ ἡ φύσις παντὸς κῆ ἡ ἡλικία πολλάκις ἴχει τὴν ἀδύναμιαν, Theophilatus in priorem ad Timotheum, Quintilianus declamat. 338 *Per se imbecilla res est femina.* Sed ita demum eis subvenitur, si non callidè sint versatæ: Nam deceptis, non decipientibus Senatusconsultum opitulatur, d. §. 3. Imo decipientes jus coercet, non deceptos; sive, ut aiunt interpretes Hermogenis: ὁ νόμος ἔ τῆς φρονακιδέντας, ἀλλὰ τῆς φρονακισάντας κολάζει. Intercessio igitur mulieris infirmatur, irrita fit l. 7. D. eod. posita exceptione Senatusconsulti: In veterem autem debitorem actio directa efficax est, non in mulierem: vel si novata fuerit, quod mulier expromiserit, recissa intercessione, restituitur utilis actio in veterem debitorem, quæ & restitutoria dicitur & rescissoria, l. 8. & 16. h. t. utilis actio dicitur l. quamvis 8. §. si convenerit, D. eod. vel nova utilis actio instituitur in eum cui bono

fuit mulieris intercessio. Utilis dicitur, quia directa adversus mulierem competit, d. §. si cum essem.

Non consilia.] L. 5. §. Papinianus, D. de administ. tut.

Intercessionem sua sponte.] Senatusconsulto mulieribus succurritur, quæ se, suave pro aliis ultrò obligant, non si decreto prætoris: Senatusconsultis enim non infirmantur decreta Prætorum.

De non numerata pecunia.

TIT. XXX.

V. tit. 22. lib. 3. Instit.

Diximus jus crediti infirmari SC. Velleiano, & SC. Macedoniano: hoc verò fit non ipso jure, sed opposita exceptione SC. hujus vel alius, quæ si forte omittatur, crediti exactio erit, l. tamen, D. ad Maced. l. Pap. D. de Publ. in rem act. l. 18. D. de evict. In hoc tit. proponitur tertium genus exceptionis qua etiam jus crediti perimitur, id est si sperans mihi pecuniam mutuum datum iri, chirographo cavero me eam pecuniam accepisse, vel si mox eam quæ deberetur, mihi solutum iri speras, apochâ cavero mihi eam pecuniam solutam fuisse, re verò ipsa pecuniam non accepero falsus animi, chirographum utrumque infirmabo posita, vel contestata exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ non est perpetua ut superiores, sed temporaria, nempe biennalis contra chirographum solutionis. Sic enim apocha ap-

pellatur in l. creditor, D. de act. emp. Et produ-
 ducitur exemplum hujus exceptionis etiam ad
 alia negotia, ut ex eis si agatur possit opponi-
 exceptio non numeratæ, non solutæ, non debi-
 tæ rei pecuniæve.

Enarratio.

TIT. XXX.

Opposita exceptione) Desiderantibus Se-
 natus opitulatur : id est, in filios familias
 actio est, sed opposita exceptione S C. Mace-
 don. intercidit, ut dictum est sup. tit. 28. Item
 in mulierem actio est, quæ posita exceptione
 S C. Velleiani excluditur. Sed si omittatur ex-
 ceptio, filiusfamilias debitor, aut mulier inter-
 cedens condemnabitur. Mulier tamen adver-
 sus actionem judicati utitur exceptione Velle-
 iani, & filiusfamilias exceptione Macedoniani.
 quod eis favorabiliter præstatur : exceptiones
 enim peremptoriæ post sententiam opponi
 non solent, l. 8. infra de except. l. 2. infra, sent.
 resc. non posse.

Vel illius) Exceptio intercessionis dicitur
 in l. exceptiones 7. §. 1. D. de except.

Si sperans.) *Ἰαππῆσας τῆ πῖσσι τῆ δαυεῖσ*,
 Fidem creditoris secutus accepisse cavi, qui ta-
 men spem meam delusit, nec postea numera-
 vit, inanis cautio est.

Contestata.] Agenti si certum peretur de
 chirographis opponitur exceptio non nume-
 ratæ pecuniæ. Sed & si pecunia quasi credita
 non peretur, qui cautionem emisit, intra bien-
 nium ex scripto, vel apud judicem, aut episco-

pum conqueri potest de non numerata pecunia, l. in contractibus 14. §. pen. h. t. l. ult. C. de condict. ex lege exceptio verò contestata perpetuatur, l. si intra 8. tricenaria est.

Condictio quoque chirographi ultrò, id est, etiam non agente creditore, ei qui cavit competit, l. si quasi 7. h. t. condictio inquam sine causa, l. ult. sup. de condict. ex leg. vel indebiti, l. 3. sup. de cond. ind. quibus id agitur, ut reddatur chirographum, quod apud te sine causa est, si nihil credideris. vel certè condicitur liberatio, l. si indebitam 15. inf. de fidejuss. quæ est incerti. Græci ad d. l. 7. *δωδωται κῆ μὴ εὐαχθεῖς κινῆσαι τὸν ἰνδεβίτον κονδικτικίον κτῆ τῶ δανει ἔ ἐπι τῶ λύσασί τίνω κγοτ' αὐτῶ ἐνοχῶ* *Tametsi debitor non convenietur, conditione consequetur, ut obligatione liberetur.* Glossa interlinearis ibidem: *ἰνκεστον κονδικτικίον ἔχει: Condictionem incerti habet.*

Hanc quoque conditionem biennalem esse tradunt è veteribus Placentibus in Summa, Castrensis, & Raphaël Fulgosius ad d. l. 7. ita ut exceptio, & querela non numeratæ pecuniæ, & condictio biennio continuo concludantur. Cujacius contra sentit in recitatione ad hunc titulum. Ego in Cujacio interpretando ab eo discedere non soleo: prior tamen sententia rationem habere videtur: cui enim ultrò intra quinquennium tantum licet conqueri de non numerata pecunia, eidem quoque ultra quinquennii metas condictio jure denegabitur. Ipsa condictio querelæ instar est. Sed & quia fidem cautionis non agnoscit, sed idem qui scripsit, eam convellit, tam dissoluta negligentia in eo ferenda non est, qui tandiu silvit, ac jugi

silentio obligationem comprobasse videtur. imo querelæ non numeratæ pecuniæ quinquennium præfinitum displicuit, & intra biennij spatium quasi invidiæ plenam proponendam sanxit Justinianus.

Cum exceptione autem non numeratæ pecuniæ concurrat exceptio in factum, l. 9. & exceptio doli, l. 3. ad quam Thalelæus notat, satis novum esse, ut quamvis doli exceptio à reo opponatur, probatio tamen actori incumbat: in exceptionibus enim reum partibus actoris fungi, l. 19. D. de probat. rectè autem in constitutione addi, doli exceptionem opponi posse, quoniam is qui aliam quamlibet exceptionem habet, doli quoque exceptionem habet: dolo enim facere eum, qui id quod quaqua exceptione elidi potest, petit, l. 2 §. 5. D. de dol. except. quod & Accursus ad d. l. 3. adnotavit.

Hæc igitur in hac exceptione singularia sunt, quòd reus non expectata actione queri possit, & quòd posita exceptione non numeratæ pecuniæ, in actorem onus probandi transferatur, l. 3. h. t. l. 1. sup. de probat. in qua si distinctionem ante verbum, *numeratam*, reponas, circa aliam mutationem sententia ejus constabit. Basilica: ὡς περὶ ὁ δανειστῆς ὁ παρὰ χροῖμαται ἀπαιτῶν, ἀποδείκνυσιν ὅτι ἠρίθμησεν, &c. id est: *Vt creditor qui pecuniam petit, probat se numerasse.*

Vt superiores) Exceptio SC. Macedoniani perpetua est, l. 9. §. pen. D. de SC. Maced. & exceptio SC. Velleiani, l. 3. D. de except.

Biennalis,) Exceptio non numeratæ pecuniæ biennio extinguitur, d. l. 14. Olim quin-

quennio , l. un. C. Hermogen. de caut. & non numer. pec. Contra apocham verò intra dies triginta exceptio pecuniæ non solutæ proponi debet. d. l. 14. §. super. liberationi favetur.

Ad alia negotia :] Quidam ex Latinis , ex Græcis autem Theodorus, putabant exceptionem non numeratæ pecuniæ in mutuo tantum locum habere ex l. 5. h. t. qui notatur à Thalelæo , qui & in dote, & debiti solutione, & aliis plerisque locum ei esse , scribit: & μόνον, inquit, ἐπὶ δανείῃς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀποχῆν, καὶ ἐπὶ ἁπάσαις καταβολῆς, καὶ ἀλλῶν πολλῶν διώκται ἀν' ἀπίθεας ἢ καὶ ἀργυρία. Quod verum est. Theodorum errore liberabimus , si dicemus , hanc exceptionem cœpisse à credita pecunia, & deinde ad alia negotia productam: quæ videtur esse Cujacii sententia. Denique exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet in omnibus contractibus qui re contrahuntur, exceptis apochis, quibus depositarius profiteretur se quid accepisse in causam depositi , d. l. 14. Et ita sentiunt Azo in Summa , Joannes Faber & Fulgosus ad d. l. 14.

De Compensationibus.

TIT. XXXI.

V. tit. 2. lib. 16. D.

EST & quartum genus exceptionis , quo jus crediti perimitur , nempe si pensata pecunia dicatur , in exceptionibus , D. de prob. Compensatio enim olim in strictis judiciis non fiebat ipso jure, sed per exceptionem doli mali, §. in bonæ fidei , Inst. de action. Compensa-

tio est computatio vice mutua debitæ quantatis, *Vel*, absumptio aut delibatio ejus quæ petitur: quam tandem placuit, si modo liqueat de debito, fieri ipso jure; & generaliter Justiniano deductionem, reputationem retentionemque quamlibet tam in actionibus, in rem, quam in actionibus in personam, l. ult. hoc. t. quam ea in re sola agnosco facere novum jus.

Enarratio.

TIT. XXXI.

JUS crediti perimitur.) Obligatio ipso jure consumitur, l. 4. & l. 10. D. eod. citra exceptionem doli mali, l. 24. §. qui servum, D. de leg. 1. l. 21. D. de sol. matr. In strictis verò judiciis, nec ipso jure fiebat compensatio, nec opposita doli mali exceptione ante constitutionem D. Marci, §. in bonæ fidei, de action. Institutione quarta l. qui non militabat 78. D. de hered. instit. l. Nezennius 22. D. ad leg. Falcid. l. si opera 6. D. de dol. except. Postremò eò decursum est, ut in omnibus judiciis ipso jure compensatio fiat, l. posteaquam 21. D. eod.

Pensata pecunia.) Id est, compensata, ut in l. 7. §. 1. & l. 15. D. eod. Glossæ Latino, Græcæ *pensat*, *αντελλογι*: & pensatio in l. 18. §. ult. D. commod. est *αντελλογες*, compensatio.

Vice mutua.) Compensatio inducitur eorum, quæ vice mutua debentur, l. in rem suam 18. cod. d. l. 78.

Vice mutua debitæ quant.) Mutuo debitæ

quantitatis, l. 8. h. t.

Absumptio.) Si tantumdem debeatur, absumitur quod petitur. si minus, delibatur, *μεισται*.

Tandem placuit.) Compensationem fieri iusto jure etiam in strictis judiciis placuit prudentibus, d. l. posteaquam, & Alexandro Severo l. 4. & l. cum alter 11. eod. & Justinian. l. ult. hoc. tit.

Ea de re sola.) Nec enim Justinianus induxit, ut non fieret compensatio nisi debiti liquidi, confessi & presentis: & ut non admitteretur in actione depositi, & commodati, l. ult. sup. commod. Græci enim quibus accedo, in eam quoque sententiam juerunt, ut commutato compensatio opponi non possit: *ἔ μόνον γάρ ἢ πρὸς παραθήκης ἀγωγῇ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν ἐν χρήσει δεδομένων ἀπὸ ἀκταὶ τῶν λόγῶν ἀντελλόγων. Non modo enim actio depositi, sed & actio commodati compensationem non recipit. Et alibi: ἢ πρὸς παραθήκης ἀγωγῇ, καὶ ἢ πρὸς τῶν ἐν χρήσει δεδομένων ἀντελλόγων ἔχ. ὑπόκειται. Actio depositi & commodati compensationi non subjicitur. Qua de re primo quidem Cujacius addubitavit, sed tandem in Not. post. §. in bonæ fidei 29. Inst. de act. tam in commutato, quam in commendato compensationem non esse admittendam censuit, & à priore sua sententia discessit, quia putabat Tribonianum in mendosos codices incidisse, & commodati pro commendati, in d. l. ult. irrepisse. Adde, & actioni ad exhibendum compensationem non opponi, Græci lib. 60. Basilic. tit. 29. ad l. 1. C. de crim. expilat. hereditat. ἢ ad exhibendum ἔχ. ἐπιδέχεται κομπενσατίονα: Actio de exhibendum compensationem non recipit. Item non induxit*

Justinianus, ut non detur compensatio, vel deductio malæ fidei possessori: hæc enim omnia jam antea recepta fuerant, l. si debeas 22. D. eod. Paul. 2. recept. Sent. tit. 12. §. ult. Vide Cujac. Observat. lib. VIII. cap. XVI. & lib. XV. cap. XII.

Hoc igitur tantum Justinianus constituit ut actioni in rem obstet compensatio, sicut actioni in personam, quod olim non obtinebat, l. Sthicum 95. §. si creditor. D. de solut. Item ex ejusdem Justiniani constitutione inter deductionem & compensationem nihil interest. Compensatio fiebat ipso jure, deductio ope exceptionis. Cujac. d. cap. XII.

De usuris.

TIT. XXXII.

V. tit. I. lib. 22. D.

Hic liber quartus qui est de contractibus & de actionibus in personam, cœpit à contractu mutui, quasi omnium maxime necessario in hac societate civili, prælata religione jurisjurandi honoris gratia, ex qua sæpe quasi de credita certa pecunia datur actio, si quis delato jurejurando jurejuraverit se credidisse, & quia actio creditæ pecuniæ commune omnium actionum in personam, quod est conditionis nomen, fecit suum, hic idem libræ conditor mutuo, quasi capiti civilium negotiorum adjunxit alia negotia ex quibus æquè datur actio non alius nominis quam communis, id est condictio quasi ex mutuo vel ex

promutuo, ut condictio indebiti, condictio ob rem dati, & similes, & propositis generalibus præceptis pertinentibus ad actionem creditæ pecuniæ, & ad exemplum ejus productis ad alias actiones, etiam huic negotio creditæ, si- ve mutuatitiæ pecuniæ immista actione com- modati & pigneraticia, sicut sub tit. de reb. cred. etiam prætor edixerat de commodato & pignore, quod commodato mutuum adeo pro- ximum fit, & nomina sæpe permutent, & commodatum dicatur mutuum, retróque mu- tuum commodatum, & quod pignus accessio fit crediti, aut obligatio in vicem crediti, ex- positisque actionibus quibus partes, vel domi- ni jure honorario quasi accessiones tenentur ex creditis, vel aliis contractibus filiorum, aut servorum, l. si servum §. an filiusfam. D. de verb. obl. & causis etiam redditis, quibus jus crediti perimitur, tandem extrema clausula est de usuris, quæ nihil etiam sunt aliud quàm ac- cessiones creditæ pecuniæ. posthac, id est post hunc tractatum de usuris suo ordine progre- dientur ceteri contractus omnes, nec ulla jam amplius ordinis interruptio erit, qualis posset videri fuisse superioribus titulis, re quam præ- monstravi non animadversa. Usura est reditus pecuniæ creditæ qui debetur à tempore con- tractus, vel à tempore moræ in diem, quo ea pecunia solvatur, vel quo is reditus pecuniam æquaverit. Reditus, ut in l. Titius, D. de præsc. ver. l. alumnae, D. de adim. leg. Et à tempore cōtractus, quod fœnus proprie dicitur. Vei à tempore moræ in bonæ fidei judiciis omnibus & strictis quibusdam, etiamsi revera nihil in- terfit actoris. Et in diem quo ea pecunia sol-

vatur, ut l. lecta, D. de reb. cred. vel is reditus fortem æquaverit. nam usura ubi æquavit fortem quod postea usuræ pernumeratur, deducitur de sorte, l. si non fortem §. 1. D. de cond. ind.

Enarratio.

TIT. XXXII.

Jurejuraverit se credidisse.] Tit. Livius : *Prætores ambo in eadem verba jurejuraverunt.*

Commune omnium actionum in personam.] §. appellamus, Instit. de Action. Glossæ græcolat. *παράγγελία*, Denunciatio, *condictio*. *Condicere est denunciare priscè. Nec verò condictionem omnem in personam actionem dicimus.*

Conditionis nomen fecit suum.] Instit. quib. mod. re cont. oblig. in pr. & §. Item is, de oblig. qu. ex contr.

Condictio quasi ex mutuo.] Vide sup. tit. I x. ad finem.

Mutuaticæ pecuniæ.] A Gellius xx. cap. 1. *Maximeque in pecuniæ mutuaticæ usu atque commercio.* Sic editiones quædam. libri autem manu exarati quinque, *mutuaticæ.*

Prætor edixerat.] L. 1. D. de reb. cred.

Commodatum dicatur mutuum.] Vide sup. tit. 23.

Accessiones creditæ pecuniæ.] Accessionum nomine continetur etiam usuræ tit. Digestorum de usur. fr. & cau. & omni access. *Usura igitur est accessio*, l. 12. nam sic etiam legitur in vet. Menagii & Brodæi. Nec igitur audien-
dus

dus Ludovicus Ruffardus, qui legendum puta-
 bat, *auētio*, quod in suis inuenisset, *aētio*, quæ
 quidem lectio orta est ex compendio scriptu-
 ræ, *accio*, temone superposito. Nec erat cur
 eam lectionem probaret Salmasius de modo
 usurarum cap. viii. accessio enim ibi exponi-
 tur τόκος, *Usura*, Basilic. lib. 23. tit. 3. c. 58.
 Harmenop. Epitomar. lib. 3. tit. 7. §. 24. vide
 Varr. de L. L. in fine.

Accessiones.) Incrementum sortis, l. 24. D.
 depof. l. ult. hoc tit. incrementum fœnoris. Isi-
 dorus Originum v. c. 25. τῆ δανείῃ ἐντόκῃ. pe-
 cuniæ augmentum, Julius Firmicus II. Mathes.
 cap. ult. Homerus Odyss. ζ. Χρεῖός μοι ὀφέλλι-
 ται. Eustathius: ἔστι ἡ νοκσαί ἢ ἀντὶ τῆ αὐξεται,
 ὅπως ἔστι τῆ τόκῃ ἀφορμή πάντως γὰρ τὸ χρέος ὀ-
 φελλόμενον ἐγκυμονεῖ ὡς περ τὸν ἐσύσεργον τόκον.

Usura est reditus.) L. Titius 24. D. de præ-
 script. verb. Basilica: ἵνα ἐκ τῶ τόκων &c. l. a-
 lumnæ 30. D. de adim. leg. l. qui quadringen-
 ta 88. §. ult. D. ad leg. Falc. Basilica ibidem:
 ἐκ τῶ προσόδων, ἤτοι τόκων. *Ex reditibus, sive*
usuris. Vetus lapis: *ex reditu ejus summæ.* Po-
 liænus I. in Them. πλὴν ἐκ τῶ ἀργυρίων προσόδων.

Reditus.] Pecunia locari & collocari dici-
 tur, sive fœnore collocari. Plautus Mostella-
 ria. S C. *Scelestiorem: Locare argenti neminẽ*
nummum queo. Horat. Sat. II. lib. I.

Omnia conductis coëmens obsonia nummis.

Marcianus in l. Divi 89. ad leg. Falcid. *Ut ido-*
neis nominibus collocetur pecunia. Basilica: ἐν-
 πόρῃς ἐπὶ τόκῳ δανειζοῦται: *Idoneis & locupletĩ*
bus sub usuris credunt. Ulpian. in l. 33. de usur.
Si bene creditæ sint p. p. & in l. qui mandatum
 43. Mand. pecunias in diem collocaret. Basil.

ὁ ἐνταλαθεὶς δυνεῖσται. At in l. si Urbana 55. D. de
 condict. ind. rectius legitur, *non locatus*, ut in
 Basil. δοῦλος μὴ μισθωθεὶς, *Servus non locatus*,
 quam *collocatus*, ut legendum putabat Salma-
 sius de usur. cap. vii. & in Disquisitione de
 Mutuo Papinianus enim ibi loquitur de servo
 cujus operas malæ fidei possessor non locavi,
 sed servus ipse operas suas locasse dicitur: nec
 conductor igitur pecuniam faciet accipientis:
 non enim culpa caret qui mercedes alii, quàm
 domino solvit. Fœnus, inquam, videtur esse
 locatio: nummi enim utendi datur certa mer-
 cede: & ideo merces pro usu raponitur. Ho-
 rat. d. sat. ii.

Quinas hic capiti mercedes exigit.

Et sat. iii.

Mercedem aut nummos unde unde extricat.

Sed & ut prædii reditus propriè dicitur qui ex
 locatione: ita reditus pecuniæ, qui ex fœnore,
 quasi ex locatione redigitur, Cujac. Observ.
 lib. ix. c. 15. Cornel. Nepos in vita Attici cap.
 xxi. *Omnisque ejus pecuniæ reditus constabat in
 Epiroticis & urbanis possessionibus.* Vel, usura
 est usus fructus nominum, l. 3. D. de usufr. ear.
 rer. quæ us. consum, id est, quasi usufructus,
 Cujac. ad d. l. 24. sic fructus pro usuris in d. l.
 88. ut *Fruetus fœnoris*, Tertulliano quarto ad-
 vers. Marcionem.

A tempore contractus) Ex stipulatione, ma-
 xime in pecunia credita, Græci: τόκοι ἀνεπιτά-
 ητοι ἔκ' ἀπαγοῦνται. *Usuræ citra stipulationem
 non petuntur.* Colloquium Scholasticum: *Si
 habes, commoda mihi quinque denarios. Etsi
 non habuissem, undecumque explevissem. Pi-
 gnus vis? absit. Cave mihi te accepisse. quibus*

usuris? quibus vis, cavi. Usuræ namque ex nudo pacto non debentur, Paul. lib. II. Sent. tit. 14. §. 1. l. 1. h. t. pactum enim in continenti factum in stricti iudicii contractibus inest quidem ex parte rei, sed non ex parte actoris, hoc enim tantum receptum est in bonæ fidei contractibus, Cujacius ad d. l. Titius: in qua sententia etiam est Stephanus ad l. rogasti §. 1. D. de reb. credit. σημείωσα, ὅτι ἐπὶ τῶν στίκτων τὰ ἐκ continenti παρὰ τὴν μὲν τοῦ συμβαλλεται. τὴν δὲ ἀκτορα ἐκ ἀφελεί, ἔδε ἐκ πλευρῶν αὐτῶν τίκται ἀγρῆ. Pacta strictis contractibus adjecta reo quidem profunt, non etiam actori, neque ex parte actoris actionem pariunt. Usuræ tamen ex nudo pacto solutæ non repetuntur, l. 3. h. t. propter naturalem æquitatem, qua pacta subnixa sunt: scitum est enim ea quæ natura debentur ab eo qui solvit, repeti non posse.

Interdum tamen usuræ ex pacto peti possunt, ut puta si adjectum sit ex continenti bonæ fidei contractui, l. initio §. infra de pact. int. emptor. & venditor. composit. Item usuræ specierum, seu fructuum, εἰδῶν ἢ καρπῶν δανειζομένων, Græcis, debentur ex pacto, & quidem graviores propter incertum fructuum eventum, l. frumenti, & l. oleo, h. t. διὰ τὸ ἀδύλον τῶν καρπῶν. Rectè Græci in d. l. 23. Additamenta usurarum, πλεονέκτας τῶν τόκων, interpretantur, πλεονέκτα τόκον, majores usuras, usuras supra legitimum modum, d. lib. XXIII. Harmen. d. t. VII. §. 24.

Specierum seu frugum usuram Laodiceni & Nicæni Patres, ἡ μισολίαν appellant. Quæ sint autem usuræ hemiolix non satis constat. Græci canonum interpretes Zonaras & Balsamo se-

misses interpretantur. Mattheus Blastares non dum typis editus: ἡμιόλιοι δὲ εἰσιν οἱ ἡμίσεις τοῦ ὄλου τόκου ἢ β. νομισμάτων, ἢ τοι τοι ἕξ.

Cujusmodi interpretatio meritò displicuit Jacobo Gothofredo ad Cod. Theod. tit. de usur. & τόκον ἡμιόλιον, usuram fescuplicem interpretatur. Glossæ græco-latinae, ἡμιόλιον, *Sescuplum*, & profert hunc B. Hieronymi locum in cap. xviii. Ezechielis: *Solent in agris frumenti & milii, vini & olei, cæterarumque specierum usuræ exigi, sive, ut appellat sermo divinus, abundantia. Verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. quæ quidem erat usura maxima: forti enim dimidium ejus accedebat. Eandemque interpretationem adfert Salmasius de Modo usurar. cap. 8. & eundem Hieronymi locum citat. Sed & ἡμιολίας, sesquialteras, vel sesquialteras reddi posse scribunt. Glossæ lar. gr. *Sesquialtera*, ἡμιολία. Vetus Onomast. *Sesquialtera*, ἡμιόλιος.*

Sed quærì non immerito potest, cur patres Concilii sexti in trullo, quæ ἡμιόλια dicuntur in canone Laodicensi, & Nicæno, quibus clericis interdicitur, *Quodlibet superabundantiæ genus*, ut præter alios loquitur Alexander tertius epistola secunda, sive omnis omnino usura, etiam frugum: cur inquam patres in Trullo coacti, ἐκατος αἰς dicere maluerint. Et hic viris etiam doctissimis aqua hæret. an quia τόκοι ἡμιόλιοι, usuræ fescuplices, quæ olim in frugibus receptæ erant, nova Justiniani constitutione l. eos qui, versic. in trajectitiis, h. t. in centesimis mutatae sint? sic videtur. Prohibebantur usuræ hæmiolix veterum patrum definitionem

bus. prohibentur & centesimæ, quæ in earum locum subrogatæ sunt. Vide hac de re Salmasium de modo usurarum d. cap. viii. p. 331. an satis intellexerit canonem Trullanum, tuum esto, lector, iudicium.

Porro illud observandum est quod dicitur in d. l. 23. additamenta usurarum ejusdem materiæ admitti, puta olei ampliationem, καὶ τὸ ἄμειον. Nam si oleo, vel quocumque fructu mutuo dato pecuniam reddi convenerit, servabitur legitimus usurarum modus. ἢ δυνάμει τὸ νόμιμον μέτρον ὑπερβαίνειν τῆς ἡμεγετοσῆς, ut aiunt Græci: *Non possum legitimum modum usuræ semissis supergredi.*

Denique civitatibus usuræ ex solo pacto debentur, l. etiam 30. D. eod. τὸ τὸ πάκτον ἀπὸ νόμου κυρεῖται καὶ ψιλόν ἐστὶ, ut aiunt Græci interpretes: *Hoc pactum legitimum est, tametsi nudum sit: & usuræ petuntur conditione ex lege, ἀπὸ τῆς ex lege κινδυνεύουσας, ut iidem scribunt ad d. l. 30. & ad l. 5. de pact. libro xi. Basil. tit. i. Debentur & argentariis, Nov. cxxxvi. cap. 4. & 5. & pecuniæ naut. l. 5. & 7. D. naut. foen.*

Fœnus dicitur.) Usuræ quæ debentur ex die contractus propriè fœnus vocantur, & fœnus accipit pro usura simplici. Fœnus enim interdum accipitur pro pecunia usuraria. Nonius Marcellus: *Mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur.* Ex quibus constat, quid inter fœnus, & mutuum intersit: mutuum enim propriè gratuitum est, fœnus autem creditum usurarium, ut in l. 5. inf. de privil. fis. *non fœnus contractum.* Basil. ἢ τε γὰρ δάνει σιωπήλαξε: *non enim fœnus contraxit, id est, sub usuris pecuniam dedit, vel usura simplex.* Sic mutua pe-

cunia à fœnore distinguitur in l. principalibus 33. D. si cert. pet. ubi tria interdiciuntur Præsidibus provinciarum, negotiari, mutuam pecuniam dare, & fœnus exercere basilica: *πρᾶγματῶν, δανείζειν, τοκίζειν*, reddunt, lib. xxiii. tit. 1. Cyrillus quidem ita videtur accepisse, ut rectores provinciarum negotiari & fœnus exercere prohibeantur, non etiam mutuam pecuniam gratis dare: *ἀρχῶν μὴ ἐμπορευέσθω, ἢ ἐπὶ τόκοις δανείζέτω, μήτε οἱ παρὰ αὐτῶν οἱ ἡγεμόνες ἐκωλύοντα τοῦτο ποιεῖν*. Præsidi provincie negotiari non liceat, neve fœnus exercere, neque iis, qui circa eos sunt: officiales autem non prohibentur ea facere. Eique interpretationi favere videtur l. 3. si cert. pet. ubi fœnus tantum agitare prohibetur, *δανείζειν*, quod heic est, sub usuris mutuam dare pecuniam, ut in l. 7. §. item si, D. de Senat. Macedon. pro quo Ulp. dixit, pecuniam agitare in l. 4. §. 2. de fidejuss. Sed Thalelæi interpretatio ad d. l. 3. verior est: scribit enim præsidem prohiberi quoque gratuitam pecuniam dare. Intelligite, inquit, *Pecuniam omnem, mutuam, & fœnebre.* καὶ ἐν ἑσὶ περὶ πάντων ἀνεῖον νομισσῶν καὶ ἐντοκοῖ, καὶ ἀλόκων. Eademque Glossæ sententia est ad d. l. 3. Præsides autem mutuam pecuniam dare prohibebantur, ne tacitum fœnus magis, quàm mutuuum contraheretur, neve hoc obtentu à provincialibus tacitè quid emungerent, ac extorquerent Græci ad l. quisquis 16. sup. de reb. cred. *διὰ τῆς τοῦ ἀρχοντα δανείζειν, ἐκωλύσειν, ἵνα μὴ τὰς ὑπὸ αὐτῷ ἀγχειν ἔχη τῆ ἀφορμῆς τῆ δανείσματος*: ideo lex vetat ne præses mutuam pecuniam det fœnusve exercent, ne occasione creditæ pecuniæ eos, qui ei subsunt, vexet. Officiales

verò pecuniam sub usuris credere non prohibentur remissa stricta ratione : quòd mutuum omnium maxime necessarium sit in hac societate civili : nam alterius generis obligationes contrahere eis non licet. Quod Græci tradunt his verbis ἐπι τῶν δανείων ὡς ἀναγκαίαις ὄντοισι παρὰ τῆς ἀκρίβειας εἰσηνέχθησαν παρέχωρησε τοῖς ταξιώταις δανείζειν ἐπὶ τῶν ἄλλων συναλλακμάτων ἔδ' ἐ τοῖς ταξιώταις δίδοιαι ἄδεια. Hoc autem in Præsidibus admissum non est, cum ratio potentatus utrumque mutuum prohibuerit. Hæc aliter interpretatur Salmasius, sed contra mentem Jurisconsultorum, de usur. cap. v. At quaeritur, an præses mutuam pecuniam possit sumere & posse ait lex præsidis 34. § 1. D. de reb. credit. At ei objicitur d. lex 16. Cujacius ad d. l. 3. respondet, duos tantum casus proponi in d. l. 16. unus est si pecunia credita præsidi, in provincia versetur is qui credidit quasi mercator legum & provinciæ, id est, πρὸς ἐν ᾧ, & quasi à præside quidvis obtineri possit, quem obæratum habet. Si ita versetur in provincia quasi quidvis possit in præsidem, ipse relegatur, non judex qui pecuniam sumpsit ut suæ inopiæ consulere. At coercetur etiam judex si collectarius (qui & nummularius) honorem ambiens pecuniam crediderit, qua honorem emeret quo casu uterque relegatur, & qui sumpsit & qui dedit. Igitur ea l. quisquis coercetur emptor honorum & potestatum, & qui pretium honorum mutuum dat. Huc pertinet quod scribit Synesius in epistola lxxii. in fine, & ep. seq. contra leges mutuas pecunias accipit ad coëmendos honores & potestates, ἐπὶ ἀρχῆν δανείζειται χρήματα παρὰ νόμους.

In bonæ fidei judiciis.) Fœnus citra moram, quæ per interpellationem fit, debetur l. pecuniæ 9. §. 1. D. eod. dies enim satis debitorem interpellat, l. trajectitiæ 23. D. de verb. obl. In bonæ fidei contractibus usuræ ex mora debentur l. mora 32. §. 2. eod. l. in bonæ fidei 13. h. t. l. 2. inf. depos. officio judicis l. quærò 54. D. loc. nec enim sunt in obligatione, l. qui per collusionem 49. D. de action. emp. Sed propter moram debitoris non solventis infliguntur, l. cum quidam 17. §. si pupillo, D. de usur. ne frustratio sit impunita, l. 3. §. ult. eod.

Mora autem duob. modis fit, ex persona, aut ex re. Ex persona, cum debitor interpellatus opportuno loco non solvit, d. l. mora. quæ mora vulgò regularis dicitur. Quæ autem est in re, sive quæ re ipsa fit, irregularis: id est, quando alteruter contractum implevit: puta si venditor emptori rem tradiderit: usuræ enim æquitatis ratione venditori debentur, quia emptor fructus rei venditæ percepit. Item in minorum persona ex re ipsa fit, l. curabit 5. inf. de action. empt. & l. 3. sup. in quibus caus. in integr. rest. nec non est.

In strictis autem judiciis usuræ debentur post litem contestatam ex æquitate secundum Sabinianorum sententiam, quæ obtinuit. Cuj. ad l. quæsitum 37. D. de usufr. tract. VII. ad Afric. Græci: ὡς περὶ ἐπὶ τῇ καλῇ πίσει ἀγωγῶν ὀφικία τῶν δικαστῶν, καὶ ἐπὶ τῇ στίκτων μὲν ἀποκαταρξιν. Sicut in bonæ fidei judiciis officio judicis ita in strictis post litem contestatam usuræ debentur. In bonæ fidei judiciis laxior est potestas judicis, & tantundem potest officium judicis, quantum stipulatio, ut notat Thalel. ad

d. l. 13. & verum est, l. Lucius 24. D. de pos. l. 7. D. de negot. gest. In strictis iudex formula eorum circumscribitur.

Strictis quibusdam.] Ut in actione ex testamento l. 3. §. nonnunquam, D. eod. l. ult. §. 2. inf. de jur. dot. quæ est actio stricti iudicii, l. alias 6. D. de in lit. jur. quo nomine comparatur actioni bonæ fidei l. usuræ 34. D. eod. Item pollicitatio facta Reip. licet stricta sit, recipit usuras ex mora, l. 1. D. de pollicit. & actio iudicati, ut dicitur tit. 54. lib. 7.

In diem.) Usuræ enim posteræ & sequentis temporis ob sortem sua die non solutam ex conventionem peti possunt, l. lecta 40. D. de reb. credit. Hujusmodi usura pœna est, d. l. 40. uti cum placuit ut nisi stata die usuræ leviores exolvantur, in majores usuras debitor, qui solutioni moram fecit, teneatur, l. Gaius 11. & l. seq. D. eod.

Atqui Papin. in l. 9. §. 1. eod. ait, esse fœnus uberius, non pœnam. Cujacius ait, in d. §. 1. pœnam accipiendam esse pro usuris usurarum: conventionem autem illicitam esse, si placuerit, ut usuræ usurarum præstentur: cui similis est conventio apud Theophrastum c. *ἄξι μι-
κρολογίας* sive de sordida parsimonia. In specie autem d. §. debitorem non videri promississe usuras usurarum, sed sortis duntaxat majorem & legitimam usuram sub conditione, si leviores usuræ præstituta die non pendantur: & in eam rem Græcos interpretes citat, quorum verba hæc sunt in Basilicis: *ἔπερδ τόκους τόκον δεικνῆ
ἐπιωτάου, ἀλλ' ὑπο' αἰρεσιν πλεϊονα ηῖ νόμου
τόκον.* Non enim videtur promississe usurarum usuras, sed sub conditione sortis majorem & legitimam, usuram.

Sortem equaverit.) Nam si quid amplius creditor datum fuerit, de capite subtrahitur, ut loquitur vetus interpret Pauli ad d. tit. 14. Sic Livii 6. De capite deducite, quod usuris pernumeratum est. Sic ex Novella Basilii Imp. quæ colluntur usuræ, si quis vel tantillum ceperit, id ex sorte decedit, seu sorti imputatur. quæ quidem Nov. extat. apud Harmenop. lib. 3. tit. 7. §. 28. & Matth. Blastar. apud quem in scripto cod. sic legitur: *ἵνα μὴ νόμον φυλάττειν οἰόμενοι, νόμον θεῶν παραβαίνομεν. Ne cum legem servare credimus, legem Dei violemus.* Usuræ igitur supra duplum exigi non possunt, non Romanorum modo, sed Ægyptiorum quoque lege, ut observat. Cujac. Obs. v. 38. ex Diodori Siculi lib. 1. & Sirmondus ad Sidonium iv. ep. xxiv. quem vide. Usuræ tamen per partes solutæ non coacervantur ac computantur in duplum, & sortem excedere possunt, nisi tempore solutionis usuræ nondum solutæ sortem excedant, l. usuræ 10. quæ tamen abrogata est Nov. 121. & N. 138. ex quibus, usuræ etiam per partes solutæ in duplum computantur. Basilicus d. lib. 23. οἱ καὶ μικρὸν, καὶ καὶ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῶν διπλοῦ συμφηφίζονται: *Usuræ per partes & diversis temporibus solutæ duplo computantur.* Quæ aliis verbis extulit Michael Psellus Synops. LL. versu 1236.

οἱ καὶ μέρος τίκει διδόμενοι τοῦ χρέους
καλῶς ἔχ ὑπερβαίνομεν τοῦ διπλοῦ προαιτέρω.

Usuræ sortis per partes solutæ duplum supergredi non possunt. Falluntur qui putant deesse h. tit. duas constitutiones, 29. & 30. ut & observat. Cujac. lib. x. 37. Sed deinde consultius retulerunt ad Justiniani Novellas Notator. lib. 11

Vellem Irnerius jus novum adscripsisset post
d. l. 10.

Excipiuntur tamen quæ annui redditus ma-
gis, quam usuræ speciem habent; Cujac. ad d.
Nov. 121.

De nautico fœnore.

TIT. XXXIII.

V. tit. 2. lib. 22. D.

NAuticum sive maritimum fœnus separa-
tur à terreno: quia nautico modus finis-
væ præscriptus nullus fuit olim, & hodie gra-
vius est quam terrenum, nempe ad finem cen-
tesimæ, quæ in pecunia terrena raro locum ha-
bet. nec tamen, ut opinor, supra finem dupli-
nam usuræ quæ taxationem habent, & duplo
finiuntur; quæ non habent, ut olim nauticæ;
nec duplo finiuntur, ac præterea in nautico fœ-
nore pactum sine stipulatione sufficit, non in
terreno. Ratio autem differentiæ consistit in
causa periculi, quod nauticæ pecuniæ creditor
suscipit, cum tamen alij generis pecuniæ peri-
culum respiciat debitorem: vel si forte conve-
nerit ut non respiceret creditorem, tum sane
idem jus erit maritimi & terreni fœnoris, l. pe-
riculi, D. eod.

Enarratio.

TIT. XXXIII.

FOenus interdum accipitur pro mutuo gratuito Deuteron. xv. 6. *Fœnerabis gentibus multis. id est, mutuum dabis.* Plin. ii. 6. *Hic (sol) suum lumen cæteris quoque sideribus fœnerat.* & cap. ix. *Si quidem in toto mutuata ab eo luce fulgere, &c.* fœnus tamen accipi pro pecuniæ reditu sive usura & in libris τὸ ἐξωστὸν & nostris plusquam manifestum est. Plaut. in Mostellaria, Act. iii. sc. i.

Qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti danunt.

Et Act. iv. sc. ii.

Is tibi & fœnus, & sortem dabit.

L. 4. D. de naut. fœn. l. pecuniæ 9. §. i. D. de usur. l. uxori 24. D. de usu & usufr. leg. l. deducta 58. §. 2. D. ad S C. Trebell. & fœnerare est, mutuam pecuniam sub usuris dare in l. quamvis §. 1. D. de pignorat. act. Pomponius ait: *Si creditor pluris fundum pignoratium vendiderit, si id fœneret* Basilica: τὸ νόση Interpres: εἴτε πρὸς τὸ ἑαυτὸν τῆς πινύμας. Unde lectio eorum codicum sequenda videtur, in quibus habetur: *Si id, quod plus est, fœneret.* & in l. Granius 71. §. ult. D. de fidejuss. ut Francisco Hotomanno, & Jac. Cui placebat, quod tamen aliis displicet, censentque dicti §. hanc sententiam esse, ut mandati quoque teneatur, qui Titio mandat, ut ei credat, cui etiam citra mandatum crediturus erat. quod & antea Dion. Gothofredo in mentem venerat in Glos-

sis ad d. l. Auctores quoque Basil. in eam sententiam sic Græcè vertunt. *εἰ καὶ μέλλοντι μοι δανείζειν ἐπιείληται ἡς δανείσαι, ἐνέχεται.* Mandatè tenetur, qui mihi aliàs credituro mandat, ut credat. Quæ quidem interpretatio mihi satis placet.

Fœnus quoque accipitur pro pecunia fœnabri, ut dictum est sup. tit. prox. Horat. epod. II. *Solutus omni fœnore.* Excerpta ex veterib. Glossis: *fœnus δανειον, χρέος* alia: *fœnus δανειον* Glossæ: græco latin. *δανειον ἐντοχον fœnus* vet. Onomastic. *fœnus, δανειον*

Quamquam autem exempla non desint huic interpretationi firmandæ, & ita quoque fœnus nauticum accipiendum constet in l. 3. h. r. ut apud Græcos *ναυτικὸν δανειον*, Iul. Pollux lib. VII. cap. 12. Non tamen videntur auctores juris eo significatu fœnus nauticum dixisse: & longè probabilius est, fœnus eos accepisse pro usura pecuniæ trajectitiæ. quod & Cujacius sequitur, ut sit, *πλειτόν τε ναυτικέ.*

Nauticum igitur fœnus est, usura pecuniæ nauticæ, sive trajectitiæ, id est, quæ transmare vehitur, l. 1. D. cod. *Ἀπὸν πᾶς χηματα* vertunt Basilica: transmarinas pecunias.

Sive maritimum.) Ut Paulo jureconsulto, usuræ maritimæ, l. fœnerator 6. cod. fœnus trajectitium.

Præscriptus nullus fuit olim.] Paul. II. Sent. tit. XIV trajectitia pecunia infinitas usuras recipere potest. Sic etiam terreno fœnori nullus præscriptus modus lege Solonia, cujus meminit Lysias Orat. I. adversus Theomnest. Jure autem Romano terrestris pecuniæ usura centesima, l. 2. C. Theod. de usur. l. si pro mutua

8. sup. si cert. pet. l. nihil 4. §. i. D. eod. Est autem usura centesima, quam Græci ἐκατοστώ, vocant. D. Chrysof. homilia LXXII. in novum Testam. Galenus ἐκατοστώνόλον, ut ad Theoph. primus observavi, cum centeni nummi duodenos quotannis pariunt. Matthæus Βλαστάρης: ἐκατοστωαῖα ἢ λέγεται τοκοῦ, τὰ διδόμενα δώδεκα νομισματῶ ἐπὶ τοῖς ἐκατὸν ὑπὲρ ἑκάστου χρόνου, ἢ παρ' ἡμῖν νομιζομένη λίτρα καὶ ἀναλογίαν, νομισματῶ ἔχει ὁκτώ δίμοιρα. *Usura centesima est, cum centum quotannis duodecim reddunt.*

Et hodiæ gravius est.) Pecuniæ maritimæ semper usura gravior, quàm terrenæ: Maximus Tyrius dissert. II. ὅσως γὰρ ἔπὶ κρηματοπισμῶ παραβαλλομένων ἐν θαλάττῃ, οἱ τόκοι μεγάλοι ἔσονται δανεισμάτων. *Nam ut illi qui lucri causa maris periculo se committunt, magno fœnore se obstringunt. est enim periculi pretium, l. 5. D. eod. Vetus Scholiastes Persij in Satiram quintam: Cur navigas? An ut pecuniam, quæ tibi quincumces verecundè præstitit, cum periculo deunces præstet? Nam multi casus opprimunt navigantes, ut ait Hieronymus XIII. in Esaiam. Est etiam in mari periculum ab his qui piraticam exercent: nam plures fere piratarum vi facultatibus exuuntur, quam mare iratum absumit. & periculum ejusmodi creditorem respicit. Sed & præter incertum maris, lucrum ingens eorum qui mare trajiciunt, quos ἐμπεραμῆς vocat Callimachus hymno in Jovem, id est ἐμπόρους, mercatores, ut ibidem interpretatur Scholiastes: quæstus inquam longè longèque major, quàm terrestris, suavit, ut de gravioribus usuris præstandis convenire liceret. Periculi quidem ratio præcipua est: Sed &*

quæstus si periculo creditoris pecunia accepta sit, uberiori fœnori causam dedit. Et non injuria igitur trajectitiæ pecuniæ usuræ majores nunc & olim: est enim pecuniæ maritimæ centesima: terrenæ verò semis, l. eos qui 26. vers. in trajectiis sup. tit. prox.

Ad finem.) Sic loquitur Papinian. in d. l. 4. §. 1. Basil. μέγιστος ἢ ἑκατοστῆς, Usque ad centesimam. Quæ est usura maxima, l. qui sine 38. D. de negot. gest.

Raro locum habet.) Fructuum usura olim quadruplex centesima l. 1. C. Theod. de usur. hodie verò centesima est, d. l. 26. Fructuum quoque nomine ab agricolis centesima exigere potest, Nov. xxxviii.

Supra finem dupli.) In trajectitia pecunia sicut usuræ duplum excedere possunt: ita id quod interest, l. 2. §. ult. D. de eo qu. cer. lo. usuræ modus est duplex, centesima & duplum. neuter servatur in trajectitia pecunia, Cujac. ad l. servus 10. §. si sciens, D. de action. emp. tract. 8. ad Afric. Hodie verò usura maritima supra duplum exigere non potest. Cujacius utitur hac ratione: Nam usuræ quæ taxationem habent, etiam duplo finiuntur: Atqui usura nautica hodie taxationem habet: est enim centesima & duplo igitur finitur.

Ut olim nauticæ.) Usuræ nauticæ taxationem antea non habebant: licebat enim infinitas usuras accipere: & duplum igitur excedere poterant.

Pactum sine stipulatione.) L. 5. §. 1. & l. 7. D. eod.

Non in terreno.) L. 1. & 3. sup. de usur. l. 24. D. de præscript. verb.

In causa periculi.) Pecuniæ nauticæ periculum respicit creditorem. Hoc est ναυτικῶς δανείζειν, sive ἀποπλησίως, ἢ τὸ ἐπικινδύως. Vide Cujac. ad Itrajectitiæ, D. de obligat. tract. 7. ad Afric. nisi pecunia culpa debitoris perierit, vel quia locum navigii non servavit, vel quia merces illicitas comparavit, easque fiscus occupavit, Paul. d. tit. 14. l. 1. & pen. h. t. l. 4. D. eod. Hoc ita si convenerit: alioquin periculum pertinet ad debitorem, l. ult. vers. sine. & communes igitur usuras præstat. Nauticæ autem pecuniæ periculum creditor suscipit, vel in omne navigationis tempus, ut in l. qui Romæ 122. §. Callimachus, D. de verb. oblig. vel in certum portum. Inde Græcis duo pecuniarum nautica genera, ἐτερόπλοια, & ἀμφοτερόπλοια, Cujac. ad d. §. Calim. ἐτερόπλοια dicuntur cum creditor commensus tantum periculum suscipit: ἀμφοτερόπλοια, cum commensus, & remensus. Vide Harpocrat. & Suid. in v. ἀμφοτερόπλοια, Polluc. d. c. 12.

Alij gen.) Varro de re R. 1. c. 2. *Ad alii Dei aram.* Cic. de N. D. *ut alii generis bestiis vescerentur.* Sic veteres editiones, & ita legi restantur in Palatino cod. quod malo, quam, *alius*, ut reposuerunt in edit. Gruteriana. Sic in l. 156. D. de regul. jur. *Cum quis in alii locum successerit*, rectius in pandect. Florent legitur, quam *alius*, ut vulgò. Sic etiam loquitur Vitruvius lib. 11. cap. ix. & lib. viii. cap. III.

Periculum respicit debitorem.) L. incendium 11. sup. si cert. pet. §. 1. Instit. quibus mod. re contr. oblig. *Debitorem enim quantitatis, sive generis omne periculum respicit, sive ut ait Pha-*

Ielæus ad d. l. ii. πᾶσι τοῖς τυχεροῖσσι ἐπὶ τῇ
 δανεοδείσῃ ποτότητι ὁ δανεοδείμης ὑπόκειται. Quia
 genus perire non potest. Ideoque in lege Rho-
 dia pecuniæ terrenæ dicuntur

Extra omnem periculi aleam posita.

Vel si forte conv.] Si convenerit ut pericu-
 lum non pertineret ad creditorem, communes
 usuræ præstantur.

Despositi, vel contra.

TIT. XXXIV.

V. tit. 3. lib 16. D.

Postquam egit de contractu creditæ pecu-
 niæ, & de accessionibus ejus, & de his quæ
 is contractus cum aliis communia habet, sin-
 gulis aliis contractibus incipit dare titulum vel
 tractatum specialem, & deposito imprimis.
 Deposita est conventio qua id agitur ut rem
 meam vel alienam custodias, & mihi possideas,
 non tibi, eandemque mihi quandoque repos-
 centi restituas. Vel conventio qua res nostri vel
 alieni juris penitus fidei ejus servanda commit-
 titur, qui eum officij causa custodiendam reci-
 pit. Dico, officij causa, quia ut mutuum, com-
 modatum, mandatum, precarium, & depofi-
 tum ex officio & amicitia originem ducit. Hi
 igitur contractus mercedem non recipiunt, ho-
 norem recipiunt & remunerationem, & mu-
 tuum quoque modicum fœnus, quod non su-
 peret beneficium à creditore profectum, sed ex-
 superetur, quia beneficio adjuvari nos oportet
 non opprimi, l. in commodato §. sicut, D.

Comm. dederim enim & in fœnore libenter de xeniis proverbio locum, *οὐτε πάντοτε, οὐτε πανταπῶν*. Quod autem dixi penitus rem depositam committi fidei depositarii, eo fit ut magis obligetur fides ejus. Fides habita, inquit Livius, ipsam inagis obligat fidem: nam & plerunque deposita fiunt remotis arbitris, ut non male in definitionibus Plato dixerit, depositum esse, *δῶρα μὲ πιστῶς*, & alii auctores depositum sacrum, quo fit, ut depositum repositenti non possit objici compensatio, vel exceptio non numeratæ vel non datæ rei pecuniæve, si depositi ex scripto agatur, l. ult. suprâ tit. 31. l. pen. suprâ tit. 30. vel denuntiatio ab altero facta depositario, ut Nov. LXXXVIII. Ut depositi condemnatus infamis fiat, ut ex XII. tab. actio depositi sit in duplum, quod didicimus ex reliquiis Sent. Pauli. Hodie jure prætorio est in simplum, & uno tantum casu in duplum. Et ut quod deposui videatur esse domi meæ, non etiam id quod commodavi, l. pen. §. 1. D. de aur. & arg. leg. Et velim etiam excipi à Constitutione Caroli IX. quæ supra C. lib. contractus qui habentur sine scriptura consistere non vult, quæ efficit ut hodie nulli contractus nudo consensu perficiantur contra jus gentium, velim, inquam, saltem excipi sacri arcanique depositi causam. Duplex autem est actio depositi, una quæ directo competit depositori de depositio recipiendo, & vicissim altera quæ depositario datur de recipiendis impensis.

Enarratio.

TIT. XXXIV.

Rem meam, vel alienam) Adeo ut etsi fur vel prædo deposuerit, depositum ei restituendum sit, l. 1. §. si prædo, D. eod. l. non ab iudice 64. D. de iudic. Triphoninus tamen in l. 31. D. h. t. scribit, in hac quæstione, si rem dominus petet, utique ei restitui debere: si verò non petet, ei qui deposuit. Basilica paucis rem totam ita complectuntur: *εἰ μὲν ἀπαυτεῖ ὀδισπότης, αὐτῷ ὀφείκει ἀποκαταστῆσαι. εἰ δὲ μὴ ἀπαυτεῖ, δεῖ σε τῷ παραφεμένῳ ἀπεδῆναι.* Si quidem rem dominus petat, ipsi eam debes restituere: si verò non petat, eam depositori debes restituere.

Custodias.] Aliud est custodire, aliud possidere, l. 1. §. quæsitum, D. quod legator. depositarius rei depositæ custos est, l. 1. & l. propriè 6. D. eod. l. desiderium 7. h. t. & in possessione est, non possidet, sed depositor per depositarium, §. possidere, Inst. de interdict. l. licet 17. §. 1. D. eod. Neque mutat lex communi 7. §. neque, D. comm. divid. ubi depositarius naturaliter possidere dicitur: impropria enim & confusa locutio est, cum sit in possessione naturali potius, quàm possideat Cujac. Obs. lib. ix. 33. Si autem depositarius sibi possidere, neque reddere constituerit, confestim amitto possessionem, l. si rem 47. D. de adqu. vel am. poss.

Eandemque.) Depositarius restituit eandem rem, id est, idem corpus, l. 1. §. is quoque, D.

de obligat. §. præterea, Instit. de obligat quæ
 re contrah. l. 2. D. de reb. cred. nisi nomina-
 tim convenerit, ut tantumdem redderetur, l.
 Lucius 24. eod. Sed hæc res egreditur notissi-
 mos depositi terminos: naturam modum de-
 positi excedit. id enim inter depositorem & de-
 positarium agi solet, ut eadem res quandoque
 restituatur, non quantitas eadem. esse tamen
 depositi actionem Papinianus subobscurè si-
 gnificat, ut & Cujacio videtur ad l. 24. D. de
 præscr. verb. quam quidem auctores Basilicōn
 percepisse non videntur, qui negant, depositi
 actionem esse. *ἢ μὴτὰ αὐτὰ ἀλλὰ τοσαῦτα
 σωμαίνουσα δῖναυ, ἔκ ἐνάργου τῆ ὀείπαρ εἰ δῖκνῆς
 ἀγωγῆ.* Si convenerit ut non eandem rem, sed
 tantumdem redderem, depositi actione non te-
 neor. Idem juris est, si tacitè actum sit, ut tan-
 tumdem redderetur: puta si pecunia non obfi-
 gnata deposita sit l. 26. §. 1. eod. l. 31. D. loc.

Mihi.) Nisi dominus rem vindicet: est enim
 potior causa domini, quam depositoris, qui
 rem alienam custodiendam tradidit, ut suprā
 dictum est.

Mihi.) Vel heredi meo, l. 1. §. hæc actio, l. si
 plures 14. D. eod. l. ult. §. 1. D. ut legat. nom.
 cau. l. pen. C. ad exhib. nam mihi reddi vide-
 tur D. Augustinus libro III. de libero arbitrio
 cap. xv. *Quod creditorum iustis successoribus
 redditur, istis utique redditur, quibus isti iure
 succedunt.*

Mihi. (Vel ei, cui ex lege depositionis resti-
 tui debet, l. Publia 26. D. eod. d. l. pen.

Quandoque.) Depositum quandocumque
 reperi potest, etiam ex continenti, d. § præter-
 ca, & d. §. is quoque, d. l. Lucius l. 1. §. est au-

rem, eod. Quintilianus declamat. cxxlv. *Depo-
nitur aliquid, quod quandocumque repetitur,
reddendum est.* Et sine cunctatione, si modo
depositarius rei restituendæ facultatem ha-
beat, vel conditio depositi extet, d. §. est autem

Reposcenti.] Depositor rem depositam re-
poscere dicitur in d. §. est autem, ut commoda-
tor commodatum in l. si quis rem 20. D. de
adquir. poss.

Nostri vel alieni juris] Paulus Licinii Ru-
fini tit. 10. *Deponere possumus apud alium id
quod nostri juris est, vel alieni.*

Penitus.) Deposito dicitur ex eo quod
ponitur: præpositio enim de auget depositum,
sive ut loquitur Aulus Gellius Noct. Attic. vi.
15. *de præpositio ad augendum & cumulandum
valet.* ut ostendat totum ejus fidei commissum,
quod ad custodiam rei pertinet, d. l. 1. Dona-
tus Adelph. act. 6. sc. 6. *de valde significat,*
Idem in Hecyram act. v. sc. 11. *Dejerat, si pro-
ductè, valde jurat.* Vide Festum in deculta-
runt, dedita, defruï deperire, & despretus.
Glossæ lat. gr. *de magis*, σψοδρῶς Hincmarus
Remensis apud Flodoard. hist. Rem. lib. 3. c.
21. *Detractem, quod valde tractem non abs re
accipi potest.* sic apud Guntherum *dequesti cru-
delia facta tyranni.* alias τὸ de minuendi vim
habet, ut in depretiare, & delibare.

Penitus fidei] Pleraque hominum negotia
fide constant, sive ut ait Cyrillus Hierosolymī-
tanus carech. v. κτὶ πῶσι σωῆσθε τὰ πλείστα τῶν
ανθρώπων πρῶσιματα. Sed in primis depositum,
quod penitus fidei depositarii committitur.
Itaque depositor fidem eligere dicitur l. 1. §. 4.
D. eod. Auctor problematum quæ vulgo Ari-

stoteli tribuuntur, sect. 29. ἰδὲ εἰς παρακαταπί-
 θεται μὲ πσίτων. Nemo apud alium deponit, nisi
 qui fidem ejus sequitur. Depositarius autem fi-
 dem suscipere dicitur, l. si is 18. h. t. & nisi de-
 positum reposcenti continuò reddat, fidem
 frangere, d. §. 4. Vetus Scholiastes ad illud
 Juvenalis sat. 13.

Depositum retinere

Non reddere, inquit, fidei commissum,

Recipit) Dominus vel possessor rem custo-
 diendam tradit, depositarius recipit, d. l. §. si
 te rogavero, & seq.

Mutuum) Mutui enim usuræ non debentur,
 l. Titius 24. D. de præscript. verb.

Commodatum] Commodatum gratuitum
 est, §. item is, de obligat. quæ re contr. ideo-
 que in commodato solius accipientis commo-
 dum versari dicitur, l. si servus 61. §. circa, D.
 de furt. & commodator beneficium tribuere
 dicitur, l. in commodato 17. §. 3. D. commod.

Mandatum.) L. i. §. ult. l. ita ut 36. §. i. D.
 mand. & §. ult. Inst. eod.

Precarium.) Precarium est genus libera-
 litatis l. i. D. de prec. & simile donato, l. cum
 qui emit 14. §. is qui precario, D. de furt.

Depositum) Depositarius beneficium dare
 dicitur, d. l. Lucius, D. Chrysofostomus homil.
 II. ad populum Antiochenum : ἐπὶ μὲν γὰρ
 ἀνθρώπων οἱ δεξάμενοι τὰς παρακαταθήκας χάριν
 ἡμῶν δεδωκέναι νομίζουσι φυλάττοντες ἅπασιν ἔλα-
 βον.

Honorem recipiunt) Commodatum mer-
 cenarium non est, sed gratuitum. Honorem
 tamen & salarium recipere potest, l. 6. 7. & 10.
 §. idem Labeo, D. mand. honor dicitur, ut

Græcis πμὴ Glossæ græcolat. πμὴ, τὸ ἐπὶ σωνη-
 γείᾳ δίδόμενο, Honorarium. B. Hieronymus
 ad Geront. Honor vel pro eleemosyna, vel pro
 munere accipitur. v. Comment. nostrum in
 Institut. §. ult. cap. de mand.

Depositum quoque pretium depositionis re-
 cipere potest l. 2. §. generaliter, D. vi. honor.
 raptor. quod salarium per abusionem merces
 dicitur in l. si ut certo §. 2. D. commod.

De xeniis.] Quod extat in l. solent 6. D. de
 offic. proc.

Livius.) Lib. xxii.

Remotis arbitris] Quintilian. de declam.
 ccxlv. Depositum hoc eo magis vindicandum,
 quod fere secreta sunt citra probationem. & decl.
 cccxii. Deposui apud te, scis ipse, quid aliud vi-
 detur advocare, quàm Deos testes? Divo Chry-
 sostomus Orat. lxxiii. οἱ ἢ παρακαταθήκας δι-
 δόασιν ἀνευ μαρτύρων, ἢ δεδιότες μὴ ἀφαιρηθῶσιν:
 Quidam verò nullis testibus accitis res suas cu-
 stodiendas tradunt non reveriti, ne depositum
 abnegent ij, quorum fidei commiserunt. Vide
 Isocratem contra Euthinum. Denique fides
 syngraphum non requirit. Itaque depositum
 συνάλλαγμα dicitur: depositor enim ἔλαβε πτό-
 πον πινὰ ἐν τῆς παρακαταθήκης πινὴ ἔανδρὸς
 χησότητα, ut ait Michael Ephesius ad quin-
 tum Ethicor. Nicomach. cap. 2. Qui deposuit,
 vice rei, quam custodiendam dedit, viri probi-
 tatem recepit.

Depositum sacrum) Juvenal. sat. xiii.

sacrum tibi quod non reddat amicus.

Depositum, Philo, Quis rer. divin. heres sit?

πολλοὶ γὰρ ἐκ παρακαταθηκῶν ἱερῶν πονηροὶ ἐγένον-
 το, τοῖς ἀλλοτριῶσι ὡς ἰδίοις ἔτι ἀμέτρητος τῆς πωλεσ-

νεξίας ηγεταχρησιμενοι Multi enim in sacris depositis improbè versati sunt, reb. alienis tanquam suis per summam avaritiam malè usi. Huc pertinet Platonis illud xi. de Legib. pupillum tutorum fidei permitti quasi depositum sacrum, *παρρηκαραδινλω μεγισλω η̄ ιερωτατω.*

Declam.) d. declam. ccxlv.

De Beneficiis.) Cap. x.

Compensatio.] Res deposita illico, quàm celerrimè, quàm ocysimè restituenda est, nec ei compensatio opponitur. Paul. Sent. lib. ii. tit. xiii. §. in bonæ fidei. Inst. de action. l. ult. sup. de compensat. l. pen. h. t.

Exceptio non numeratæ.] Non potest objici exceptio non accepti depositi adversus scriptam confessionem depositarii, l. in contractibus 14. §. 1. sup. de non numer. pec.

Vel denuntiatio.] Testatione, & denuntiatione alterius restitutioni depositi mora adferri non potest, ut si creditor meus nunciet depositario, ne rem quam apud eum deposui, mihi restituat, antequam sibi satisfactum sit, quæ denuntiatio efficax est, l. ult. D. de leg. commissor. & sane si ita denunciatum sit depositario, rem quidem nihilominus statim reposcanti depositori restituere cogitur: sed non sine cautione: cavere enim dominus satisfato debet depositarium defensum iri adversus denuntiationem creditoris. ex Cujac. ad Novel. lxxxviii.

Denuntiatio.] l. pen. §. 1. h. t.

Infamis fiat.) L. 1. & l. 6. §. 6. D. de his qui not. infam. l. 10. h. t. Modestin. Licin dicto tit. x. qui non damnatur nisi ex doli causa: & perinde est, ac si damnaretur actione de dolo,

quæ

quæ famosa est, l. 1. D. de his qui not. infam. actio enim de dolo inest bonæ fidei judiciis. Cujac. ad tit. de dolo, in princ.

Ut ex XII. tabulis) Paulus apud Licinium dicto tit. x. Ex causa depositi lege XII. tabularum in duplum actio datur, edicto Prætoris in simplum. Inter singularia recepta numeratur, quod actio daretur in duplum, tamen non inficiaretur depositum, ut Cujacius sentire videtur. nisi forte quod hic deest supplendum sit ex nota posteriore ad §. sed furti quidem, Inst. de action. Sicut, inquit, nec ex l. XII. in duplum depositi agebatur, quacumque ex causa depositum esset, nisi in inficiatorem.

Uno tantum casu.) Si depositi agatur, eo nomine quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit, in illa trepidatione, ut est in l. 4. D. de incend. au. naufr. Quintilianus declamat. cclix. *In illa omnium trepidatione, in qua pro sua quisque salute sollicitus, nihil de proximo cogitabat.* Modestini. Licinii Rufini dicto tit. x. crescit enim perfidiæ crimen: & publica utilitas coercenda est vindicandæ Reip. causa: est enim inutile in causis ejusmodi fidem frangere, ut ait Ulp. in l. 1. §. 3. D. eod. quem plures emendare conati sunt. Cujac. ad l. 2. inf. de fide & ju. hastæ fisc. & Notatorum libro II. cap. xxvi. & alii.

Proponam Græcorum notam ex qua de auctoris sententia constare videtur. καὶ διὰ τὸ δημόσιον χρήσιμον καὶ ἡμωρεῖσθαι τὸν ἄπιστον, καὶ ἐπὶ συμφέροντι τῆς πολιτείας ἐκδιηγῆσθαι ταῦτα ἔστι γὰρ ἄτοπον ἐν ταῖς τοιαυτοῦτοις πλὴν πίσυν παρὰ βαίνεισθαι: & propter publicam utilitatem coercendus est perfidus, & quia Reip. interest, hæc

vindicanda sunt. Inutile apud Ulpianum videtur accipiendum pro damnofo, ut in l. cum plures 12. §. 1. D. de admin. tut. Cornelius Celsus libro 1. cap. 11. Numquam utilis est nimia satietas: sæpe quoque inutilis nimia abstinentia. Ampelius in libro Memor. Regulus qui tormenta Carthageniensium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret. Vel pro iniquo, ut Proverbiorum xxii. 8. ὁ σπειρῶν φάυλω: pro quo Theodotio, ὁ σπειρῶν ἀδικίαν, Symmachus, ἀνομίαν, Aquila, ἀνωφελής. *Qui seminat injustitiam, iniquitatem, inutilitatem, & Osee iv. 15. Symmachus: οἶκον ἀδικίας, Aquila & Theodotio οἶκον ἀνομιῆς: domum iniquitatis, domum inutilem, referente Theodoreto ad d. versic. 15.*

Nulli contractus] Si excedant centum libras.

Nudo consensu] In contractibus enim scriptura non desideratur, nisi aliter convenerit l. contractus 17. sup. defi. instrument.

Excipi sacri) Ergo secundum Cujacii sententiam depositum scripturam non desiderati, tametsi libras centum exsuperet.

Quæ directo competit.) Actio directa competit depositori, quia depositarius de ea re, quam recepit, restituenda tenetur, & dolum, & latam tantum culpam præstat, l. 1. §. si vestimenta, D. eod. Nam quia nulla utilitas depositarii versatur, imo quia non sine onere res custodienda suscipitur. ἐκεῖνος γὰρ εἰδέν ἀφελεῖται, ἀλλὰ ἢ μᾶλλον βαρυνεῖ φρονίδος ἀναδεξάμενος, πλὴν φυλκῆς δηλαδὴ τῆς ἀλλοτρίου πράξεως, ut ait Theodorus Hermopolites ad l. 23. D. de reg. I. *Nulla enim utilitas ejus vertitur,*

quin imo rei alienæ custodia, quam recipit, ei oneri est: Quoniam inquam, depositarii nulla utilitas est, meritò dolus solus præstat, l. si ut certo §. §. nunc videndum, D. con mod. & lata culpa, quæ dolo comparatur l. i. §. 1. D. si mens. fals. mod. dix. dolo proxima est, l. ubi §. D. de eden. Sic loquitur Arnobius lib. vii. advers. G. *Atqui ego contumeliæ proximum, quin imo esse plenam contumeliam judico. Imo dolus est, l. magna 226. D. de verb. sign. puta si minorem diligentiam rebus alienis custodiendis, quàm suis adhibuerit: ille dolo facit, δόλον ποιεῖ, Basilica ad l. quod Nerva 32. D. eod. si non aliud nominatim convenerit, l. i. h. tit. Pactum enim ejusmodi auget naturam contractus, αὐξήσει τὴν φύσιν τῆς συναλλαγῆς, ut ait Hermopolites ad d. l. 23.*

Et vicissim.) Actio directa dicitur, quia directè & principaliter competit, l. ult. D. de leg. 3. Contraria verò dicitur, quia ex diverso, & ex contrario datur, l. ult. D. de negot. gest. ἐκ τῆς ἐναντίας, ut ajunt Græci. Puta si quid impen-derit in re custodienda, l. actione 23. D. eod. & famosa non est, sicut directa: in contrariis enim non de perfidia agitur, sed de calculo, d. l. furti §. ult. id est, ut depositarius indemnis præstetur.

Mandati, vel contra.

TIT. XXXV.

V. tit. 1. lib. 17. D.

DEpositum re contrahitur, sicut mutuum, commodatum, pignus. Mandatum autem contrahitur nudo consensu, uno rogante & altero recipiente, se id quod rogatur daturum facturumve. Mandatum igitur est conventio, qua is qui quid rogatur procuratoris animo, id se recipit gratuito daturum facturumve. Hæc duo verba Rogo & Recipio, citra stipulationem perficiunt mandatum, l. 1. D. cod. l. quidam, D. de her. inst. l. 1. §. except. D. quar. rer. act. non det. l. si negotium, l. si servi mei, D. de neg. gest. & rectè Virgilius:

Idem orans mandata dabat.

nam & mando verbum est precarium. Mandamus libero homini, Imperamus villico aut servo. Cic. 1. de Orat. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, vel imperandum villico sit. Addidi, procuratoris animo propter l. idemque. §. si quis, D. cod. l. 2. D. de proxen. Titulus autem satis indicat, & ex hoc negotio esse actionem ultro citroque: quam invenio duobus casibus etiam finito mandato morte, vel capitis minutione mandatoris re nondum secuta competere, si procurator ignorans mortem domini mandatum expleverit, l. inter §. 1. D. eo. si heredi ex parte mandaverim ut fundum hereditarium emeret, & emerit sciens post mortem meam, l. qui negotia, §. cum heres,

D. cod. ut non abs re dubitaretur olim an actio mandati daretur in heredem, quæ non cœpisset in defunctum: legimus enim Ciceronis II. ad Herennium, M. Drusum prætorem reddidisse judicium, Quod cum herede mandati ageretur, Sex. Julium non reddidisse.

Enarratio.

TIT. XXXV.

QUADRIGA obligationum, quæ re contrahuntur, depositum, mutuum, commodatum, pignus. Obligatio autem re contrahi dicitur, cum res ipsa intercedit, l. obligamur. 52. D. de obligat. & act. sive rei traditio, Theoph. ad tit. quib. mod. re contr. obligat.

Depositum re contrahitur.) L. 1. §. is quoque, eod.

Sicut mutuum.] Mutuum nuda pactione non contrahitur, l. qui negotia 34. D. h. t. sed re, l. 3. inf. de contrah. & committ. stipulat. id est, ex numeratione, l. 9. §. 3. D. de reb. credit. l. 7. D. de novat. l. 6. D. de SC. Maced. & ideo mutuum esse non creditur nisi proficiscatur pecunia, l. 2. §. 3. D. de reb. cred. sive ut loquuntur auctores Basilic. τὸ δανείον ἔχει δόσιν. *Mutuum dationem continet.*

Nudo consensu,) Unde inter absentes quoque hoc negotium contrahitur, veluti per epistolam, vel per nuntium, l. 1. in princ. & §. 1. D. eod. l. 7. h. t.

Uno rogante.] Mandatore rogante, & mandatario suscipiente, l. rogatus 35. eod. d. l. 1. §. 1.

Gratuito.) Mandatum gratuitum est. vide sup. ad tit. prox.

Rogo.] Qui mandat, utitur his verbis : rogo, Græci ad l. 16. C. de negot. gest. Nota ex his verbis : rogo te ut id facias, nasci mandati actionem adversus eum qui rogavit. nam libro VII. tit. 4. Dig. 1. pro, mando tibi, posuit, rogo te. vel volo, mando, vel alio quocumque : ἔχρηζες ἢ κυρωτῶρων γαρμμάτων, ἢ ῥημάτων, ut aiunt Græci. Mandatum non desiderat scripturæ aut verborum proprietatem. Si modo verbum precarium sit, d. l. 1. §. 2. quale est, peto l. pen. D. de fidejuss. tit.

Virgil.) Æneid. VI.

Mando.) Et ideo eo utimur in substitutione precaria, seu fideicommissio §. ult. Instit. de sing. reb. per fideicomm. rel.

Ultero citroque.) ἐκατέρωθεν, ex utroque latere, id est, directa & contraria, illa mandatori competit: hæc mandatario, de directa præter alias est lex 13. h. t. in qua dicitur, à procuratore dolum & omnem culpam præstari. Basilica videntur innuere, actionem hanc culpam levissimam non vindicare : ἀπὸ τῆς διοικητῆς δόλου ἢ ῥαθυμίας ἀπαγῆσθαι. Procurator dolum & negligentiam præstat. Sed & glossatores antiqui Joannes, Bulgarus & Azo, mandatarium levissimam quoque culpam præstare tradunt : & ex Græcis Theodorus Hermopolites ad l. 23. D. de reg. jur. & illa dictæ leg. in his quibusdam ποῖα δὲ εἰσι συναλλάγματα ἐφ' οἷς ὁ συναλλάξας παίτεται, μὴ τε δόλον πῆξισαι, μὴ τε ῥαθυμῆσαι, ἀλλὰ μάλλον ἢ ἐπιμέλειαν ἐνδείξασθαι οἷαν ὁ ἐπιμελέσας αὐτῆς. Quinam verò hi contractus sunt in quibus præstatur dolum & culpa, quæ ad exa-

Etissimam diligentiam dirigenda est? Et subjicit, à mandatario, commodatario; & tutore diligentiam præstari, id est, omnem culpam. Et hoc verius est: aliena enim negotia exacto officio geruntur, l. 21. h. t. ad quam rectè Thalelæus notat, in actionem mandati venire dolum, culpam & diligentiam, generalis procuratoris: *δόλον, κέλπαν, κὴ ἐπιμέλειαν τοῦ ἡγουμένου* *περὸν καὶ τῶν ἄλλων* Raphael Fulgosius contra putat ad d. l. 13. cum tamen, inquit, communis sententia est, ut procurator etiam de levissima teneatur, in judiciis sequenda est.

De contraria est l. 1. & 2. in qua auctoribus Græcis legendum est: in eam obligationem deducta: *ἀλλὰ κὴ ἐνέχυρον εἰς ταῦτις τῶν εἰσολῶν κατενεχθέντα*. Et ponendum est, fidejussorem à reo principali pignora accepisse, quod & Basilica fingunt: *ἐψηθησά μὲν οὖς τις ἵνα ἔλαβεν ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ*. Fidejussor igitur qui pro alio solvit, duplicem habet actionem, contrariam mandati, vel hypothecariam, & hæc quoque est quarta Accursii interpretatio quam Fulgosius sequitur.

Morte.] Mandatum solvitur morte mandatoris, l. mandatum 15 h. t. l. inter causas 26. D. eod. vel mandatarii: & ob id heres ejus licet expleverit mandatum, mandati actionem non habet, l. si quis alicui 27. §. 3. eod. sed negotiorum gestorum, Glossa ibidem, & Glossa interlinearis Græcorum, ibid. Hoc in mandato venditarum aut in solutum daturum actionum non obtinet: nisi si dominus sine herede decesserit. V. sup. ad tit. ut act. ab hered.

Vel capitis minutione.] Mandatum resolvitur morte naturali, vel civili, l. cum quis 38.

D. de solut. l. post litem 17. D. de procur. maxima enim & media capitis deminutio morti comparantur, l. verum 63. §. ult. D. pro foc.

Re nondum secuta) Regulariter mandatum finitur morte dum res integra est, integro adhuc mandato, §. rectè, & §. seq. Instit. eod. integra adhuc causa, Paul. Sent. II. tit. 15. *ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκτελέσεως ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς ἐξουσίας*, ut est in Glossis Nomicis, & in Scholiis ad Theophil. id est, antequam mandatarius cœpisset mandatum exequi, l. & quia 6. D. de jurisdic. verbi causa, si mandavero pecuniam exigendam, & nondum exacta voluntatem mutavero, vel si mandavero, ut quis fundum emeret, & postea scripserim ne emat, l. si verò 12. §. si mandavero, & l. si mandatum 15. eod. vel si nondum lis contestata sit, ut in specie leg. 3. h. t. sic enim ibi gr. interpretantur.

Ignorans mortem.) Idque utilitatis causa receptum est, d. l. 26. id est, benignè, *διὰ τὸ φιλανθρωπίαν*, ut ait Theoph. ad §. item si, Instit. eod. nam jure subtili heres qui mandatum explevit, non habet mandati actionem, d. §. morte.

Et emerit sciens.) Licet enim mandatarius post mortem mandatoris sciens mandatum expleverit, tamen durat actio mandati, quia habetur pro actione empti, id est, hæc actio mandati induit naturam actionis ex empto, ut tractat Cuj. ad d. §. cum heres, VIII. ad Afric.

Quæ non cœpiss. in def.) Quia mandatum morte alterutrius resolvitur.

Si servus extero se emi mandaverit.

TIT. XXXVI.

IN tit. superiore mandati genus exponitur quo malo more ut ait l. 1. §. si cui cautum, D. de extra. cog. actionem qui suscipit alienam sub lege participandi emolumentum quodcumque eventus litis attulerit. In hoc tit. additur aliud, quo etiam malo more malaque ratione, ut ait l. cum servus, D. Mand. servi se dominis suis ignorantibus auferunt, dum extraneo se emi mandant & manumitti, & sane si nondum extraneus cum servum emerit, ut faciat quod recepit, neque ex persona servi, neque ex persona domini ulla actio est. Si eum emerit, erit ei in dominum empti actio ut servum tradat quem vendidit, & domino in emptorem venditi empti, ut pretium numeret de suis nummis, non de peculiaribus nummis servi qui venditoris sunt, non emptoris, erit etiam eidem domino actio mandati, quæ non fuit ante redemptionem servi, quasi quæ sita sibi per servum, ut manumittatur ab emptore si ejus inter sit servum manumitti, vel ratione affectus cognationisque naturalis, aut ut cum servum sibi reddat emptor. & erit utraque actio pretij ex vendito, & mandati de servo manumittendo sed non erit etiam ex vendito si mandati malit agere de servo restituendo, quia contrariæ actiones sunt, servum inemptum fieri, & servi pretium solvi. & hoc casu eveniet ut claudat actio mandati. nec enim contraria dabitur emptori de peculio ex eo contractu quo servus se malo more domino subdu-

xit, nec de pretio recipiendo quod forte prænumeraverit, ut l. eo tempore, §. ultimo, D. de pecul. Et est Constitutio hujus tituli veluti interpretatio d. l. cum servus.

Enarratio.

TIT. XXXVI.

IN tit. sup.) L. si contra 20.

Malo more.) Contra bonos mores lis redimitur, l. salarium 7. D. Mand. l. litem 15. sup. de procurat.

Sub lege participandi,] Id est, ut si vicerit, certam partem emolumentum ferat, l. 5. sup. de postul. est interdicta conventio, d. l. 20. conscelerata depectio, l. 1. C. Theod. de postul. deprædatio d. l. 5. egreditur enim salarii, aut honorarii terminos.

Quodcumque eventus.] Qui alienam actionem ea lege suscipit, eventum litis redimere dicitur d. l. 7. litis incertum d. l. 20. ἐργλαβεῖν πρὸς ἀλλοτρίαν δίκην, Basilic. vide ad Glossas Nomicas, de redemptorib. lit. vide Cui. Obser. lib 8. c. 31.

Ulla actio est) Ex persona servi actio non est: nam nec liber homo hoc mandare potest. liber homo non potest se vendere, sed pati potest se venire ad pretium partiendum, ἐπι τῷ μεριταδαὶ τὸ τίμημα. Sed neque ex persona domini actio est, quia qui mandat, ut à se res comparetur frustra mandat, l. un. h. t.

Venditi empti.) Quæ κατ' ἐκλειψιν dicitur actio empti, in d. l. un. id est. venditi empti, Cujac. inf. de action. emp.

Vel ratione affectus.] L. cum servus 54. D. mand.

Claudeat) Symmach. ep. 27. lib. 1. *Ne forte in nos parentis claudat affectio.* Sic v. c. videtur legendum, *claudeat*, pro claudicet ut vulgò legitur. Glossæ gr. lat. *χωλεύω*, *claudico*, *claudio*. *ἴσ*, *claudeo*. vet. Onomastic. *claudeo*, *χωλεύω*, utitur eodem verbo Cuj. ad tit. de fiduc. tut. in Not. poster. num. 2. Claudicat autem, quia contraria mandati de peculio non datur emptori ex eo contractu quo servus se mala ratione domino abstulit, d. l. cum servus.

Pro socio.

TIT. XXXVII.

V. tit. 7. lib. 2. D.

Post contractum mandati datur societatis, qui & solo consensu perficitur, & quæ eo competit actio pro socio, quæ ex utraque parte directa est, non ex una directa, ex altera contraria, ut commodati, pignoratitia, depositi, mandati, tutelæ, negotiorum gestorum, quia sociorum omnium par condicio est, nec alius alii antistat. In illis autem judiciis pensior est condicio domini. Societas est conventio, qua inter duos pluresve, re aut verbis aut nudo consensu constituitur legitima communio omnium rerum, vel unius rei ad tempus quoad vixerint contrahentes aut voluerint in ea communione permanere. Societatem non dico esse communionem, sed per societatem induci communicationem justam lucri & damni, l. i. §. plane, D. de tut. & rat. dist. & jus quoddam

fraternitatis, l. verum, D. pro soc. quo nomine etiam communitas significatur, ut in Panegyrico Flavienſium: Fratrum nomine & communitas apparet, & æqualitas dignitatis. Quintil. decl. cccxxx. Sacra res est unitas & quædam fraternitas animorum. Etiam dixi societatem contrahi nudo consensu, nec enim res necessaria est; neque traditio, nec mancipatio, sed quasi ea intervenerit, dominia rerum statim communicantur nudo consensu, l. 2. D. eod. & longe alia ratio est mancipationis expressæ, quæ non fit sub conditione. Societas fit sub conditione, l. pen. hoc tit. qua de re tamen dubitabatur, propterea quod societati mancipatio inest, & in emptione similiter: quia emptio imaginaria, idest mancipatio non recipit conditionem; sed etiam in emptione hodie imaginaria venditio sublata est, l. contractus, D. obl. & act. & consequenter placet etiam sub conditione contrahi venditionem posse l. sicut, D. loc. §. emptio, Inst. de emp. & vend. Non desiderat etiam societas scripturæ aut verborum proprietatem, id est propriam solemnemque formulam, l. 2. D. de oblig. & act. quanquam & rem verbaque intervenire nihil vetat, l. 4. D. eod. tit.

Enarratio.

TIT. XXXVII.

Solo consensu.) Societas consensu contrahitur, nuda consentientium voluntate, l. 2. D. de obligat. & act. l. qui admittitur 19. D. eod.

Actio pro socio.) Hæc actio dicitur pro socio, quia est de eo, quod pro socio, communiterve gestum est, l. actione 65. §. si post D. eod. *directa*. §. 2. Inst. de pœn. tem. lit.

Omniū par conditio est) Ipsum societatis nomen æqualitatem præ se fert.

Alii antistat.) A. Gellius VII. i. *Virtute cæteris antistabat*. Sic legitur in scriptis codicibus.

Pensior est conditio) Plaut. Stich. act. 1. sc. 2. *Utra sit conditio pensior, virginemne, an viduam habere*.

Aut verbis) Verbis, id est, verbis expresso consensu sine stipulatione, & verbis nudis, & quibuscumque, *οἰοισθε πρῶτα*, non propriis, & solemnibus, ut in concipienda stipulatione verbis certis utimur.

Aut nudo consensu.) Nudo à verbis consensu, id est, tacito consensu, etiamsi verbis expressum non sit, quod exprimi potuit, l. obligamur 52. §. ult. D. de obligat.

Legitima communio.) Societas enim flagitiosæ rei, vel Leonina nulla est, l. si non fuerint 29. §. 2. & l. nec prætermittendum 57. D. eod.

Omniū rerum) Omniū bonorum, quæ continuò communicantur circa traditionem: traditio enim tacita creditur intervenire, l. 2. D. h. t. ea vero quæ in nominibus sunt, nomina, *τὰ χρέα*, citra cessionem non communicantur, l. 3. eod.

Vel unius rei.) L. verum 63 D. eod. his verbis intelligit societatem negotiationis alicujus, *κοινωνίαν τῆς ἐμπορίας*, vocat Harpocratio: veluti mancipiorum emendorum, vendendorumque, quæ vœnalitiaria negotiatio dicitur l.

fuos autem 73. §. pen. D. de leg. 3.

Quoad vixerint contrahentes.] Societas iniri potest in perpetuum, id est, quandiu vivunt focii, l. 1. D. eod. nulla enim societatis in æternum coitio est, l. nulla 70. eod. Sic etiam accipitur perpetuum in l. 4. D. de procur. Glossæ juris: *perpetuum καλεῖ κὴ τὸν τετρακονταετίας χρόνον, κὴ τὸν ἄλλοι τῆς ζωῆς τῆ ἀνθρώπου χρόνον. Perpetuum vocat tricennii tempus, & quamdiu vixerit quis.* Idem notat Eustath. *περὶ χρόν. ἀσσηματ. c. ult. §. 15.*

Aut voluerint) Societas coiri potest ad tempus, vel ex tempore, d. l. 1.

Lucri & damni.) Nam si placuerit, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret, nihil agitur: & societatem Leoninam appellabat Cassius in l. si non fuerint 29. D. eod. *τετέστιν ἀρπακτικῶν, ἀλλὰ τὴν τῆ λέοντος φύσιν πλεονέκτης γὰρ ὁ λέων τῆ πρὸς ἄλλοι ἄνθρωπος αὐτῶν θρέμματος ἕτερον μὴ ἀν' ἀχόμενος θηρίον μετ' αὐτῶν, ut aiunt Græci: Est enim rapacissimus leo, nec in partem prædæ alia admittit animalia, sed vel ampliozem portionem, vel etiam totam sibi prædam vindicat.* Vide Phædri fabulam v lib. 1 fabul. Æsopiarum.

Jus quoddam fraternitatis.] οἱ γὰρ κρηνανοὶ ἰσθμὸν ἕνα ἀδελφοὶ εἰσι. Græci: *Socii quodam genere fratres sunt.*

Communitas.) Vtitur ipse eodem verbo in Parat. D. eod. M. Tullius epistol. lib. ix. 24. *Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus.* Lactantius lib. vi. 10. *Retentio societatis est communitas.*

Æqualitas dignitatis] Lactantius libro v. 15. *Nec alia causa est cur nobis invicem fratrum*

nomen impertiamus, nisi quia pares esse nos credimus.

Quæ non fit sub conditione.) Mancipatio propriè est species alienationis rerum Mancipi, quæ fit per æs & libram solemniter & purè, cum sit actus legitimus, qui non recipit conditionem, Ulpian. Regul. tit. XIX. l. actus 77. D. de reg. jur. Itaque cum societati Mancipatio infit, dubitari poterat, an societas sub conditione fieri posset. Sed alia causa est Mancipationis expressæ, alia ejus, quæ tacitè inest. illa purè fit: hæc conditionem tacitè recipit; expressa enim nocent, non expressa non nocent, l. expressa 195. eod.

Et in emptione similiter.) Dubitabatur etiam an emptio sub conditione fieri posset, quia emptio imaginaria, id est, emancipatio non recipit conditionem, qua sublata, nihil est, cur venditio sub conditione fieri non possit.

Emptio imaginaria.] Gajus apud Boetium in Topicis: *Est autem Mancipatio imaginaria quædam venditio.*

De contrahenda emptione & venditione.

TIT. XXXVIII.

V. tit. 1. lib. 18. D.

EMPTIO quoque & venditio nudo consensu perficitur sicut societas, & ex utroque latere parit directam actionem; quia nec potior est causa emptoris quàm venditoris vel contra. Est autem emptio contractus, quo id agi-

tur ut dato certo pretio sumat quis ab alio corpus vel jus quod vindicet sibi. Vel conventio habendæ rei jurisve certo pretio. Vel mutatio pretii cum merce. *U*sus sum sumendi verbo: nam & veteres emere dicebant pro sumere, ut Festus adnotavit, & contra sumere pro emere. *M. Tullius*: *Quanti ego non æstimo, tanti sumpsisti*, & *Horatius*:

Quæ parvo sumi nequeunt opsonia captas.

*U*sus vindicandi verbo, quia venditio non est si hoc agatur ne emptor rem venditam & traditam vindicet sibi quasi suam. Magnus est hic locus atque adeo dispersitus in titulos plures, sicut ille initio qui fuit de mutuo: nam & hæc duo negotia mutuum & emptio frequentiora in hac societate civili, & hoc quidem titulo proponuntur regulæ quibus præcipue consistit emptio venditio, puta emptionem venditionem perfici nudo consensu, id est statim ut convenit de re certa & pretio certo. Pretium certum ut sit requiri. Est incertum in specie l. 1. inf. de rer. permutat. sed & actio ex eo negotio utilis ex empto vendito non directæ. Imaginariam venditionem aut simulatam non valere, ut venditionem scilicet, valere ut donationem si fraus legibus quæsitæ non sit, vel ut transactionem si hoc agebatur, l. 3. hoc tit. l. cum ea sup. de trans. Rei suæ emptionem non valere. At possessionis rei suæ valere, l. 34. §. rei, D. eod. Sicut rei suæ dicimus conditionem non esse, possessionis rei suæ conditionem esse. Invitum neque emere neque vendere ereptionem esse non emptionem, cum venditor vendit invitus, nisi forte vendat pignoris causa, ut l. 2. & 5. D. de dist. pig. & in casu Lira ut §. ult.

D. mand. l. 15. D. de fid. libert. Et ex quidem regulæ communes etiam sunt aliis contractibus : & fere quæ ponuntur de uno contractu, quia summa sunt principia & naturalia, pertinent. etiam ad alios.

Enarratio.

TIT. XXXVIII.

Nudo consensu perficitur.) Emptio nudo, id est, solo consensu fit, perficitur, peragitur, constituitur, l. 1. §. 1. D. eod. l. 2. D. de obligat. l. 1. §. 2. D. de rer. permut. Sic Aristoteles in recensendis iis quæ consensu fiunt, *ὀνλώ κὲ πρῶσιν* *emptionem & venditionem* refert, *Ethicor. Nicomach. lib. vi. cap. v.* Itaque furiosus nec emere nec vendere potest : nec enim furiosi ullus est consensus, l. 2. nam consentire non videtur, quia nec sentit, l. 8. §. 3. D. de opt. leg. utique autem furiosus sensu caret, *ἐσέρηται τοῖς διανοητικῶν κὲ τῶν λογικῶν* : *Mente caret,* §. 1. Inst. quib. mod. non est perm. fac. testam. Nam male affecto corpore deintegratur quodammodo mens, aut certe præstandis operationibus suis minus apta est, tametsi ipsa nihil in se damni ac detrimenti acceperit, sive ut ait Zonaras epistola 13. *ὕμῶς μὲν ἔχοντες τῶν ὀργάνων καὶ φύσιν, κὲ ὁ νοῦς ἐνεργεῖ, παρεμφατέρον δὲ αὐτῶ ὅπως δή ποτε, τῶ καὶ αὐτῶ κὲ ὁ νοῦς ταῖς αὐτοῦ ἐνεργείας ἐκ' ἐνθελόν, εἰ κὲ καθ' ἑαυτὸν αὐτὸς μηδὲν παραβλάσσειται.* Eadem ratione velle non creditur, aut nolle : velle enim aut nolle dicitur, quia ratione utitur. Theophilactus in epist. Pauli ad Galath. cap. v. *τὸ γὰρ θέλειν, κὲ μὴ θέλειν τῆς ψυχῆς ἐστὶ τῆς λογισμένης.*

Emptio, inquam, nuda consentientium voluntate perficitur: impletur autem pretii numeratione, & rei traditione, l. si quis alienam 46. D. de action. emp. l. 4. C. eod. perfici in l. 8. D. de resc. vend. est impleri, consummari.

Parit directam actionem.] Civilem : est enim quædam ex empto actio prætoriam, l. 8. D. de rescind. vendit.

Vel jus.) Vide tit. seq.

Conventio habendæ rei.] Venditor enim hætenus tenetur, ut rem emptori habere liceat, non etiam ut ejus faciat, l. 30. §. 1. D. de act. emp. Itaque venditor emptori cavet interposita stipulatione habere licere, l. 11. §. venditorem, eod.

Vel mutatio pretii] Plures definitiones adferre solet ejusdem rei verborum conceptione non substantia distantes, ut & plures fieri posse ipse probat epistola ad Lomellinum, & Obs. lib. xviii. 38. Anastasius Sinaita ὁδηγὸς cap. 2. πολλοὶ μὲν οὐνεῖσι, καὶ ἀν' ἀρίθμητοι ὄργι ἀεὶ παντὸς πρᾶγματος Quod quidam improbè negant.

Mutatio pretii.] Plinius ix. 55 Nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce. & libro xix. 1. Quaternis donariis scriptura ejus permutata. Columella de re R. xii. cap. ix. Porcus ære mutandus est Sic etiam loquitur lib. viii. 5. & lib. xii. 26. Apuleius in Apologia: Panem pretio mutavi. Ammianus Marcellinus libro xxv. Ut si usquam modius unus farine fuisset repertus, aureis decem mutaretur. Græci promiscuè dicunt, ἀλλάττειν, ἀν' τὴ τοῦ ἀμυγίθου, ἢ πρίαθαι, Timon apud Gellium iii. 17.

πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγων ἢ πλάζας βίβλον
B. Chrysofostomus illa P sal. 43. ἐν τοῖς ἀλλαγμασιν;

fic interpretatur ἐν τῇ αἰῇ ἡμῶν : διὸ καὶ ἕτερός
 Φυσιν, ἐν τῇ πρῆσει ἡμῶν, τρεῖςιν, ἐν τῇ πρῆσει ἡ-
 μῶν ἢ γὰρ πρῆ, ἀλλάγμα ἐστὶ δίδομεν γὰρ οἰκέτω
 πολλαῖς, καὶ λαμβάνομεν ἀργύριον καὶ χρυσίον. D.
 Hieronymus in Amos cap. v. ἀλλάγμα juxta
 idioma scripturarum pretium dicitur : quod in
 Evangelio quoque legimus : aut quam dabit
 homo commutationem pro anima sua? ἀνὰ πᾶλλα-
 μα. Sic etiam Symmachus, ἀνὰ πᾶλλαμα, ἡμεῖς,
 seu pretium interpretatur apud Theodoretum
 ad Psalm. LXXIII. 13. ἀπέδωκε τὸν λαόν σου ἕως ὑπερβῆως
 καὶ ἕως πολλῶν ἐποιήσας τῶν πρῶτων αὐτῶν. Vel etiam
 distinctionis gratia, ἀλλάξααθ πρὸς ἀργύριον,
 Julius Pollux lib. III. cap. xxv. ut Plaut. Pers.
 act. 4. sc. 5. *Cum argento permutes domum.*

Cum merce.] L. i. D. eod. l. i. D. de rer.
 permut. Hinc mercis mutator pro mercatore
 apud Lucanum VIII.

M. Tullius.] Epistol. lib. VII. 23.

Horatius.] Sat. lib. II. 7.

Si hoc agatur.] Regulariter ex causa vendi-
 tionis transfertur dominium, l. nunquam 31.
 D. de adquir. rer. dom. Martialis : *Quod quis
 emit, possit dicere jure suum*, idque habere non
 possumus cujus pretium nobis persolutum est,
 & si id agatur ne dominium transeat in acci-
 pientem, emptio venditio non intelligitur, l.
 pen. §. ul. D. eod.

Statim ut.) M. Tullius epist. lib. I. 9. *Statim
 ut ille Prætor est factus.*

Statim ut convenit.] Infit. eod. in princ.

De re certa.) Nec emptio nec venditio sine
 re quæ vaneat, potest intelligi, l. nec emptio
 8. D. eod. l. cum hereditatem 7. D. de hered.
 vel act. vend. & emptio perfecta est si appa-

reat, quid, quale, quantumve sit, quod vāniit,
 l. necessārio 8. D. de peric. & comm. rei vend.
 id enim demūm certum esse dicitur, l. certum
 6. D. de reb. cred.

Pretium certum.) Emptio venditio sine
 quantitate nulla est, id est, sine pretio, l. 2. §.
 1. D. eod. l. 6. h. t. est enim pretium indicium
 emptionis venditionis, *σὺμβολὸν ὀνήσεως καὶ πρῶ-
 πω*, Galenus 11. de different. puls. & certum
 pretium esse debet, §. 1. Inst. eodem. Certum
 autem est, cujus taxata quantitas est, l. 1. inf.
 de rer. permut. & l. 1. de sentent. quæ pro eo
 quod inter profer. ut puta si res emptā sit de-
 cem. Sed & certum pretium intelligitur, si em-
 ptio ita contracta sit: quanti tu emisti: quan-
 tum pretii in arca habeo: vel quanti à testato-
 re emptā res est, l. 7. §. 1. & l. 37. D. eod.
 Scholiastes Græcus Theophili ad dict. §. 1. nec
 probanda est glossæ sententia existimantis non
 esse certum pretium si ita conventum sit, pro
 pretio quod in arca habeo. quanquam vix e-
 tiam supinus homo rem suam ita vendiderit,
 ut pro pretio rei suæ habeat quod ignorat, sive
 ita venditio composita sit, quantum pretii in
 arca habeo, sive ita, pro pretio, &c.

Est incertum.) Emptor enim pretii nomine
 non taxata quantitate seu pretio, alium fun-
 dum dederat.

Vtilis ex empto] Datur enim ad exemplum
 ex empto actionis, ut est in l. 1. infrā de rer.
 permut. quibus verbis utilis actio demonstra-
 tur.

Imaginariam venditionem.) De qua in l. 3.
 6. & 7 hoc tit. Imaginaria venditio est, cum
 quid pretii nomine numeratur, cum revera

aliud agatur, quam quod simulatè concipitur. Glossarium Nomicum: *εικονική πρῶσις ἐστίν, ἢ ἐξηραλισμένη, ἢ ἐκ ἀληθείας γενομένη* *Venditio figurata, nec re ipsa contracta.* Verum opponitur ei, quod imaginarium est. Tertullianus de Corona: *Omnia sunt imaginaria in hoc seculo, nihil veri.* Sed & imaginaria venditio dicitur cum pretium non intervenit, l. imaginaria 16. D. de reg. jur.

Si fraus legibus.) Ut puta si sub specie venditionis donationem jure civili prohibitam maritus in uxorem contulerit, l. 15. & l. 20. inf. de donat. int. vir. & uxor.

Rei suæ.) L. 4. & 10. hoc tit. Petronius: *Mihi plane placet emere, quamvis nostrum sit quod agnoscimus.* Guntherus Ligurini l. 3.

————— *commercium certe*

*Non satis æqua mihi faciunt dum vendere nobis
Nostra volunt.*

sive sciens, sive ignorans quis emerit; l. suæ rei 16. D. eod. quoniam hoc agitur ut dominium in emptorem transeat, l. pen. §. ult. eod. Quod autem proprium est alicujus, amplius ejus fieri non potest, §. sed si rem, Instit. de leg.

At possessionis.) Cum forte venditor in judicio possessionis potior esset: nam hoc casu utilis emptio est, l. si aliquam 28. D. de adquir. possess.

Conditionem non esse.) Dominus rem suam non condicit nisi furi, l. 1. D. de condict. furt. l. ult. D. usufructuar. quemadmodum. cau. propter conditionis formulam: si paret eum dare oportere, §. sic itaque, Instit. de action. Nec enim domino dari potest. possessionem tamen rei suæ condicet, l. indebiti 15. §. 1. D. de condict. indeb.

Invitum.) L. invitum II. Terent. Adelp. act. 2. sc. 1. *quid si ego tibi illam nolo vendere, coges me?* B. Chrysoſtomus homilia LXXXVII. in Matthæum: & ὁ βιαζόμενος δεῖ ἀνεῖσθαι, ἀλλὰ πείθειν. *Nec enim vim passum emere oportet, sed volentem.* V. Novellam cxx. c. 1x. §. 1. lib. v. Basilic. tit. II. cap. XIX. M. Tull. 1. contra Rullum: *Ab invito emere injuriosum est.*

Ereptionem esse.] Idem VI. in Verrem: *Putabant ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitrio vendere non licebat.*

De hereditate, vel actione vendita.

TIT. XXXIX.

V. tit. 4.

QUod dixi ante, non tantum corporis emptionem esse, sed juris, id patefacit hic titulus. Hereditatis enim & actionis nomina juris sunt, hereditas jus successionis universæ defuncti. Actio jus petendi in judicio quod suum est. & emptori quidem juris etiam ante cessionem datur utilis actio in rem, si hereditas vel in rem actio vendita sit; l. ult. hoc tit. emptori vero corporis ante traditionem nulla in rem actio est. Item venditor corporis se obligat ob evictionem, non venditor hereditatis vel actionis. Satis enim est si præstet hereditatem esse, vel actionem esse qualem qualem.

Enarratio.

TIT. XXXIX.

Nomina juris sunt.) Hereditas juris nomen est, l. hereditatis 119. l. pecuniæ 178. §. 1. D. de verb. sign. id est, quo significatur jus non pecunia, cuius nomine corpora hereditaria intelligimus, Cuj. iv. ad Afric. in fi. & ii. Obsc. 30.

Hereditas jus succ. un.] L. bonorum 228. D. de V. S. & l. hereditas 62. D. de regul. jur.

Actio jus petendi.] Petere est vindicare, l. non solum 33. §. si mihi, D. de usurpat. & usuc. sed & deberi, & peti paria sunt, l. ita stipulatus 115. D. de verb. oblig. hoc igitur verbo omnis actio comprehenditur, id est, tam actio in rem, quam in personam.

In iudicio.] Id est, apud iudices datos, in iure actione non utimur: persecutiones enim in iure, id est, apud Prætores, vel Præsides instituuntur, Ulp. Regul. tit. xxv. §. fideicommissa.

Quod suum est.] Hæc duo suum esse, & in actione habere distinguit Pomponius in l. scribit 34. de aur. arg. leg. sed & suum recepisse dicitur, qui quod sibi debetur recepit, l. quod autem 6. §. apud Labeonem, D. quæ in fraud. creditor. hoc igitur verbo tam quod nostrum est continetur, quam quod nobis debetur.

Et emptori quidem.] Qui vendidit hereditatem heres permanet, l. ait Prætor 7. §. sed quod Papinianus, D. de minor. §. restituta, Instit. de fideicommiss. hered. Itaque venditor. de-

bitores hereditarios convenire poterit, & creditoribus hereditariis, aut quasi creditoribus hereditariis, five legatariis & fideicommissariis etiam inuitus respondebit: nisi fiscus hereditatem vendiderit: fiscus enim non convenitur, sed emptor hereditatis. Si quid tamen venditor soluerit, id ab emptore recipiet, l. 1. & 2. h. t. l. 2. inf. de legat. actione scilicet ex vendito, vel ex stipulatu, l. si ex pluribus 18. D. eod. Nam heres stipulabatur quantam pecuniam hereditario nomine dedisset, solvisset, præstitisset, tantam sibi restitutum iri, d. l. si ex plurib. Emptor verò, quanta pecunia ad venditorem ex hereditate pervenisset, tantam præstari, l. in illa 50. §. 1. D. de verb. obligat. hoc enim agitur, ut emolumentum, & damnum emptorem respiciat, l. 2. §. sicuti, D. eod. Vice Cujac. d. cap. xxx.

Emptor autem vicem heredis obtinet, d. l. 2. §. cum quis, & l. si ei 9. D. commun. præd. nec tamen creditoribus hereditariis respondebit nisi volens, l. 2. h. t. & citrà cessionem etiam adversus debitores hereditarios utiles actiones habet, tam in personam, quàm in rem, l. 5. & pen. h. t. ex constitutione D. Pii l. si cum emptore 16. D. de pact. quibus emptor si experiri velit, venditori, cui directæ competunt, præferetur, l. procuratore 55. D. de procur. Cujac. ad d. l. 16. & directæ igitur penes heredem sunt veluti sine re. Jus illud ex constitutione principis descendere nominatim dicitur l. 8. h. t. & innuitur verbo, *placet* in d. l. 5. ex mandato autem directæ emptori dantur, d. l. 5. Sed viceversa creditores utiles actiones in emptorem non habent, quia deficit constitutio, Cuj. ad

ad d. l. i6. in v. utiles.

Vel in rem actio.) Constitutio D. Pii produ-
 ducitur ad similes casus, ut si cui nomen ven-
 ditum, donatum, legatum, in solutum datum
 sit, l. i. §. nunc tractemus, D. de tut. & ration.
 distrah. l. ex legato 17. inf. de legat. Cuj. loco
 cit. porrectum inquam est ad actionem vendi-
 tam ex interpretatione prudentium, ut colligi-
 tur ex verbo, *responsum est* in d. l. 7. Sicut igi-
 tur emptor hereditatis utiles actiones habet e-
 tiam ante cessionem, & directas ex mandato:
 ita emptor actiones utiles habet sine cessione, &
 directas ex cessione, d. l. 7. & 8. h. t.

Emptori vero corporis) Hoc interest inter
 emptorem juris & emptorem corporis: primò,
 quod emptor juris utilem in rem actionem ha-
 bet, etiam ante cessionem, de quo tamen dubi-
 tari poterat: quoniam actio in rem ex domi-
 nio nascitur, quod penes venditorem ante
 mancipationem, traditionem, vel cessionem
 quæ vice traditionis est, remanet: in tantum
 ut res hereditarias vendere possit, & earum do-
 minium transferre, vel aliter alienare, l. si an-
 cillam 11. inf. de act. empt. l. 6. h. t. sed dubi-
 tationem sustulit lex ult. h. t. Emptori verò cor-
 poris ante traditionem nulla in rem actio est,
 id est nequidem utilis: res enim nondum tra-
 dita in bonis venditoris remanet, l. sicut 8. §. si
 debitor. D. quib. mod. pign. vel hyp. solu. §.
 utique Inst. de empt. vend. Secundò venditor
 corporis se obligat ob evictionem, l. ex empto
 11. §. 2. D. de act. empt. venditor autem here-
 ditatis, vel actionis, evictionis nomine non re-
 netur, si quid ex corporibus hereditariis evin-
 catur, quia jus vendidit, nisi aliter convenerit, l.

2. D. eod. l. 1. inf. de evict. Satis igitur est si præstet hereditatem esse : nam qui hereditatem vendiderit ejus qui vivit, aut nullus est, nihil agit, l. 1. D. eod. quanta autem hereditas sit, nihil interest, l. qui filiifam. 14. §. 1. eod. Similiter venditor hominis debitorem esse præstat, non etiam locupletem debitorem nisi aliud convenerit : l. 4. eod. bonum nomen, idoneum nomen non præstat. utique autem meminisse oportebit, si actio in judicium deducta venierit, emptorem repelli posse exceptione litigiosi, l. 1. §. 1. D. de litigios. & nominis venditionem ignorante ac invito debitore contrahi posse, l. 3. delegationem autem voluntariam esse, quia fit per stipulationem, ut docet titulus XL I. lib. VIII.

Quæ res venire non possunt, & quæ vendere vel emere vetantur.

TIT. XL.

DUæ sunt partes hujus tit. prima, quæ res venire non possunt, id est, quæ emi possunt, non vendi, cujus generis purpura est quam privati vendere non possunt, l. 1. emere possunt de publico. Secunda, quæ vendere vel emere vetantur, in quibus verbis articulus, vel, pro subdisjunctione accipiendus est, ut sit, quæ res vendi & emi prohibita sint, in quibus utique sunt annona militaris & frumentum publici canonis, l. 3. & 4. his etiam sericum adnumero. Nam ut lex communis ponitur Romanis & Barbaris, id est, Persis, ne ultra fines lege definitos inter se negotientur sine Comite, commerciorum, l. 4. & l. ult. inf. de com. & mer,

ita commune hoc esse opinor, ut sicut Romani sericum à Barbaris emere non possunt sine Comite commerciorum, nec intra eos fines ut constituit, l. 2. cum nondum ratio conficiendi serici ad Romanos pervenisset, & sericum auro contra venderetur, ut Vopiscus in Aureliano ait libram auri libram serici fuisse, & lex Rhodia, ὀλοσημιὰ ἰμρία τῆς χρυσαῖας, & l. emptori, §. 1. D. de evict. vestem sericam pretiosam esse rem, quod de his tantum dicitur pro quibus aurum dependitur ad sacoma: ita verò nec Barbari possunt vendere alii quam Comiti commerciorum. Perperam antea legebatur: Qui vendere: de rebus enim titulus est, non de personis certis. Perperam, mercari pro emere. Mercari enim emere & vendere est.

Enarratio.

TIT. XL.

HOc titulo quodammodo disceditur à jure gentium, ex quo jus vendendi emendique cuilibet concessum est. Privati igitur fucandæ & distrahendæ purpuræ facultatem non habent, venditoribus pœna publicationis bonorum & capitis imminente, l. 1. h. t.

Fucandæ ait lex 1. id est, tingendæ, ut recte Accursius, cujus Glossa in quibusdam editionibus in textum irrepit, l. 3. inf. de vestib. holou. Josephus ἀρχαιολογ lib. III. cap. IV. ἑρία τε τοῖς προσετημένοις ἀν' ἑσσι μεμθλυσμένοι: Rufini Aquileiensis versio: Lanæque prædictis fucatas coloribus. Ovidius Trist. II.

Composita est aliis fucandi cura coloris.

Glossæ : *fucatur*, βαπτέλαι & : βάπλω, *fuco*. Hinc *fucus* Horatius carminum III. od. v. *neque amissos colores Lana refert medicata fuco*. Plinius XXII. cap. 1. *Infici vestes scimus admirabili fuco*. & *fucatio* Eusebius Pamphili de incorporali & invisibili Deo : *Non tamen fucatio erat vestimentorum naturalis*.

Ait d. lex 1. *vel in serico*. Basilica: ἐν μεταίξει Anastasius bibliothecarius in historia ecclesiastica, *Sericum copiosum*. Theophanes dixerat, μεταίξεν πολλῶν. *Metaxa* rude est sericum, & ἀντοφύες, nondum neque tinctum, neque in filia diductum : & ideo separatur à nemate serico in l. ult. D. de publican. Cuj. ad l. 10. C. de murileg. Alii *metaxam* esse *nema* seu filum sericum existimant. Zonaras in Justiniano : τὰ τῶν σηρῶν νήματα, ἢ μελαίξια Michael Glycas annal. parte IV. τὰ τῶν σηρῶν νήματα, τῶν ἔστιν ἡ μελαίξια Hinc μελαίξωλον, sericum. Auctor. Græcobarbarus : πολλοὶ φοροῦν μελαίξωλα βελῶδα τζαροηλότια.

Vel in serico. l. 4. inf. de vestib. holou. Ennodius in panegyrico Theodosio dicto : *Exhibete Seres indumenta pretioso murice fucata & non uno abeno bibentia nobilitatem tegminis prorogate*. Boëtius de consolat. philosop. Met. v. *Nec lucida vellera Serum Tyrio miscere veneno*. adde Cassiodorum 1. variar. 2.

Blatta, d. l. 1. Alcimus Avitus pœmat. lib.

III.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis. Lampridius in Heliogab. *Paraverat funes blatta & serico & cocco intortos*. Anastasius bibliothecarius in Anastasio : *Vela serica alba ornata blatta*. Hinc *blatteæ tunicæ*. Vopiscus in Aurelia-

no. Flodoardus historiæ Remensis i. capite xv. Et codicellos ab Anastasio Imperatore pro consularu sibi missos cum corona aurea, tunicaque blattea sumpsit.

Oxyblatta in d. l. i. est purpura exquisitioris & splendidioris luminis.

Est denique purpura, quæ dicitur *hyacinthina*. sic legitur in d. l. i. S. Chrysostomus in Esaiam cap. III. καὶ τὰ βύσσιννα, ἢ τὰ ὑακίνθινα, καὶ τὰ κόκκιννα, καὶ τὴν βύσσον σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθου συνηραθυσφασμῶν. Hinc pelles hyacinthinæ, ansula hyacinthina, vitta & tunica hyacinthina, Exodi cap. xxv. & xxviii Quamquam, in Sixtinis bibliis emendatum hianthina. Et hanc lectionum varietatem invexere sacrorum codicum interpretes varii, ut ecce Ezechielis cap. xvi. ver. x. Sic habent Septuaginta, ὑπέδυσάσε ὑάκινθον: id est, ὑακινθίνῳ ἐοικῆσα, ut ibi Theodoretus. Aquila autem & Symmachus ἰάνθινα, referente Hieronymo ibidem. Et ὑακινθινοβαφεῖς Xenophonti vi. παρ' Arriano de expedit. Alexandri vi. Itaque nihil mutandum in dicta l. i. auctoribus libris veteribus, nec apud Persium sat. i. ubi legitur, *hyacinthina lana est*. Alia igitur est purpura hyacinthina, quæ colorem hyacinthi refert. Jesus Sirach. filius Sapientiæ cap. lx. vers. v. ἀπο φορῶν τῆς ὑακίνθου Philo. περὶ ἀποικίας: τὰ τε γὰρ νήματα πάντα τῆς ὑακίνθου, καὶ πορφύρου, καὶ κοκκίνου, καὶ βύσσου, καὶ τῶν τευχῶν αἰγίον ἐπιτελοῦσι Athenæus XII. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφύρου τοῦτων, αἱ δὲ ἰοβαφεῖς αἱ δὲ ὑακίνθου. Alia ianthina, l. si cui lana §. ult. D. de legat. 3, Martialis II. 39.

Coccina famosa donas, & ianthina mæchæ. Plinius libro XXI. cap. vi. Viola purpureæ græco

nomine ἰα & ex his ianthina vestis : id est , pur-
pura violacei coloris , ἐκ τοῦ ἰα καὶ ἀνθός : est e-
nim ἀνθός color. Hesychius : ἀνθός , χρομαῖα.
Vide eundem Plinium dicti libri cap. viii. Li-
ber notarum : Ianthinum , Iantinum . Item :
iacintinum , & iacintum . Hæc paulo fusius ex-
posui , quia plerique in d. l. i. malunt ianthina ,
quam hyacinthina . Certe in libro Ægidii Me-
nagii legitur ianthina : in Juliani Brodæi ,
hyacinthina .

His etiam sericum adnumero) Scholiastes
Basilic. lib. xxiii. tit. iii. cap. lxxiii. εἰάν γδ
ἀδελφικὸν ἐμπορίαν μετῆρχοντα , τυχὸν πορφύρας , ἢ
μετάξης , ἢ πινὸς τοσούτου &c. Corrige igitur Sy-
nopsim Basilic. cap. eod. & pro μονίτας , lege με-
τάξης .

Sericum auro) Sericum ἰσόχρυσον erat ante
Justinianum . Libra enim serici libra auri eme-
batur .

Sericum à Barbaris) Romani à barbaris se-
ricum didicerunt . Dio lib. 43. ἵνα γδ μηδένα τῶν
θεωρῶν ὁ ἡλίθιος λυπήσῃ παραπεταίσματα ὑπερ αὐ-
τῶν σημεῖα , ὡς γε πινὸς φάσιν , ὑπερεπέτασε . τὰ δὲ ἢ
τὸ ὕφασμα χλιδῆς ἑαρθάρει ἐστὶν ἔργον , καὶ παρ' ἐκεί-
νων καὶ παρ' ἡμῶν εἰς τρυφὴν τῶν πάντων γυναικῶν
ἀετὴρ ἰσὺς ἐσπεφοίτηκεν .

Ad Romanos pervenisset .) Ætate Justiniani
serici conficiendi artificium in Europam invec-
tum est , Procopius 298. d. Theophanes Byzan-
tius apud Photium , Cod. lxxiv. & Theophilac-
tus Simocatta hist. Maurit. lib. vii. in Photii
Synopsisi , Nicephor. Callist. lib. xvii. 32.

Auro contra. Plaut. Curcul. act. i. sc. 3.
Auro contra cedo molestum amatores . à me au-
rum accipe , Pa. Cedo mihi contra aurichalco . &

Epid. act. 3. sc. 3. *Non carum est auro contra*
ἰσο ἀσίων ἐν πρὸς χρυσόν dicebant & contra aurum.
 Varro 1. de re R. Plinius 13. 15. *Quas femine*
viris contra margaritas regerunt.

Lex Rhodia) Cap. LX.

Ολοσηρικῆ.) Holoserica vestis opponitur
 subsericæ. Holoserica est tota serica. Maca-
 rius homil. 17. γυνὴ ἔχουσα ὀλοσηρικῆ. Doro-
 theus doct. 2. ὡς περ γὰρ ἐνδεδυμῆς ὀλοσηρικὸν,
 &c. Subserici stamen lineum, trama autem se-
 rica Holoserica differt ab holovera: est enim
 holovera sacro murice tineta, & principali
 colore, quem holoverum vocabant. Procop.
 ἀνεκδ. ἑτάματ' ἢ τοῦ βασιλικοῦ ὁπῶς ηγαλεῖν ὀλόβη-
 ρον νενομίησιν.

Ad sacoma.] Vitruvius lib. IX. 3. *Aurum ad*
sacoma appendit redemptori. Glossæ, *sacoma,*
σηκομα. Sacoma est æquipondium. *pretium au-*
ro rependere dixit Velleius II. cap. VI.

Quæ vendere.] Agitur tamen de vendenti-
 bus & ementibus. *Ut si jus emendi auferretur*
damnato, ut in Decl. Quintil. ccl. cæterum
ἐπιτολογία est.

Quæ res exportari non debeant.

TIT. XLII.

ESt etiam hoc commune inter Romanos &
 Barbaros hostes pop. Rom. veluti Persas,
 Indos Æthiopias, Gothos, Vandalos, ne lega-
 tionis forte aut induciarum tempore illi ven-
 dant, hi emant ferrum factum vel infectum,
 & exportent, quod uti est in l. 2. hujus tit. ca-
 pitale esse etiam Procopius refert 1. de bel. Pers.

his verbis: οὐτε σίδηρον, οὐτε ἄλλο π τῶν ἐι ταῦτα ἐπι-
 τηδείων, Ἰνδοῖ, ἢ αἰθίοπες ἔχουσιν, & μὴ & ἢ πρὸς
 Ρωμαίων ἀνεῖαξ τούτων π οἷοι σέ εἰσιν, νόμω ἀπα-
 σι ἀφῆρηδω ἀπειρηδω θανατῶ γδ τῶ αἰλονε ἢ
 ζημία ἐστί. Item ne vinum, ne oleum, ne garum
 quod exportent, ac ne degustationis quidem
 causa hos liquores ad Barbaros posse transfer-
 ri, ne proinde illecti eorum dulcedine prom-
 ptius invadant fines Romanorum, hoc enim
 modo Longobardos legimus à Narsete in Ita-
 liam fuisse pellectos. Exportare est transferre
 extra fines Romani Imperii, ut in orat. pro
 Flacco. Exportari aurum non oportere Sena-
 tus judicavit, quod confirmat, l. 2. inf. de com.
 & mer. Quæ autem exportari prohibentur, &
 emi, vendique satis prohibentur, aut mercis
 pretiive loco cedere.

Enarratio.

TIT. XLII.

Vinum, oleum, liquamen ad Barbaricum
 transferre non licet, l. 1. h. t. Barbaricum
 pro solo barbarorum, ut in c. 52. Cod. Cann.
 Ecclesiæ Afric. βαρβαρικὸν vertit interpretes Græ-
 cus Basilicōn. Eutropius lib. ix. *Uterque in bar-
 barico interfecti sunt.* Pænius in paraphrasi,
 ἐν μέσοις τοῖς βαρβαροῖς ἀναπεδέυτες.

Ferrum factum) Loricæ, scuta, arcus, sa-
 gittas, spathas, gladios, & tela, l. 2. idemque cau-
 tum lege Francica. Capitular. Car. M. addit.
 iv. c. 92. *De brunis, (i. loricis) ut nullus foras
 nostro regno vendere præsumat.* Græci ad l. 1. D.
 de his quæ ut indign. ibi: *Illicite mercis τυχόν*

ὡς ὁ πῶλε πωλησας τοῖς πολεμίοις, ἢ πῖσσαν. Vide Liban. declamar. xvii.

Garum] Liguamen, d. l. i. Victor uticensis persec. Afric. lib. i. Plerisque aquam marinam, aliis acetum, amurtam, liquamenque, &c. porrigebant. Regula S. Pachomii c. 23. Si aliquis eorum, qui peregrè mittuntur, habuerit desiderium comedendi liquamen de piscibus. Græci in Basilicis liquamen interpretantur γαργν. rectè Charisius i. Garum, muria, liquamen. Vetus colloq. Scholast. *liquamen primum & secundum*. Lege igitur in Græcis: γαργν πρῶτον καὶ δευτέρου, & in alio: ὀσμινον μὲν γαρ. Cima cum liquamine. Est autem garum condimentum ex sanie & intestinis piscium. Artemidor. Dald. ὄνειρ primo. ἐστὶ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ὁ γαργν ἢ σηπεδων. quæ verba Suidas exscripsit in v. γαργν. Cælius Aurelianus tard. pass. ii. capite i. *Garum quod appellamus liquamen ex pisce Siluro confectum*. Vide Plinium xxxi. 7. & Isidor. Origin. x. cap. 3.

Longobardos legimus.) Paulus Vvarnefridus de gest. Longobard. lib. ii. cap. v. Legatos ad Longobardorum gentem dirigit, (Narsos) mandans ut pauperrima Pannoniæ rura desererent, & ad Italiam curætis refertam divitiis, possidendam venirent, simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatinus eorum ad veniendum animos possēt illicere. Eademque ratione Galli in Italiam transcenderunt. Livius v. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate cuptam Alpes transisse: agrosque ab Heiruscis ante cultos possedisse, & invenisse in Galliam vā

num illicienda gentis causa Arnutem Clusinum. Plutarchus in Camillo. Paul. V varnefrid. d. lib. II. cap. XXII. *Causa autem cur Galli in Italiam venirent, hæc fuisse describitur. dum enim vinum degustassent ab Italia delatum, aviditate vini illecti, ad Italiam transierunt.*

Ut in orat. pro Flacco.] Et ibid. *Cæsus est virgis Cymæus ille Athenagoras qui in fame frumentum exportare erat ausus.*

Aut mercis precii ve.) Res enim pro pretio dari & accipi potest. Vide Cujac. infrà de rer. perm.

Quemadmodum autem quædam res evehi, & exportari non debent: ita nec importari, verbi causa vinum exoticum Massilienses non recipiunt. Vide Strabonem lib. XVI. de Arabibus Nabatæis.

De Eunuchis.

TIT. XLII.

ETiam hoc tit. ostenditur Romanos Eunuchos factos neque emi neque vendi posse, eadem pœna irrogata emptori & venditori, l. 2. ut est plerumque commune crimen emptoris & venditoris, si quid veneat contra leges, l. 1. D. ad l. Fab. l. 1. infrà de cupres. l. 10. infrà de cur. pub. eadem tabellioni, eadem ostavario sive publicano. Barbarorum eunuchorum esse commercium, & eunuchorum qui facti sunt in Barbarico orbe, in Romano eunuchum facere capitale esse.

Enarratio.

TIT. XLII.

OCravario.] Qui vectigal octavæ exigebat, vide Cujac. inf. tit. LXI.

Capitale esse.] Servus autem ex domini conventia castratus fisco addicitur, l. i. h. tit. ex Nov. cXLII. liber. fit. Zonar. ad can. Apostol. 24. Phot. Nomoc. tit. i. cap. 14. vetus hæc est constitutio: Ne eunuchi fiant. Adde his quæ Cujac. ad d. Nov. 142. & viri docti ad Ammian. Marcellin. lib. XIX. observant, Constantinum Manassem in Nerva, Cedrenum, Euseb. Chronicor. libro posteriore. Phocylides jam antea monuerat.

μήδ' αὖ καὶ δόξουσι ποτὲ τέμνειν ἄρσενά κἔργον,

Ne castros unquam puerum marem prolificum.

De patribus qui filios suos distrahunt.

TIT. XLIII.

ADditur in hoc titulo à patribus liberos non posse vendi in servitutem, vel donari, vel pignori obligari, nec sub pretextu ignorantia accipientis, cujus tamen pretextu emptori evictionis nomine pater obligatur, l. minor. §. pater, D. de evict. & vendi tamen alienarique posse sanguinolentum altellium, ἐξ ὠδίνου τῶν μνηστῶων, ut Ælianus ait historiae II. cap. VII. victus pueri causa, si nec eum tueri pater possit, nec velit alius quisquam. imò nec ex

ea causa venditionem præjudicare libertati, cum unicuique quasi in libertatis publica causa liceat eum puerum vel adultum jam factum adferere in libertatem, vel patri ipsi, ut l. i. inf. de lib. cau. vel. etiam idem ipse possit se adferre, oblato mancipio vicario, aut pretio non quanti emptus est, sed quanti adsertionis tempore æstimabitur sine adjectione quintæ, de qua No. Valentiniæ cod. tit.

Enarratio.

TIT. XLIII.

Non posse vendi) Firmicus Matheſeos libro VII. cap. III. *Servos efficiet, & qui à parentibus suis alienentur.*

Sanguinolentum.) ut in tit. LII. lib. VIII. à matre sanguinolentum. Donatus in Adriam Terent. Act. 3. sc. 2. à matre rubentem, Juvenal. sat. VII. Guillelmus Brito Armoric. Philippid. VII.

Contigit ut pareret ibi quædam fœmina, cujus Fœtus adhuc à matre rubens calidoque cruore. Id est, recens utero matris editum. ἄφ' αἵματι τὸ βρέφος ἀποεβλήθη, ut loquitur Artemidorus. Eleganter Plutarchus de partu recens edito, in libello de amore prolis: ὡς μόνον θεδ' ὄν οὐδ' ἐκκαταρακὴν ἔδωκεν εἰς φῶς ὄν ἢ φυσίς, ἀλλ' αἵματι πεφυμένον, καὶ λυθρὸν ὡσεὶ πλεως, καὶ φουρομένον μᾶλλον ἢ γυνομένον ἔοικως.

Si nec eum tueri.) Quasi pater illæsa pietate filium distrahat, quem alere non potest, & tutius sit vendi filium quam fame absumi. Videntur Jornandes in historia Gotthica,

De rescindenda venditione.

TIT. XLIV.

V. tit. 5. lib 18. D.

ET haftenus quidem de rebus quæ vendere vel emere vetantur. Nunc ostenditur distrahendæ, resolvendæ, revocandæ venditionis quæ causæ sint probabiles vel improbabiles, & sunt improbabiles quidem multæ quæ in hoc tit. enumerantur; probabiles pauçæ: difficilis enim rescissio est contractus habiti bona fide, & ut ait l. 6. infra de act. emp. non facile venditi actio datur ad rescindendam venditionem. Nec male tit. superiore proposita causa una rescindendæ venditionis adferendæ libertatis quam prodiderit egestas, subjicitur hic tit. quo aliæ exponuntur probabiles causæ, si curialis furtim vitans munera civilia bona sua vendiderit & patriam reliquerit, l. pen. hoc tit. si palatini æque furtim aliquid emerint ex rebus privatis principis quarum sunt sub Comite administratores, l. ult. hoc tit. Item si in pretio venditor rei immobilis, vel etiam mobilis forte si admodum pretiosa sit, fraudatus sit supra dimidiam justii pretii, l. 2. & 8. nec tamen omnino rescindi videtur venditio ex hac causa cum optio detur emptori vel redhibendæ rei, vel supplendi justii pretii, ut l. 1. §. si quis in fraud. D. si quid in fr. pot. & esse eo nomine actionem ex vendito finitam quadriennio, ut & omnes restitutorias actiones, declarat No. Romani de resc. vend. sed observandum est

rescissionem ex hac causa dari venditori non emptori. Rescindendi verbum est duplex. Nam vel ipso jure rescindi dicitur, ut l. hoc modo. D. de cond. & dem. l. 5. D. qui & à quib. man. & in tit. Quæ sent. sine app. resc. ut resc. ut rumpi, l. inter cætera, D. de lib. & postum. & revocari, l. si libertus, D. de jur. patr. l. 1. infra qui man. non poss. vel beneficio actionis ex empto vendito judicisque sententia.

Enarratio.

TIT. XLIV.

Distrahendæ.] Emptio distrahi dicitur, l. ii. §. is qui vina, D. de action. emp. resolvi, l. 5. h. t. l. infra tit. prox. l. 1. infra t. 46. & rescindi.

Improbabiles.] Verbi gratia, venditio non rescinditur, licet venditor duplum pretii offerat emptori, l. 6. h. tit.

Probabiles.] Probabilis causa in l. 5. h. t.

Difficilis. Non facilè permittitur venditionem rescindere: id enim bona fides, quæ emptionis venditionis contractum tuetur, non patitur, l. 3. 7. & 8. Symmach. ii. ep. 87. *Vox juris ac legum est, bonæ fidei contractum rescindi non posse.*

Si curialis.] Curiales, sive decuriones obligabantur numerib. civilib. ut putà susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creabantur, l. 5. inf. de action. tribut. l. 8. infra de susceptor. præpos. & arcar. Itaque si curialis, ut se muneribus civilibus subtraheret furtim, id est, sine decreto, sine auctione publica,

l. 1. inf. de præd. cur bona sua vendiderit, & patriam reliquerit, venditio revocatur. Sed si intra annum evocatus redierit, bona redduntur: post annum addicuntur curiæ, l. quamvis 51. inf. de decur.

Si palatini.] Comes privatarum judex erat, & gubernator privatæ substantiæ principis, de quo sup. tit. 33. lib. 1. ejus apparitores Palatini dicebantur. Glossæ juris. *Palatini κοινῶ ὀνομαζοῦνται πάντες ἑκαλέωντο οἱ ἐν τοῖς κτ' τὸ πύλαγον ἡσσαν ῥηῖς ὑπηρέτωντες ταξέωνται.* Si quid igitur palatini furtim emerent ex rebus privatis principis, quarum sunt sub Comite rerum privatarum administratores, venditio resoluitur, lege ult. h. tit. ex auctione fiscali licet, l. ult. inf. de fid. & jur. hast. fisc.

Vel etiam mobilis.] Rei immobilis meminuit lex 2. & 8. ideóque pertinere eam ad res soli, non ad res mobiles putabat Cuj. Observ. lib. xvi. 18. in fine. híc autem sententiam mutat, si res admodum pretiosa sit: si margarita forte, *munera rubri Ponti*: (Silius Ital. 14.) Plinius lib. ix. cap. 35. *Principium ergo culmenque omnium rerum pretii, margaritæ tenent.* aut lapides Indici, qui pretiosiores sunt. Cyrillus epistola ad Evoptium pro xii. capitibus adversus Theodoretum: *αἱ πολυτελέστατοι τῶν λίθων, αἱς κτ' Ἰνδικῶς ἔτι φασιν* vide Plinium libro xxxii. 2. Aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica venierit, arg. leg. 37. §. 1. D. de evict. & l. 22. inf. de administ. tut. l. sancimus 21. suprâ de sacros. Eccles. Cujac. Notat. ad lib. Anim. Joann. Rob. lib. ii. cap. xii.

Supra dimidiam.) Puta si rem dignam solidis decem, 4. aut trib. vendidero. Sic in l. 2. D.

depos. si heres in rem apud defunctum depositam, ignorans depositam, minoris quam debuit, vendiderit, depositori actiones suas mandare debet, minoris dimidio scilicet, ut Græci interpretantur, & Cujac. ad d. l. 2. atque ita temperandum est quod scribit alicubi S. Chrysostomus, furto proximum esse cum id agimus ut minus justo pretio pendamus, ἐλαττον τῆς αξίας ut nimirum hodie fraus absit si venditor ultra dimidium justii pretii læsus non sit. Item quod dicitur, naturaliter licere contrahentibus se circumvenire, l. in causæ 16. §. per. D. de minorib. sive ut est in l. item si 22. §. ult. D. loc. in emendo & vendendo naturaliter concessum esse, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se circumscribere, Plautus in Persa act. iv. sc. iv. *vin bene emere? Do vin' tu pulchrè vendere? Ego scio utrumque velle.* Hunc modum habet, ut fraudatus supra dimidiam justii pretii venditionem rescindi jure desideret. Intra fines veri & justii pretii læsus de se queri debeat, quod malæ venditioni ipse stultitia sua causam dederit. Si tamen emptionis tempore convenerit ut etiam supra dimidiam liceret se circumscribere, rata erit conventio argumento legis pacisci 31. D. de pact. ut ibidem tradunt Græci.

Justii pretii.) Justum pretium dicitur in d. l. 2. & 8. verum d. l. 2. quod idem est. Sic Basilica verum pretium in l. 20. §. quod si post D. de pet. heredit. δίκαιον τίμημα vertunt, justum pretium lib. 42. Basil. tit. 1.

Actionem ex vendito] Quæ Glossæ sententia est, vulgo à DD. comprobata: non condi-

Etio ex lege, ut sentit Pinellus cap. III. n. 9. vide Cujac. recitat. ad hunc tit.

Finitam quadriennnio.) Rectè sentiunt Græci, venditionem rescindi officio Præsidis secundum, l. 2. h. tit. si supra dimidiam veri pretii fraus intervenerit, intra quadriennium duntaxat: atque ita in foro servari referunt. Imo & decreto Romani Lacapeni, *ὡς ἐν τῷ τεμνησμοῦ*, ita definitum est. Cujac. de divers. temp. præf. c. 23.

Quadriennio.) Harmenop. Epitom. l. 3. tit. 3. §. 80. & 83. adde Glossam ad d. l. 2.

Omnes restitutorias.) L. ult. sup. de temp. in integr. restitut.

Venditori.) Majori annis 25. l. 15. h. tit. Harmenop. d. tit. 3. §. 82. Nam si minor rem suam viliori pretio vendiderit succurritur ei, licet ea fraus non superet dimidiam justii pretii, l. II. inf. de præd. minor. sive decr. non alien. Cuj. ad l. in causæ 16. §. idem Pomponius D. de min. & d. c. 18.

Non emptori.) An beneficium legis 2. ad emptorem porrigendum sit, valde quæritur. Cujac. negat hic & d. c. 18. & Notator. ad lib. animadv. Joan. Rob. lib. 2. capite 13. & 14. quoniam enim venditor ultrò non procedit ad venditionem, sed forte cum in summa difficultate esset nummaria, & necessitate rei familiaris coactus vel alia causa, ut l. ita ut 36. D. Mand. Philo de Septenario: *ἐπεσθὴ καὶ ἐγὼ συμπίπτεισι πολλαῖς ἀβέλητοι, δι' ἧς ἀναγκάζονται πνευ πικρῶσκειν τὰ ἴδια.* Quia sæpe tempora præter animi expectationem coincidunt per quæ nonnulli res suas vendere compelluntur: legis meretur auxilium, ne re sua careat cum nimio

damno. *emptor* verò *hians*, ut loquitur Horatius, captat fere venditoris momentarias necessitates, l. 2. inf. sine cens. ultroque & nulla necessitate coactus emit: quam enim necessitatem prætender, qui rem suam augere vult accessione rei emptæ? sicut ex forma præfecti prætorio lex locum habet in locatore, non in conductore, Harmenop. lib. III. tit. VIII. §. 44. Cujac. d. c. 18. in Regiis codd. notatur esse *παράχρον*.

Ipso jure.] Vide Parat. Cuj. D. eod. & tit. seq. vers. & ita si in re int.

Judicisque sententia.] L. 1. 2. & 5. h. t.

Quando liceat ab emptione discedere.

TIT. XLV.

EST & alia probabilis & legitima causa rescindendæ venditionis, quæ in hoc tit. proponitur, pactum & mutuus consensus contrahentium, secundum regulam, ut prout quisque contractus est, ita resolvatur, & hoc si res sit integra, id est, si nondum res tradita aut pretium numeratum sit, licet venditori arrha data sit, vel emptori datus fidejussor, ut solebat, de re tradenda, ut l. 3. D. de resc. vend. l. Stichum §. ult. D. de solut. l. 12. sup. de cont. emp. hodie sufficit nuda cautio, l. emptor, inf. de act. emp. Datio arrhæ vel datio fidejussoris non deintegrat rem, sed traditio rei vel numeratio pretii totius vel partis, l. 2. hoc tit. Et ita si re integra priusquam aliquid ex alterutra parte solveretur, convenerit ut discedatur ab emptione, statim ipso jure uterque liberatur,

& arrha repetitur ex empto iudicio, l. ex empto §. is qui vina, D. de act. emp. l. 3. infra cod. d. l. 2. atque ita evenit, ut pactum ipso jure perimat obligationem, etiamsi fiat ex intervallo, & formet actionem ex empto ad distrahendam penitus emptionem, & dissolvenda argumenta emptionis, qualia præbet datio arrharum, l. quod sæpè, D. de cont. empt. Sed si res non sit integra, pacto nec rescinditur venditio, nec mutatur dominium, nec formatur actio ulla ex eo, nisi rescindantur cetera venditionis quæ secuta sunt & sic quod dicitur ipso jure nullam esse venditionem, cui dolus dedit initium, originem & causam, re integra verissimum est, si intra verba primumque placitum steterit. Nam si res secuta sit, non aliter rescinditur venditio, quàm si & cetera venditionis rescindantur quæ secuta sunt, lege 1. 5. 10. supra tit. prox. lege 9. inf. de præd. min. Cetera venditionis dicimus traditionem, numerationem, cautiones, quibus venditio quam nudus consensus perfecit, adimpletur. ut l. magis §. si pupillus, D. de reb. eor. qui sub tut. l. si duo §. si quis juraverit, D. de jur. reliqua quæ per consequentias emptionis propria sunt in l. 5. D. de act. emp.

Enarratio.

TIT. XLV.

PActum & mutuus cons.) *Inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi. ut ait Innocentius in Decretis c. 20. nisi novo pacto à contractu discedatur. Itaque eja-*

ptio venditio pacto & consensu resolvi potest, l. 58. D. de pact. l. 3. D. de resc. vend. l. 2. h. t.

Mutuus consensus.) Alterutro enim invito à venditione non disceditur, lege 3. sup. de resc. vend. l. 1. h. t.

Prout quisque cont. est.) L. 8. D. de solut. l. 35. de reg. jur.

Si res sit int.) Re nondum secuta, l. 5. §. 1. D. de resc. vend. l. 7. §. adeò autem, D. de pact. §. ult. Inst. quib. mod. ob toll. dum res integra est, l. 2. D. de resc. vend. l. 1. & 2. h. t. integris omnibus d. l. 8. si nondum impleta sunt quæ utrimque præstari debuerunt: l. 6. §. ult. D. de contr. empt. id est, si nondum pretium numeratum sit, neque res tradita, d. §. ult.

Si nondum res tradita sit.) Nam si res tradita sit alterutro invito ab emptione non disceditur. Isidorus Pelusiotes epistola xxvi lib. iv. *εἰ ἡ πρῶτη καὶ ὑπὸ νομῶν τῆ ἀρχαίας αὐτῶν λῶ, ὅν δίνουσι τὸ ἀποπρασθῆναι. Si emptori res tradita sit, jure ei auferre non potest.*

Aut pretium numeratum sit.) Hebræorum tamen jure in foro recepto licet pretium numeratum sit, ante traditionem etiam alterutro invito ab emptione discedi potest, ut vir doctus observat in Prolegomenis tractat. de successio- num jure apud Hæbreos.

Deintegrat rem.] Arrhæ datio non efficit, quin res integra sit, l. 2. h. t. Cæcilius apud Non. Marcellum: *Nomen virginis, aut ut viro docto placebat, novem virgines deintegravit.*

Solveretur.] Pretium ejusve pars solveretur, aut res traderetur.

Ipso jure uterque.) Pacto postea interposito disceditur in totum ab emptione, d. l. 8. ut ipso

jure tollatur actio empti & venditi, l. 3. D. de rescind. vend.

Ex empto judicio. Vel conditione sine causa non vindicatur, l. 3. inf. de action. emp.

Ut pactum ipso jure. Pactum & consensus emptionem, & obligationem, etiam si fiat ex intervallo: pacta enim quæ ex intervallo fiunt nonnunquam insunt, & actionem formant: ut si post emptionem de eo conveniat aliquid, quod attingat substantiam contractus. Sive igitur in parte abeat emptione, sive tota emptione, ex parte agentis pactio locum habet, ut & ad actionem proficiat, d. §. adeo autem, & ibi Cujac.

Ad distrahendam penitus emptionem. Licet ipso jure pacto perempta sit obligatio, tamen actio ex empto quæ pacto formatur, proderit ad revocandam penitus emptionem, l. ex empto II. §. is qui vina, D. de action. emp.

Argumenta emptionis. Arrha est argumentum emptionis & venditionis contractæ, apud Justinian. de empt. & vend. ἔλεγχός ἐστι καὶ ἀποδείξις πρῶτης καὶ ἀγγραφίας συστάσης. Argumentum est, & probatio emptionis venditionis contractæ, Theoph. l. quod sæpe 35. D. de contrah. empt. R. Hieronymus in epistolam Pauli ad Ephesios capite 1. Arrabo futuræ emptionis quasi quoddam testimonium & obligamentum datur: Totum enim negotium confirmat: ἡ ἀρράβων πισοῦται τὸ ὅλον, Oecumenius in epistolam ad Ephes. cap. 1. quæ & pignus Plauto Mostellar. Act. 4. sc. 2. Hesychius: ἀρράβων, ἐνέχυρον, arra, pignus. Et vice versa arrabo pro pignore, Terentio in Heautontimor Conjungit Oecumenius arram cum pignore, ἀρράβων,

inquit, καὶ ἐπέγραψεν, in primam epistolam Petri ad Ephes. cap. vi 1.

Sed si res non sit integra.) Venditionem implet traditio & numeratio, resque his secutis definit esse integra.

Pacto nec rescinditur venditio.) Quod nudo consensu contrahitur, nudo etiam consensu facile distrahitur; sed emptionis implementum efficit, ne nudus consensus sit.

Nec mutatur dominium.] Nudis pactis, vel nudo consensu, nudave conventionem dominium non mutatur: nam etsi consensu perfecta sit emptio, dominium tamen non mutatur nisi traditione & pretii solutione, Cujac. ad l. 1. D. de usurpat. & usucap. Sic etiam pacto non mutatur dominium, quod in emptorem traditione translatum est: dominium enim nudo pacto non transfertur, l. traditionibus 20. supra de pact.

Nec formatur actio.] Nudum pactum non prodest ad rei repetitionem.

Nisi rescindantur.] Nisi res venditori contra reddatur, contra præstetur, & omnia restituantur in pristinum datum.

Cetera venditionis,) Ut in l. ex empto xi. §. ult. D. de action. empt. Petr. Faber.

Nullam esse venditionem.] Quia nihil est tam contrarium bonæ fidei, quam dolus, l. & eleganter 7. D. de dol. l. si dolo 5. sup. de resc. vendit. l. 3. §. ult. D. pro soc.

Si intra verba.] Si conventio placiti fine stetit, ut l. 27. de loc. v. locum Quintil. sup. de Pac.

Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.

TIT. XLVI.

ET alia in hoc tit. si propter tributa publicè sub hasta venierint bona debitoris per ambitionem & gratiam minus justo pretio in debitoris fraudem, venditio necquidquam, coit & rescinditur fisco oblata pensione debita: qui casus fuit etiam expressus supra titulo generali l. 16. & inf. de jur. fis. l. 3.

Enarratio.

TIT. XLVI.

PROpter trib. pub.) Ob cessationem tributorum, collationum, vel ob reliqua tributorum, ob solemnes præstationes, l. 1. & 2. h. t.

Sub hasta.) Solemniter d. l. 2. sub hasta l. ult. Festus: *Hastæ subiciebantur ea, quæ publicè venundabant, quia signum præcipuum est hasta.* Cuj. inf. de fi. & ju. hast. fisc.

Per ambitionem & gratiam.) Emptoris l. 3. inf. de jur. fis. hinc gratiosa auctio, l. 16. sup. de rescind. vend.

Minus justo pr.) Nam si res justo pretio, & sincera fide, ut est in d. l. 2. distracta sit, venditio non rescinditur, l. 1. d. l. 2. vers. sin autem, & l. 3. sincera fide, id est, bona fide. Velleius II. c. 23. *Quidquid sincera fide gereretur.*

Fisco ob pensation. deb.] Debitor fisco infert

debitam quantitatem, d. l. 3. non pretium emptori, fiscus venditionem resolvit, & emptori pretium restituit, Cuj. ibid.

Tit. gener.] Tit XLIV.

Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

TIT. XLVII.

HOc tit. notatur etiam alia causa rescindendæ venditionis, si quis fundum debentem censum vel reliqua census quædam fisco aut Reip. emat aut vendat ea lege ne onus census, vel reliquorum sequatur emptorem. Nam venditione rescissâ emptor pretium & venditor fundum amittit, utroque redacto in ærarium, ut l. 2 C. Th. de cont. emp. Censum vocat tributa, vectigalia, publicas pensitationes, quod onus est agrorum, non personarum, l. Impp. D. de publican. l. inf. de ann. & trib. & Nov. Theodosii. Neque do. diu neque eccl. Cassiodorus IV. Var. inde & varia tributa, quia non est agrorum una fœcunditas: ibi potest census addi. Ubi cultura profecerit, ut l. 2. infra de alluv. Et onus omnium agrorum qui sunt censui censendo, id est qui jure civili emi & vendi possunt: & notatur hæc eadem causa rescindendæ venditionis in l. ult. inf. de fun. rei pri. quæ ut magis appareat ad hanc rem pertinere, sumpta est ex No. Theodosii de resc. vend. rei dom. Et de rescindenda venditione hæctenus,

Enarratio.

TIT. XLVII.

Reliqua census.] Reliqua, ut in l. Mos-
chis 47. D. de jur. fisc. λοιπὰ. Glossæ græ-
colat. λοιπὰ, *reliqua*, *reliquarium*: item λοιπὰ
δαίριον, *reliquarium*.

Onus census.) Collationis sarcinam, l. ult.
h. t. capitationis onus ac sarcinam, l. ii. C.
de Episcop. & cler.

Sequatur emptorem.) Possessor rei censum
agnoscit, & reliqua, illicita pactione rescissa, l.
i. 2. & 3. h. tit. Non enim justum pactum &
conventum est, ut alius possideat rem censui
obnoxiam, & alius tributa solvat. Græci ad l.
ii. sup. de pact. quia scilicet rei inhaerent. Cas-
siodorus iv. 14. *Is solvat tributum, qui posses-
sionis noscitur habere compendium.*

Censum vocat.] Matth. Evang. cap. xvii.
25. οἱ βασιλεῖς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τὰ τέλη, ἢ
κλῶσον. Hesich. Suid.]

Cassiodorus iv. var.] Epist. 38.

Censui censendo.] Marcus Tullius pro Flacco:
Illud quaero, sint ne ista praedia censui censendo?
habeant jus civile: sint, necne sint Mancipi: sub-
signari apud aerarium, apud censorem, possint.
Festus Pomp. *Censui censendo agri proprie ap-*
pellantur, qui & emi, & vendi jure civili possunt.

De periculo & commodo rei venditæ.

TIT. XLVIII.

V. tit. 6. lib. 18. D.

Sequitur nova inspectio, Cujus sit periculum & commodum rei venditæ emptoris an venditoris. Periculi nomine significatur omne incommodum quod rei venditæ contingit, homini, mors, fuga, vulnus, depravatio, agro chasma, alluvio, vino acor aut mucor. Id vero si non ex præterito tempore originem ducat ignorante emptore, sed ex præsentis post perfectam venditionem & traditionem, proculdubio pertinet ad emptorem, adeo ut pretium quod solvit amittat, & quod non solvit exigi possit. Idem videtur si ante traditionem. Sed aliam sententiam esse sequendam memini me docere in l. si fundus, D. loc. idemque dici potest de periculo evictionis quod re illæsa contingit, licet l. 1. hujus tit. alia pericula adscribat emptori, periculum evictionis ductæ ex præterito tempore, nec contingens injuria judicis, aut emptoris culpa laudato denunciatoque venditori.

Enarratio.

TIT. XLVIII.

OMne incommodum.] Justin in §. cum autem de empt. & vend. commodum, inquit, ejus esse debet, cujus periculum est, id est, incommodum.

Mors, fuga, vulnus.] d. §. cum autem, l. ult. h. t.

Agro chasma.) L. 10. §. 1. D. eod. l. cum res 47. §. ult. D. de Lege 1. id est, hiatus. Glossæ lat. gr. *Terræ hiatus χάσμα* & græcol. *χασμα*, hiatus, vorago, terræ fragor. Sen. Natur. quæst. lib. VI. cap. IX. *Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur.* Labes l. ult. D. loc. ut *labes agri Privernatis*, C. 1. Divinat.

Alluvio.] L. 7. D. eod. *αεθρήκη ποταμῶν.*

Vino acor, aut mucor.] L. 1. 4. & 6. eod. hæc sunt propriè vini vitia. Plin. lib. IV. cap. XX. *Proprium autem inter reliquos humores vini, mucescere, aut in acetum verti.* Cato de re R. cap. CXLVIII. *Vini in culleos singulos, quadragenæ & singulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.* Arnob. 1. *In acoris perfidiam vinum repente mutari.* Mucor est lanugo, quæ ex diuturno situ contrahitur. Columella de re R. lib. XII. cap. IV. *Ne sitis penora mucorem contrahant.*

Si non ex præterito tempore.] Lege 1. & ult. hoc tit. Ut puta si servus apud emptorem ex veteri vitio fugerit, venditor quasi evictionis nomine tenetur, lege Julianus 13. §. 1. D. de action. emp. & non tantum pretium servi, sed etiam rerum ablatarum æstimationem restituet, Paul. Sent. libro II. titulo XVII. §. servus, lege quæro 58. D. de ædilit. ed. idque emptor probare debet, l. 4. D. de prob. Si verò ex recenti vitio, periculum fugæ ad emptorem pertinet, l. actioni 54. D. de ædil. ed. l. 3. inf. eod.

Ignor. emptor.) Sic. ædilitium edictum ad eum, qui sciebat, non pertinet. v. inf. tit. LVIII.

Post perfectam venditionem.] post perfectam venditionem & traditionem periculum ad emptorem respicit, lege lectos 12. D. eod. res enim perit domino suo, l. suprâ de pignorat. act.

Idem videtur si ante traditionem.] d. §. cum autem sed Cujac. in alia sententia est tract. viii. ad Afric. ad l. si fundus loc. & ad d. §. cum autem. Ait enim id quod ibi dicitur periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinere, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit, ex jure summo esse, non ex æquitate: quia sane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est, §. 4. Inst. de empt. & convenienter ei perire debet.

Hanc viri magni sententiam notabat olim quidam è trivio Jurisconsultus, καὶ ὁπωσῶν ἐκ πάσης ἀποφάσεως ἐλέγχων ἑκάστου καὶ Διακωμαδῶν, quod de Sallustio Philosopho scribit auctor incertus apud Suidam. Ejus linguam futilem, καὶ βαθρὸν λόγον alii jam castigarunt. Notant & alii melioris notæ Jurisconsulti, quos equidem æquo animo ferrem si stilo atrocior abstinerent hic, & si usquam vir sine exemplo maximus humanitus erraverit. (πολλὰ γὰρ Παιόμδῃ ἀπαιτεῖς,) καὶ νοσεῖ τὸ εὐόλιθον ἢ ἀνθρώπου φύσις, Cyrillus Alexandrinus in Apologetico ad Theodosium Imp. inclusa sumpta sunt ex epistola Jacobi Apost. capite III. Sane Cujacii sententia dubio non caret: sed nos Cujacium hîc interpretamur, non malignè, ut plerique hodie solent, detrahendi libidine non ferenda, inclementer incessimus, aut vellicamus.

Idemque dici potest. [Supradictum est, periculum quod rei venditæ contingit post per-

fectam venditionem, & traditionem spectare ad emptorem: idemque dicendum videri, si ante traditionem: aliam tamen sententiam esse sequendam, id est periculum quoque ante rei traditionem ad emptorem pertinere, quibus subjicit: idem dici posse de periculo evictionis, quod re illæsa contingit: puta si fundus publicatus sit: periculum enim de quo supra dictum est, non contingit sine rei læsione: publicatur autem fundus citra rei damnum & læsionem. Ait igitur, idem & hic dici posse: id est, siue res publicata sit post traditionem, siue ante traditionem, periculum ad emptorem respicere.

Licet lex 1. / Quasi diceret, se non moveri dicta lege 1. in qua dicitur, alia quidem pericula emptorem respicere, periculum autem evictionis venditorem: rem enim aliter procedere cum periculum evictionis re illæsa contingit.

Nec contingens injuria judicis. / Emptor adversus venditorem regressum non habet, si per injuriam judicis victus & condemnatus sit, l. emptor 8. inf. de eviction. emptor enim de se queri debet, quòd non appellaverit: appellationis enim remedio subvenitur eis, qui de sententiæ iniquitate queruntur. Sicut neque venditor evictionis nomine tenetur, si culpa emptoris res evicta sit: ut puta si emptor absens per contumaciam ex eremodicio condemnatus sit: magis enim propter absentiam victus videtur, quàm quòd malam causam habuerit, l. 1. h. t. l. si ideò, D. de evicton. Vide Cuj. ad l. 34. D. de ædilit. ed. tract. vi. ad Afric.

Laudato denunciatoque. / Emptor venditori

denunciare debet, ut liti subsistat, d. l. i. cæterum periculum evictionis non sustinet. l. 7. & 8. inf. de evict. non enim culpa caret qui passus est jure judicioque rem sibi evinci, non laudato venditore, penes quem sunt instrumenta auctoritatis, quique juris sui optimus adsertor est.

De actionibus & empti & venditi.

TIT. XLIX.

V. tit. i. lib. 19. D.

EX contractu emptionis & venditionis contrahentes invicem obligantur de eo quod alterum alteri ex æquo & bono præstare oportet. emptor tenetur actione venditi, quæ actio pretii dicitur, l. 8. & 9. sup. de con. emp. l. 7. h. tit. venditor actione empti de re tradenda. Utraque nomen habet ab eo qui competit, & præcise dicitur actio empti, vel actio venditi, vel ex empto vendito, ut l. & si uno, D. cod. & venditi empti, vel ex vendito empto, & illa quidem præcisio non tantum fit à posteriori, sed etiam à priori, ut l. 1. suprâ si ser. ext. se emi mand. actio empti, id est, venditi empti; & l. sed hoc nomine, l. si cum venditor §. si secundus, D. de evict. actio ex vendito, id est, ex empto vendito.

Enarratio.

TIT. XLIX.

DE eo quod alterum.) L. 2. §. ult. D. de obligat. & act.

De re tradenda.) L. 2. §. 2. D. eod. venditor autem cogi potest. ut tradat, Paul. Sent. 1. tit. 13. §. perficiuntur, Inst. de donat. si modo rei tradendæ facultatem habeat. hoc ita, si emptor rem ipsam præcsiè malit. Cæterùm agetur in quod interest emptionem compleri, l. 1. D. eod. l. 4. h. t.

Dicitur actio empti.) Vel actioe x empto. & quæ venditori competit, actio ex vendito, §. pretium, Inst. de emp. l. 11. & l. 12. §. ex vendito, D. eod. Cicero III. de Nat. D. *Reliqua, quæ ex empto, aut vendito conducto, aut locato contra fidem fiunt.*

Empti venditi.) L. Imperator 16. D. de in diem addict.

Velex empto vend.) L. mutuum 19. D. de her. vel act. vend. Varro II. de re R. c. II. *Nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare.* Ut ex conducto locato, l. ult. §. 1. D. ad leg. Rhod.

Id est, venditi empti.) Et in l. Julianus 13. si procurator, D. eod. Græci autem aiunt, auctores juris promiscuè uti emptionis & venditionis vocabulis, in Glossis Nomicis, v. ex empto.

Actio ex vendito.) Sic in l. II. C. de pact. actio ex vendito, id est, vendito Basil. c. II. ἡ ἀκτὴ τῶν ἀγορασῶν ἀγορῆ, ex empto actio.

Si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.

TIT. L.

Pertinet etiam hic tit. ad actiones empti & venditi, ut indicat aperte l. 6. & l. pen. & sunt ejus partes tres: Si quis alteri emerit, Si sibi emerit sub alterius nomine, Si sibi emerit pecunia aliena. Primo casu qui alteri emit nihil agit, cum nec sibi adquirat actionem empti, quia noluit, nec alteri, quia non potuit; alteri enim emimus inutiliter. qua de causa procurator cum mandatu nostro emit, non nobis, sed sibi emit, sibi que acquirit empti actionem l. 7. hoc tit. & alia est ratio procuratoris, alia nuntii; Quod procurator mandatu meo emit, sibi emit non mihi; Quod nuntius, ego emo non nuntius. Fungitur enim nuntius epistolæ vice, ut recte Acc. ait in l. & licet, D. de conf. pec. & l. cum mancipium, D. de ædil. edict. & non male idem in l. 1. D. de proc. nuntium interpretatur nuntiationem, quia scilicet eo nomine res magis quàm persona significatur, & ita fit ut per nuntium emamus recte, per procuratorem non item eumentem nobis. Sed si ea sit mens procuratoris eumentis sibi & venditoris, ut res ei tradita mandatori adquiratur, adquiritur, imò & sola voluntas sufficiet venditoris, l. ult. h. t. l. qui mihi, D. de don. cui constat voluntatem congruere mandatoris, cum mandatu ejus empti res sit. Secundo casu si emerit quis sibi sua pecunia sub nomine alterius tabulis inscripto, tam actionem empti ad-

quirit sibi quàm dominium proprietatis vel possessionis; non ei in cuius nomen emit, l. 4. §. 6. hoc tit. l. 1. & 2. Cod. Greg. si sub alt. no. res emp. erit. Tertio casu si emerit quis sibi pecunia aliena, i. pecuniam pro eo adnumerante altero, idem erit.

Enarratio.

TIT. L.

Nihil agit.) ἀνευέρητος ἐστὶν ἡ πρῶσις. Inanis & inefficax est venditio, l. quæcumque II. D. de obligat.

Quia noluit) L. 6. in fine h. t.

Quia non potuit.) Quia per liberam personam nobis nihil acquiritur, §. ex his, Inst. per qu. perf. l. si unus 27. §. 1. D. de pact. Nisi quis ei emat, quem habet in potestate. quo casu si pater filio sui juris constituto tradiderit, ei acquiritur, l. 2. h. t. alioquin morte patris donatio confirmabitur, si in eadem voluntate perseveraverit, l. donationes 45. infra de donat. int. vir. & ux. vel ex diverso si quis emerit ei in cuius potestate est, l. 7. h. t.

Alteri enim emimus inut.) L. 64. D. de contrah. empt.

Ego emo, non nuncius.] Emptio venditio nudo consensu perficitur: & ideò & inter absentes contrahi potest. veluti per nuncium, aut per epistolam, l. 1. §. ult. eod. l. ult. h. t. nuncius enim non contrahit, sed nuncius est negotiū contrahendi. nuncius est vox mittentis, ut ait Placentinus in Summa, & ex eo Glossa ad d. l. 6.

Similiter alteri paciscimur inutiliter, l. quo tutela 37. §. ult. D. de reg. jur. in d. §. 1. legis 27. reus principalis, qui paciscitur, ne à fidejussore petatur, de se ipso non paciscitur, *ἢ ἐαυτοῦ μὴ συμφωνεῖ*, ut est in Basilicis. Sed tamen fidejussori pacti exceptio prodest, quoniam ejusmodi pacto magis ei qui pactus est consulitur, quam fidejussori per liberam personam acquiritur. Et pactum igitur sustinetur, quia debitoris interest fidejussorem liberari. Utilitas debitoris efficit, ut pactum valeat. nuncius tamen pacti conventi esse pro alio quis non prohibetur, l. 2. D. de pact. nuncius minister est, ministerium exhibet absenti, operam suam accomodat.

Vel possessionis.) De dominio possessionis vide Notata Mercatoris ad libros Animadv. Joann. Roberti lib. III. cap. IX. & Parat. D. de bonor poss.

Idem erit.) Ei qui sibi aliena pecunia emit, id est, altero pecuniam numerante actio ex empto, & dominium traditione acquiritur, l. 1. 3. 6. & ult. h. t. Paul. Sent. II. tit. XVII. §. fundus.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.

TIT. LI.

Aliud est vendere, aliud alienare. Vendere est consentire uti merx cum pecunia commutetur. Alienare est dominium transferre, quod fit traditione rei suæ, non traditione rei

alienæ, & vendi tamen res aliena potest, & vendita si sit, utrinque obligatio contrahitur, sed satis illicita venditio est, ut ait l. 1. tit. seq. nec fit jure, l. 3. sup. de rei vind. jure firmo. Nam & emptori res à domino per vindicationem antequam usuceperit etiam pretio non oblato, & postquam usuceperit venditori pretium auferri potest, l. 1. h. t. l. 2. inf. de in lit. dan. tut. l. 6. inf. de fur. nec abnuerim quin ita hic titulus accipi possit de rebus alienis non vendendis vel alienandis secundum constitutiones sub eo positas, vel in solutum dandis, l. 4. hoc tit. Nam & datio in solutum pro venditione est. l. 4. infrà de evict. ut in l. 1. infrà de jur. emphyt. alienationis verbo significatur venditio; denique prohiberi hoc tit. venditionem rei alienæ: quod secunda parte hujus tit. producit etiam ad manumissionem, emphyteusim, servitutium impositionem, ususfructus dationem, pignus, hypothecam, l. ult.

Enarratio.

TIT. LI.

MERX cum pec. comm.) Est enim emptio mutatio pretii cum merce. Plin. lib. ix. cap. lx, *Nam permutare quidem pretio nolunt, aliave merce.* v. sup. de cont. empt.

Alienare est domin. transf.) l. 1. inf. de fund. dot. Boetius ad Top. Cicer. *Omnes verò res, quæ abalienari possunt, id est, quæ à nostro ad alterius transire dominium possunt.*

Traditione rei suæ.) §. per traditionem, Inst. de rer. divis.

Non tradit. rei al.) L. traditio 20. D. de adq. rer. dom.

Vendi tamen res al. pot.] Rei alienæ emptio venditio valet, quia contenta est traditione vacuæ possessionis, l. rem alienam 28. D. de contrah. emp. l. 1. D. de rer. permut. l. 2. §. 1. D. de action. emp. evictionis tantum nomine venditorem obligat, l. ex empto 11. §. 2. eod. Non omnis igitur venditio alienatio est, sed rei nostræ duntaxat. & minus quam perfecta est definitio allata à Seneca v. de Benefic. cap. x. *Venditio alienatio est, & rei suæ, jurisque sui in alium translatio.* Nisi dixeris Senecam respexisse id quod plerumque accidit. Quod & auctoribus nostris solenne est.

A domino.) Cui nocere non potuit, qui distraxit, l. 6. h. t.

Pretio non oblato.) L. 3. supra de rei vindicat.

Servitutium.] Sequitur scripturam Pandect. Florent. in l. 32. §. ult. D. de servit. urban. præd. & l. 1. D. de serv. rust.

De communium rerum alienatione.

TIT. LII.

Hanc autem tertiam partem facio tituli superioris, ut quæ de tota re aliena non vendenda vel alienanda dicta sunt, eadem & de parte intelligantur si unius rei pars sit mea, pars aliena, quæ in fisco locum non habent. Namque securus statim est is qui rem alienam emit à fisco, perinde atque si usucepisset, & domino est regressus adversus fiscum intra quatuordecim annos.

driennium duntaxat. & idem igitur erit, si fiscus vendat rem quam habet cum privato communem, l. 2. hoc tit. l. 1. inf. de vend. rer. fisc. cum pr. com.

Enarratio.

TIT. LII.

EAdem & de parte.] Id est si quis rei. quam cum alio communem habet, soliditatem vendiderit. ut est in l. 2. h. t. emptori res à domino per vindicationem priusquam usuceperit: post usucapionem autem venditori pretium auferri potest, l. 1. h. t. quæ eleganter usucapionem vocat receptum jus. Receptum autem, licet ex iniquo aliquid habere videatur, quod rem suam invito domino per eam auferri contingat. Sed utilitas publica legum conditoribus ante omnia proposita est, quæ in eo versatur, ut legitimo tempore securi fiant rerum possessores, id est, certa cuique rerum suarum possessio sit.

Securus statim est.] Justin. de usucap. in fine: *Ut iosi quidem securi statim fiant.* Qui rem alienam emit à fisco. *ἰουδὺς ἔχει τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ,* Græci apud Harmenopulum manu exaratum. *τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ,* Theoph. sive agat, sive pulsetur emptor, quo plures illiciantur emptores rerum à fisco distrahendarum. Nec ob id tamen rem suam domino fisco eripere creditur, cum intra quadriennium ei adversus fisco regressus sit, & rei suæ recepto pretio nihil abesse videatur. Putavit nimirum Princeps, domino sufficere ad inquirendas res suas præfatum quadriennium.

Securus statim est.] Nec igitur opus est ea securitate, quam parit usucapio, vel longi temporis possessio, l. 7. inf. de longi temporis præscript.

Et satis igitur novum est, ut qui dominus non est, dominium in alium citra juris beneficium transferat. Sed fisci jus præcipuum est.

Intra quadriennium.] L. 2. inf. de quadr. præscript.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.

TIT. LIII.

Constitutio hujus tituli docet rei suæ venditionem esse etiam administranti rem alienam, veluti tutori & curatori, in cujus bonis pupillus vel adolescens habet tacitam hypothecam, five ex causa administrationis condemnatus sit, five non: videlicet cum sua causa, id est, jure hypothecæ. Et quæ res venditionem recipit, eam etiam recipere pignorationem, ut l. 9. l. II. §. usufr. D. de pign. nec interest cui pignori detur, fisco an privato. Nam fiscus cui specialiter res una obligatur, non habet tacitam hypothecam in ceteris bonis debitoris, l. ult. inf. de pac. con. Et similiter donatione tutori non interdicitur, aut testamenti factione, l. 17. inf. de adm. tut.

Enarratio.

TIT. LIII.

HAbet tacitam hypoth.] L. un. §. 1. infrà
de rei ux. act. l. pro officio 20. inf. de ad-
min. tut.

Cum sua causa.) Cum suo onere, l. un. h. t.
Jure hypothecæ.) L. si debitor 12. inf. de
distract. pign.

Et quæ res venditionem.) Argumentum du-
citur à venditione ad pignorationem, d. l. un.
ibi: *Potuit ergo*, &c.

Fisco an privato.] Itaque fiscus, qui tacitam
semper habet hypothecam, l. auferetur 46. §.
3. D. de jur. fisc. l. 2. inf. in quib. caus. pign.
vel hyp. tac. contr. non præfertur prioribus ta-
citam hypothecam habentibus, & longè mi-
nus expressam, l. si pignus 8. D. qui potior. l.
res quæ 22. §. 1. D. de jur. fisc. l. 2. inf. de pri-
vil. fisc. nam fiscus cui specialiter res una obli-
gatur, non habet tacitam hypothecam in cæte-
ris bonis debitoris.

L. ult. inf. de pact. conv.] Nam ubi cauta
est hypotheca, tacita non concurrit. Unde
vulgò jactatur, provisionem hominis tollere
provisionem legis. Cujacius igitur argumentum
ducit ex d. l. ult. & quod ibi dicitur de muliere,
trahit ad fiscum.

De pactis inter emptorem & venditorem
compositis.

TIT. LIV.

Hic tit. est de pactis quæ adjiciuntur emptioni venditioni ex continentibus, i. tempore contractus, l. pen. hoc tit. initio contractus, l. 5. vel tempore traditionis, l. in traditionibus D. de pact. Omnis traditio quæ fit ex causa, contractus est, emptio venditio contractus principalis, cui tamen alii contractus accedunt, veluti arræ datio, & traditio rei venditæ, ex quibus non alia actio datur quàm quæ nascitur ex principali contractu, empti scilicet & venditi, nec alia ex pactis quæ eis adjiciuntur, veluti ex pacto arrali, vel ex traditionis lege. Hæc vero pacta ut sunt varia, ita varias efficiunt ejusdem contractus formas. Nec si quæras quæ sit venditionis vel locationis, vel alterius forma, possim dare certam atque perpetuam, quod ea pendeat omnis ex varietate & qualitate pactio- num: contractum enim formant & actionem ipsam ex contractu. Denique contractus legem dant, atque ideo etiam leges dicuntur & conditiones passim in jure, leges emptionis & venditionis, imo emptiones & venditiones, ut l. 4. hoc tit. commissoria venditio, id est, venditio facta l. commissoria, ut si intra diem pretium vel pretii pars reliqua non solvatur, si ita venditor velit, res fiat inempta & venditori committatur artis non redditus, quæ tamen Imp. Antonio displicebat, & Cicero XII, ad Att. ait sibi iniquam videri. Præter

hanc & hæc in hoc. tit. proponitur, ut emptor præstet ufuras pretii ex tempore contractus. idem si ut venditor præstet: puta qui vendiderit vinum, oleum, frumentum, l. 15. supra de act. emp. & ut in partem pretii cedat si quid fiat vel non fiat ab emptore. Et ut venditori quandoque vel intra certum tempus redimere liceat rem venditam, quibus ex causis omnibus est actio empti, aut venditi in id quod interest, vel ut venditio rescindatur, nec necessaria est præscriptis verbis.

Enarratio.

TIT. LIV.

EX continenti.) Ut in l. 7. §. quin imò: D. de pact. l. 6. D. de Novat. incontinenti, l. 3. infra de ædil. ed. Excerpta ex vett. lexic. *in continenti*, *παρρηλική*, id est, continuo, confestim.

Arræ datio.) Arræ datio contractus est, l. 17. sup. de fid. instr. *ἀρρητικὸν συμβόλαιον*, *Arræ ræbonicus contractus*, Græcis.

Ex pacto arrali.) L. 3. sup. de action. emp.

Nec si quæras.) Contractuum certa forma non est: ut emptionis non est certa forma: variatur namque & mutatur pactationibus, quarum hæc est vis, ut contractum forment, reforment, transforment, & quasi deforment, lege nec ex prætorio 27. D. de reg. jur. Cuj. ad l. 52. D. de verb. oblig. quem vide ad l. 7. §. quin imò, D. de pact.

Contractum enim formant.) Pacta quæ adiciuntur ex continenti non pariunt actionem,

sed formant contractum, l. cum dotem 10. infra de jur. dot. id est, formam, & legem dant contractui, formant ipsam actionem, d. §. quia imò, id est, actionem ex ipso contractu. Cuj. Observ. II. cap. xv.

Actionem ipsam ex contr.) Id est, datur actio, qualis pacto informata est, non qualis citrà pactum daretur ex natura contractus.

Contractus leg. dant) L. contractus 23. D. de reg. jur.

Leges dicuntur) Vitruvius lib. I. cap. I. *Ut legibus scribendis prudentia caveri possit & conductori. Namque si lex perite fuerit scripta, erit ut sine captione uterque ab utroque liberetur*, l. veteribus 39. D. de pact. l. 1. §. ult. D. de aq. & aq. pluv. & in l. 2. inf. tit. 56. pactum dicitur, & postea lex. & lex commissoria, quæ conventio est, l. ult. in fi. D. de leg. commiss. pactum legis commissoriæ dicitur lib. IV. de feud. tit. LXVI. Aristot. Rhetoric. I. capite ult. *ἢ γὰρ συνθήκη, νόμος ἐστὶν ἴδιος, καὶ κατὰ μέρος. Interpreter anonym. Aphthonii: τῶν νόμων οἱ μὲν εἰσὶ κοινοὶ, ὡς οἱ καθόλου πρὸς τῶν τῆς πόλεως, οἱ δὲ ἴδιοι οἱ πρὸς τῶν πρὸς ἀλλήλους συμβολαίων.*

Et conditiones. L. sed Celsus 6. §. ult. D. de cont. empt. l. 2. h. t. l. ult. inf. si mancip. ita fuer. alien. Pompon. Mela cap. VII. *Ad dirimendum condicione bellum*: & mox: *Pacti de integro Donat. in illud Andr. act. 1 sc. 1. Accipit condicionem*: *Condicio est pactio certam legem in se continens.*

Leges empt. & vendit.] L. hanc legem 22. & l. pacta 72. §. I. D. de contrah. empt.

Ut si intra diem.] Ad diem, l. 2. D. de leg. commiss. l. ult. D. de rescind. vend. intra cer-

rum diem, l. 4. D. de leg. comm. intrâ certum tempus, l. 1. & 3. h. t. in diem statutum d. l. 6. §. 1. præstitutum legi commissoriæ, l. 7. D. de leg. comm. ex die d. l. ult. §. 1.

Si ita venditor velit.) Nec enim venditor invitus legem commissoriam exercet, l. 2. & 3. D. de leg. commiss. *Nam de commodo proprio licet unicuique detrahere*: ut ait Ascon. Pædian. 111. in Verr. & eis renuntiare quæ pro se introducta sunt, l. pen. sup. de pact.

Res fiat inempta.] Inempta, l. 1. 4. 5. & ult. invendita, d. l. ult. §. 1. ἀναγορεύς. Bas.

Venditori committatur.] Ut in l. 2. inf. tit. homo fisco commissus. Lex sive pactio commissoria, quæ etiam fiducia dicitur, in venditione ita fit, ut si ad diem emptor pretium non solverit, venditio resolvatur, & ipso jure rei venditæ dominium ad venditorem recurrat, ex Cuj. ad tit. xxix. lib. 1. de Feud.

Arris non redditis.) L. 6. & ult. D. de leg. commiss. imò nec pretii parte, quam numeravit, l. 4. §. 1. eod.

Imperator Antonino disp.) Non improbabat quidem, ut apparet ex d. l. 4. sed displicebat, ideòque adversus eam facilè integri restitutionem dabat, l. Æmilius 38. D. de minor. & ibi Cujac.

Cicero 12. ad Attic.) Verba ejus hæc sunt: *Si Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet, eamque ei solvi, ut nunc solvitur, certè nihil est commodius; sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi videtur esse æquum*, Epist. 28. in edit. Grut. al. 27.

Ex tempore contractus.) L. 3.

Idem si ut venditor.) Id est, si conveniat, ut

terdius traditi vini, olei, frumenti venditor u-
 furas præstet ex tempore contractus, l. ultra
 modum 15. sup. de action. emp.

Et ut in partem pretii.) Si rem vendiderit
 minorato pretio, ut loquitur Scævola in l. ult.
 D. de serv. export. certæ rei contemplatione,
 id est, si quid fiat. putà ut emptor quid solvat
 venditoris nomine, id videtur cedere in par-
 tem pretii, vel si ea lex venditioni dicta sit ne
 quid fiat, id est, ne fundus invito venditore
 alienetur ab emptore, l. 6. & ult. h. t.

Et ut venditori quandoque.) Ut rem vendi-
 tori revendat, l. 2.

Quandoque.) Pro quodcumque, ut supra
 ἢ διποτε χρόνω.

Vel intra certum tempus.] d. l. 2. & l. 7. h.
 t. Et hoc est alterum genus legis commissio-
 riæ. utrumque extat in l. statuliber 38. §. 2. D.
 ad leg. Falc. Græci ibidem: ὁ ὑπο ὠρισμένῳ ἡ-
 μέραν, καὶ ὑποθεματισμὸν πράξεις, ἢ ὑπὸ ὄργου τῆ
 ἀναλυθῆναι τῶν πράξεων, εἰ θελήσει ὁ πρῶτος.

Quibus ex omnibus causis.) si ad diem pecu-
 nia soluta non fit, emptor commisit in legem
 venditionis. itaque venditor rem vindicabit, si
 precariam possessionem concesserit, l. ult. D.
 de leg. comm. l. 3. & 4. h. t. vel aget ex vendi-
 to, ut rescindatur venditio: est quidem finita
 emptio: nam legis commissoriæ potestate resol-
 vitur: sed omnem dubitandi materiam sustule-
 re rescripta Antonini & Severi, ex quibus ac-
 tio ex vendito competit, l. 4. D. de leg. commiss.
 Sed etsi convenerit, ut venditori rem vendi-
 tam redimere liceret, actio ex vendito dabitur,
 nec erit necessaria actio præscriptis verbis, d.
 l. 2. Item usuræ à tempore contractus petentur

actione ex vendito, d. l. 5. vel actione ex empto, d. l. 15.

In id quod interest.) Si non fiat id de quo convenit, agetur ex vendito, ut venditio rescindatur, d. l. 6. vel ut venditor consequatur id quod sua interest, l. ea conditione 14. supra de rescind. vendit. Item si venditor eam legem dixerit, ne vicinus cui fundum vendidit, eum se invito alienet, & emptor rupta fide alienet, erit actio ex vendito, l. ult. h. t. cont. l. pen. D. de pact. Cujac. ad l. 122. §. coheredes, D. de verb. oblig.

Si servus exportandus veneat,

TIT. LV.

V. tit. 7. lib. 18. D.

SEquuntur pactioes quæ proprie in mancipiorum venditionibus addi solent, una in hoc titulo, altera in sequenti, & duæ in LVII. In hoc tit. ut servus qui venit, exportetur, quod est, ut aliquo ex ea urbe vel provincia amoveatur ubi venit, qua de re venditores cavere solent, vel quod ipsi eadem lege servos emerint, & stipulanti promiserint pœnam ni exportaretur, l. 7. D. de ser. exp. vel odio servorum quorum conspectum ferre non possunt, ut citra venditionem etiam legimus à dominis pœnæ causa ex urbe in villam servos ablegari, l. ex facto, D. de her. inst. Ea autem lege vendere Græcis est ἐπ' ἐξαγωγῆ. Demosth. in Timocratem: ἐπ' ἐξαγωγῆ φησὶ μὲν ἐκδύνασθαι, πέπευκε δὲ τὰ ἔργα, ubi Ulpianus, τὸ ἐπ' ἐξαγωγῆ τὸ πρῶτον.

καὶ ἐξω τῆς πόλεως. *Ælianus in epistolis: τὴν νόμον
 φωνὴν ἀπὸ ὠσομαι ἐπ' ἐξαγωγῆ. Dio LIV. καὶ τῆς ἡλι-
 κισ τοῦ πλεῖον ἐπ' ἐξαγωγῆ ἀπέδδλο.* Et lex ea dicitur
 non tam emptori quàm ipsi servo, sicut illa ne
 manumittatur, tit. 57. dicitur apta & colligata
 esse personæ servi, l. pen. vel ut manumitta-
 tur, vel ut non prostituatur. igitur neque ibi mo-
 rari servus ille potest, neque manumitti: unde
 exportari jubetur, l. 4. §. in illis, D. de manu-
 miss. aut si ibi manumittatur servus fiet fisci;
 alibi potest manumitti: nec enim hac l. manu-
 mitti vetatur, sed rursus post manumissionem
 si redeat, unde exportatus est, quia nec in em-
 ptorem jam ulla est actio, nec in manumissum
 manus injectio, constitutum est ut veniat in
 perpetuam servitutem fisci sub eadem lege, ne
 ibi moretur ubi venit, aut ut priori domino
 manus injectio sit, si ibi lege venditionis ma-
 nus injectionem exceperit. aliquando pœnam
 tantum stipulatur, & hoc casu si non pareatur
 legi venditionis, pœna committitur venditori
 & servus fisco.

Enarratio.

TIT. LV.

L Ex facto.) §. 3.

In epist.) Ep. pen.

Dio.) Adde: *Josephus ἀρχαῖα lib. xvii. cap.
 i. τοὺς πειχωμένους ἀπὸ δεινότητος ἐπ' ἐξαγωγῆ τῆς βα-
 σιλείας.* Quem locum non percepit Rufinus in-
 terpres Josephi: ἐπ' ἐξαγωγῆ τῆς βασιλείας ven-
 di, & peregre venire, & sub ea lege, ne
 in patria moretur, exportandum venire. Dio

Chrysoftomus in Rhodiaca: καὶ ἐκ' ἐπ' ἐξαγωγῆ, καὶ τὰ ὡς οἶμαι τὰ σφόδρα πονηρὰ ἀνδραπόδα Liban. declamat. xvii. ἐπ' ἐξαγωγῆ πωλούμενα Zosimus lib. iii. Ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου παρήγαγεν ἐπ' ἐξαγωγῆ. & lib. iv. οἷα δ' ἀπέλασεν οἰκέτας ἐπ' ἐξαγωγῆ δημοσία πωλεῖσθαι Basilica lib. xlii. tit. iii. εἰαν' ὁ ἀπὸ δέμεν ἐπιπὴ δούλον ἐπ' ἐξαγωγῆ πρᾶξιαι. Ulp. dixerat, *Ut exportandus veneat*, in lege 8. §. 2. famil. ercisc. *Quod aliis verbis extulerunt in l. 5. C. eod.* ὁ δ' ἄλλ' ἐξω τῆς πόλεως πρᾶθῆ Imp. Alexand. *ibid.* *Alter exportandus vendaretur.*

Servus fiet fisci.) L. 3. h. t.

Constitutum est.) L. 1.

Aliquando pœnam.] L. 2.

Si mancipium ita venierit non prostituatur.

TIT. LVI.

IN hoc tit. ne ancilla quæ venit habeatur in turpi quæstu, ut bene & pudice educetur, & prostituata ut confestim libera fiat, vel ut venditori in eam sit manus injectio, quam tamen si forte remittat, ipso jure libera fit sine patrono, quæ venditorem patronum haberet, si non excepta manus injectione hoc tantum cavisset, ut libera fieret, quæ pactio valet, etiam si fiat ex intervallo, ut vindicat l. 2. hujus tit. & perducit ancillam in libertatem, quod pudicitiae & libertatis favor extorsit. huic contraria pactio ut prostituatur, est contra bonos mores, & ideo nec sequenda est.

Enarratio.

TIT. LVI.

Turpi quæstu.) Quæstus meretricius turpis dicitur in l. 1. h. t. & meretrix turpiter facere, quòd sit meretrix, l. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. caus.

Ut bene & pudice educ.) Plaut. Curc. act. 4. sc. 2. *Eduxi hanc bene & pudice.*

Et prostituta.) Prostituta meretricio more, ut in l. si ea 22. inf. ad leg. Jul. de adulteriis. Glossæ gr. lat. *προϊσαμαγ ἐπὶ πόρνῃς.* prosto.

Manus injectio.) Manus injectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus, ut scribit Servius in x. Æneid. Manum autem injicere hic est, ancillam abducere, & manum ei porrigere, ne prostituatur, vel ne prostituta in turpi lucro maneat, auxilii ferendi causa, ut in l. causam 20. §. 1. D. de manumiss. *Ἀλλὰ τὸ βοηθῆσαι τῆς προδένῃ ἀνδραπόδῳ συμφορῆσει,* ut ibi Græci lib. XLVIII. Basilic. tit. 1. & hoc est quod dicitur in l. Titius 9. D. de serv. export. Manus injectionem ancillam eximere ab injuria.

Si forte remittat.) Id est si venditor patiat, ut ancilla corpore quæstum faciat, ut loquitur, l. ult. h. t. & Valer M. lib. vi. cap. 1. §. 6. & possit ancilla prostituui.

Remittat.] Sic legem remittere dicitur, qui ea lege vendiderat, ne aliquo loci moraretur, si patiat ibi morari in l. 1. D. de serv. export.

Ipso jure.] *αὐτομάτως.*

Libera fit.) L. 1. h. t. Licet antea venditor omnia

omnia bona obligaverit, quæ habet, habiturusve esset, l. si quis 6. D. si quis manumiss. et
 ὅτι καὶ ὑποκειομένη δανεισθῆναι, ὁμοίως ἐλευθ. ἡ. ἡ. ἡ. καὶ αὐτὰ
 ut ibi Græci XLVIII. Basil. tit. VI.

Sine patrono.] Nec enim æquum est venditori honorem haberi, & patronum ejus esse, quam prostitui passus est, l. sed si hac, lege 10. §. 1. D. de in jus voc.

Quæ venditor patron. haberet.) d. §. 1.

Si non excepta.) Ut l. 2. h. t. id est, si dominus sibi non excepisset manus injectionem, & contra legem venditionis ancilla prostituta esset, libera fieret, & venditorem patronum haberet. Sed excepta manus injectione, χειρὸς ἐπιβολῆναι Græci vocant, dominus manum injicit in ancillam suam, & eam vindicat.

Ut indicat, l. 2.) In illis verbis: *Et nisi tabulis venditionis inserta sit*, &c.

Perducit ancillam ad libertatem] Perducere ad libertatem est liberam efficere, ut in l. Titius 43. D. de actionib. emp. & l. ea quidem §. inf. tit. prox.

Favor extorsit.) Ut scilicet pactum ex intervallo proficit ad libertatem: pacta quæ fiunt ex intervallo nec pariunt, nec formant actionem, l. 7. §. quin imò, D. de pact. sed favor libertatis prævaluit. Favor libertatis & alias benigniores sententias exprimit, l. 32. in fi. D. ad leg. Falcid.

Si mancipium fuerit alienatum ut manumittatur vel contra.

TIT. LVII.

IN hoc titulo duæ: ut non manumittatur, quæ servum perpetuæ addicit servituti, adde vel ut manumittatur intra certum tempus, ut apud Suetonium in Aug. & Dionem LIII. vel ut manumittatur, cujus potestate cessante emptore ipso jure liber fit. & utrique pactioni supervacuum est addere stipulationem pœnalem: quia neque ille unquam pervenire, neque hic non pervenire ad libertatem potest. & rectè in tit. alienatum: nam pactionis utriusque potestas hodie tenet, non tantum venditum, sed etiam donatum vel alienatum alio quocunque genere.

Enarratio.

TIT. LVII.

IN hoc tit. duæ.) Hoc tit. duæ proponuntur pactiones, 1. ut servus non manumittatur, 2. ut manumittatur, l. 2. & 5. h. t.

Intra certum tempus.) L. 1. 3. & 4.

In Augusto.] Cap. XXI. *Neque, inquit, aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam multatus est pœna, quam ut captivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, neve intra trigesimum annum liberiarentur.*

Et Dionem LIII.) Verba Dionis hæc sunt:

συνέλκθε τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτε, ἐρ' αὖ

μωδὶς σφῶν εἰς τὸς εἴκοσιν ἰταῶν ἐλευθερωθεῖν.

Cujus potestate.) Ut legis commissoria potestas in l. si fundus 4. §. ult. D. de leg. commiss.

Ipso jure liber fit.) d. l. 2. l. 3. & 4. h. t. l. 3. §. 2. D. de legit. tut. Salvo tamen jure patronatus emptori, licet eum non manumiserit, l. 10. D. de in jus voc.

Addere stipulationem pæn.) d. l. 5. & l. 6.

Unquam pervenire.) Nec enim conditio quæ personæ mancipii cohaeret, immutari facto emptoris potest, d. l. 5.

Neque hic non pervenire.] Conditionis enim potestate factum manumittentis representatur, l. ult. h. t. nisi venditor ante diem libertati statutum voluntatem mutaverit, l. 1. & d. l. ult. Nec mutat l. 1. D. qui sine manum ad libert. perv. id enim intelligendum est secundum d. leg. initium, si post pænitentiam emptor & venditor decesserint sine herede. libertas ipso jure competit, quia nullius interest, ut ait Cuj. in recit. ad hunc tit. quæ est Græcorum interpretum sententia lib. XLVIII. Basilic. tit. VI τοῦτο ἔστι μόνον τοῦ τελευταίου ἀκληρονομήσει νοήσον.

Non tantum vend.) Constitutio D. Marci & Commodi pertinebat ad servos venditos, non ad donatos, sed postea porrecta fuit ad donatos, l. pen. D. qui si manum. l. 1. h. t. vide Cuj. ad l. 122. §. Flavius, D. de verb. ob. & ad l. 7. D. de pact.

De ædilitiis actionibus.

TIT. LVIII.

V. tit. I. 21. D.

Actiones empti & venditi, aut civiles sunt, de quibus ante dictum est, aut ædilitiæ, de quibus hic tit. nam & ex contractu emptio- nis, l. 23. §. si servus D. eod. & proximæ sunt empti actioni. & sunt duæ, redhibitoria, & æstimatoria. Redhibitoria agit emptor ad resol- vendam venditionem in integrum restitutis om- nibus ob morbum vitiúmve latens rei venditæ quod nesciebat, vel ob dictum proissumve ven- ditoris. quod si agat, offerre quidem, exhibe- re, & restituere rem debet, l. ult. hoc tit. sed officio judicis continetur; exempli gratia, si sine culpa emptoris servus quem emit sit in fu- ga, ut caveat de eo persequendo, requirendo, reducendo, restituendo, uel ut actionibus suis venditori cedat, l. redhibere, §. ult. D. eod. Alia est actio redhibitoria civilis, de qua ini- tio, l. pen. hæc est perpetua, ædilitia tempo- ralis, hæc rem persequitur, ædilitia videtur esse pœnalis, l. 23. §. si servus, l. 45. D. eod. quo respiciens Horatius pœnæ securum ait esse cum qui in vendendo servo excipit fugam.

Des nummos, excepta nihil te si fuga ledat

Ille feret pretium pœnæ securus opinor

Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.

Æstimatoria autem emptor agit in hoc ut quan- to plaris emisset ignorans rei qualitatem, aut quantitatem, id venditor qui etiam ignoravit

damnetur sibi reddere, quæ actio etiam temporalis est, l. 2. hoc tit. & pertinet ad eam l. 9. sup. de act. emp.

Enarratio,

TIT. LVIII.

A Ut civiles sunt.) Actiones empti & vend. civiles sunt, l. 8. D. de resc. vend. l. proinde 53. D. ædil ed.

Aut ædilit.) Quæ descendunt ex edicto ædilitio, & honorariæ sunt actiones, jus enim ædilitium juris honorarii portio est, §. prætorum, Inst. de jur nat. quæ civilib. & legitimis opponuntur in l. 28. de leg. 1. & l. 32. D. ad leg. Falc. ut edictum juri civili, l. 44. D. cod.

Ex cont. emp.] Actiones quoque ædilitiæ ex contractu emptionis veniunt, & similes sunt empti actioni quædam tamen inter has differentiæ sunt, quas exequitur Cujac. par D. eodem tit.

Ad resolv. vend.) Venditio resolvitur, l. 23 §. 1. eod. & res inempta fit, l. 38. eod. Hoc enim agitur ut venditor rursus habeat, quod habuerit: unde redhibitio, quasi redditio, l. 21. eod. ἀνταπόδοσις Glossæ latino-gr. redhibitio ἀνταπόδοσις. Glossæ græco-lat. ἀπκαταίσις, restitutio, redhibitio. Irenæus advers. hæret. v. cap. XIV. Quoniam carne Domini nostri redemptus es, & sanguine ejus redhibitus. Valerianus homilia IV. Redhibitionis increpare moram, & ibidem: Non lentanda redhibitio. Festus in redhibitum, & redhibere est reddere. Plaut. Mostell. act. 3. sc. 2. v. 113. Nobis istas redhibere hand lice-

ret. S. Hilarius comment. in Matth. can. xxiii. *Quibus ait: Cæsari redhibenda esse quæ Cæsaris sunt, Deo autem reddenda esse quæ Dei sunt.* Et mox: *Cum Cæsari quæ ejus essent redhibenda decernit.* Petrus Ravennas Sermone I. *Qui vicem nescit redhibere generanti.* Ennodius epist. 10 lib. 3. Glossæ græco-lat. ἀποδίδομι, *reddo, redhibeo.*

In integr rest.) Venditor rem venditam recipit, l. 31. eod. cum accessionib. d. l. 21. §. 1. emptor vero pretium: uterque enim quodammodo restituitur, d. l. 23. §. Julianus.

Omnibus.) Omnia in integrum restituuntur perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset, l. 1. §. 1. & l. 90. eod.

Ob morb. vit. lat.) Edictum ædilium curulium præcipuè quidem pertinet ad mancipia, & animalia d. §. 1. & l. 38. in pr. & §. jumentorum, & seq. eod. Hesychius: ἀναγωγὴ, ἡ τῶν πρὸς δέντρων ἀνδραπόδων ἀναδόσιν ἐχόντων αἰτίαν πινά. Sed pertinet quoque ad venditiones rerum mobilium & immobilium, l. 49. eod. l. 4. vers. idem h r.

Morbum, vitiumve.) an morbus & vitium distent in edicto ædilitio, vide d. l. 1. §. sed sciendum est, Aulus Gell. lib. IV. c. II.

Latens.) venditor emptorem certiore facere debet, quid morbi vitiiue cuique sit, idque edicto propositum est, d. l. 1. §. 1. Gell. d. c. 2. Vetus Scholiastes Horatii ad sat. 3. lib. 2. *Sumptum est hoc argumentum à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia sibi cognita tam animi, quam corporis debebant aperire emptori, nisi postea litigare vellent propter celatum vitium.* Marcus Tullius I I I. de offic. In man-

cipiorum venditione fraus omnis excluditur : qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto ædilium. Generaliter scribit Valerius Maximus libro VIII. cap. 1. §. 1. Bona fides venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportere. Adde Ambrosium de offic. II. cap. x. & Lactantium Institut. divinarum libro v. cap. xvi. Ergo qui mancipia vendunt, certiores facere debent emptores quid morbi vitii-ve cuique sit, quis fugitivus, errove si, d. l. i. Erro paulo minus est quam fugitivus, qui ad modicum tempus fugit, minus quam erro. Sic D. Paulus epistola ad Philemonem Onesimi fugam lenitate verbi mitigat: *Forsitan enim, inquit, ideo discessit ad horam à te.* Theophilactus ad d. epistolam: *ἐν φήμας ἢ καὶ πλὴν φυχῆς, χωρισμὸν γαλεῖ.* Sic in l. igitur 12. §. 1. D. de liber caus. *recescit*, i. fugit, in Basilicis. Per contrarium notant Servius & Donatus in JV. Æn. fugam dictam pro discessu & profectioe. Nisi forte intelligatur vitium morbusve mancipii, ut plerumque signis quibusdam solent demonstrare vitia: hoc enim tantum intuendum est, ne emptor decipiatur, dicta lege 1. §. si intelligatur.

Quod nesciebat.) Si emptor morbum vitiumve ignorabat: edictum enim ad eum qui sciebat non pertinet, l. 48. §. in ædilitiis cod. l. 1. & 4. h. t. Ei igitur qui sit exceptio opponi potest: si non scivisti. Horat. ep. 2. lib. 2. *Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.* Venditor tamen tenetur licet ignoraverit ea quæ ædiles curules præstari jubent, quod rationem habet, venditor enim ea nota habere potuit.

nec interest emptoris quemadmodum fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate, d. l. 1. §. 2. Sed hoc interest inter scientem & ignorantem, quòd qui dolo malo servum fugitivum vendidit, non modo pretium emptori restituere jubetur, sed & ea quæ servus per fugam abstulit. Paul. Sent. 11. tit. xvii. §. servus, l. 1. h. t. nisi si pro his servum noxæ nomine velit relinquere, l. 58. D. eod. ignorans verò tenetur quidem actione redhibitoria, d. §. 2. Sed pretium duntaxat restituet: quæ distinctio servatur in actione empti, l. Julianus 13. D. de action. emp.

Vel ob dictum, promissumve.) Actio redhibitoria datur etiam ex dicto, promissove: ut si dixerit abesse aliquid, quod non abest, vel adesse quod non adest, ut puta si dixerit furem non esse, & fur sit, vel artificem esse, & non sit: qua ex causa dicitur esse actio adversus dictum, promissumve, l. quod venditor 37. D. de dol. 47. & l. pen. §. 1. D. eod. hic enim quia quod asseveravit non præstat, adversus dictum, promissumve facere videtur, l. 17. §. ult. eod. quemadmodum autem dictum discernatur à promisso, docet, l. c. in l. 19. §. 2. eod.

Exhibere & restit.) Cujacius Græcos interpretes sequitur, qui τὸ exhibere in l. ult. h. t. vertunt, *παρὰ τὸν πωλῆν*, lib. xix. Basil. tit. x. cap. 56. quod est, *exhibere & restituere*, non probare, ut vult Glossa. Qui igitur agit redhibitoria, rem debet venditori restituere: aut si non possit, officio judicis continetur, ut venditor caveat de servo persequendo, ut in l. 21. §. ult. D. de leg. 1. requirendo, ut in l. 39. eod. reducendo, ut in l. 8. de leg. 2. restituendo, d. §.

ult. vel ut actionibus suis venditori cedat, l. 21.

D. de rei vendic.

L. penult.) Si convenerit, ut si fundus displicuerit, inemptus sit, & displicuerit, agatur redhibitoria, d. l. pen. frequens est ejusmodi conventio, l. 6. D. de rescind. vendit. l. 31. § si quid ita D. eod. Plautus in Merc. act. 2. sc. 3.

CH. *Quid si igitur reddatur illi unde emptæ est?*
DE *minimè gentium.*

CH. *Dixit se redhibere si non placeat.*

Hæc est perpetua.) Ut & actiones civiles ex empto vendito perpetuæ sunt, l. si dictum 56. D. de evict. l. empti 21 inf. eod.

Ædilitia temporalis.) Semestris, l. 19. §. ult. l. 38. l. 48. §. 2. D. de æd. ed. l. 2. h. t. Excipiuntur casus expositi à Cuj. de divers. temp. præscr. cap, 13. quib. & bimestris.

Ædilitia videtur esse pœn.) Quippe cum in duplum condemnatio fiat, nisi arbitrio judicis pareatur, l. 45. D. eod. Cuj. Parat. D. eod. sed neque venditoris reticentia delicto caret, d. l. 1. §. sed sciendum.

Horat.) Epist. 11. lib. 11.

Æstimatoria.) Sicut redhibitoria duplex est, ædilitia & civilis: ita etiam duplex est æstimatoria: civilis & ædilitia. illa de æstimato proponitur, l. 1. D. de æstimat. & §. actionum autem, Instit. de action. id est, est de re, quæ æstimata vendenda data est. ædilitia verò hoc agit ut æstimetur quanto minoris empturus esset, si scisset, putà mancipii morbum, vitiumve: & ideò dicitur quanti minoris, l. 47. D. de ædilit. ed. vel quanto minoris: l. 18. & l. 43. §. aliquando eod. l. Julianus 13. D. de act. emp. & convenienter emptor petit sibi reddi quanto

pluris emit, ignorans rei qualitatem vel quantitatem, d. l. 13. §. si venditor. puta mancipium morbosum esse, vel minus peculiatum. In eo igitur redhibitoria differt ab æstimatoria, quia actio redhibitoria venditionem rescindit in totum reddita re vendita, & pretio recepto, cæterisque omnibus restitutis in integrum. B. Chysoftomus serm. xxviii. tom. v. οἰκέτω σκαυὸν φανέντα ἀποδοῦναι τῷ πεπρακὸς πάλιν ἀφίεται. Æstimatoria verò rescindit in partem, ex pretio scilicet emptori reddito eo quo minoris res est. Cuj. Par. D. eod. ait, quo minoris res est, ex l. 38. eod.

Qui etiam ignoravit.) Nam qui sciens retulit, quanti interfuit idoneè venisse præstat, d. l. 13.

Temporalis est.] Actio æstimatoria quanto minoris, sic etiam appellatur in l. 18. & l. 43. §. aliquando, annalis est, l. 2. h. t. Excepto uno casu, quo ex hac causa sex mensibus utilibus concluditur, quòd ædilitiæ cautiones non præstentur, l. 28. Veluti fugitivum non esse, rectè sanum esse, hodie esse, bibere rectè posse, habere licere duplæ stipulatione, l. 28. eod. Cuj. Par D. eod. l. ex empto ii. §. 3. D. de action. emp. Varro de re R. 2. c. 2. 3. 4. & 10.

De monopolis & conventu negotiatorum
illicito, vel artificum ergo laborum-
que, nec non balnearum prohibitis
illicitisque pactationibus.

TIT. LIX.

Sic emendandus est titulus, & sunt ejus tres
partes. Prima de monopolis. Utitur verbo
Græco, deficiente Latino; ut Suetonius scribit
Tiberium in senatu abstinuisse sermone Græco,
adeo ut monopolium nominaturus prius veni-
am postularet quòd sibi verbo peregrino uten-
dum esset. Et est monopolium vendendæ certæ
mercis jus quod unus certive homines sibi vin-
dicant permissu principis sub onere vestigalis,
ut Strabo xvii. de Ægypti mercibus scribit, τῶν
βαρυτίμων βαρεὰ καὶ τὰ τέλη, καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπω-
λείας ἔχει. Id vero omnimodo improbat Consti-
tutio hujus tituli, ut nec si permissus princi-
pis interveniat, cuiquam cujusque mercis mo-
nopolium exercere permittat, proposita in eum
qui exercuerit pœna deportationis: & inter
merces numerantur, quarum plerumque mo-
nopolium exerceri solebat, vestes & pisces, &
pectines quibus scilicet comuntur diducunturque
capilli: & herinacei quorum cute expoliuntur
vestes, & in quibus fraus & monopolium, ut
nominatim Plinius scribit lib. viii. magnum
lucrum invenit. Secunda pars est de conventu
negotiatorum illicito, id est de conventionem il-
licita qua inter se quasi conspiratione facta ne-
gotiatores paciscuntur in populi perniciem; ne

minoris ulli vendant merces suas eo quod stauerint convenerintque invicem. Tertia est de aliis artificum, fabrorum, officinatorum, & ergolaborum, i. redemptorum, qui opus conducunt faciendum, & balneatorum illicitis pactationibus, puta, ut ne quis opus quod alter inchoaverat, absolvat, de quibus etiam est l. 12. §. ult. inf. de ædif. pr. cujus fortasse ea pars quæ ad hunc tit. pertinet huic titulo supposita fuit. nam in veteribus libris adnotatum lego hoc titulo deesse Constitutionem Græcam.

Enarratio.

TIT. LIX.

SUETON.] Tiberi cap. LXXI.

Quod unus certine homines.) Diodorus Sic. lib. v. εἰδαιμὲν γὰρ τῆς οἰκισμένης τῆς συμπληρίας γινομένης, καὶ πολλῶν χειρῶν παρεχομένης, οἰκότως μονοπωλίον ἔχοντες, καὶ τὰς τιμὰς ἀναδιβάλλοντες, πλεῖστος χειρματῶν λαμβάνουσιν ἄπιστον. Procop. in ἀνεκδότοις. πάντῃ γὰρ ἐν θυῶν τῆς Ἀλεξάνδρειας πωληθῆναι εἰς τὸ καλεῖσθαι μονοπωλίον καὶ τὰς πωλῆσιν, ἄλλων μὲν ἐμπορίων εἰδέναι τὰ πλεῖστα δὲ τῶν ἐργασίαν ἐργαζομένων εἶωθες. Alemannus : εἶα γε. Joannes Scylitzes in historiæ compendio : φέρονται ἐν τῇ Ρωμανίᾳ, καὶ μονοπωλίον συνεστήσατο, καλύσας, καὶ ἀπείρξας τὰς πωλῆν τὰς ἀπωθῆναι, τὸ βασιλικὸν ἢ μόνον πρῶτον εἰρηχαιήσατο. Officinam in Rhædesto & monopolium instituit, prohibens & coercens omnes vendentes, solumque Imperatoris forum, venale machinatus est. Quæ verba optime quid sit monopolium explicant. v. Aristot. Polit. i. cap. ii.

Sub onere vectigalis.) Quod monopolium, ut videtur appellatum. Cassiodor. l. II. Var. IV. *Siliquatici, vel monopolii titulos exercentem. Et epist. 30. Nec monopolii, nec siliquatici, nec Aurariae aliquid pensionis impendat. Cujac. ad tit. C. de lustral. aut collat. & lib. XVI. Observ. cap. XXIII.*

Improbat constitutio.] Et veteribus quoque Senatusconsultis monopolia vetita, Plinius lib. VIII. cap. XXVII. Sueton. Tiber. cap. 30. Merces enim, quarum monopolium exercent, vastant, & in populi perniciem non justo pretio vendunt. Procop. ἀνεκδ τὰ λεγόμενα κεραισσομένη καὶ μονοπώλια, ἢ τετραλάσια τιμήματα πάντας ἀρᾶς δρώπας ἐπερστέλο. Justinianus non sine scelere monopolia mercium exercere permittebat, αὐτὸς μὲν τίμημα τῶν ἐργαστέων ἀνελφορροσούμενων. ut ait Procopius libro eodem.

Vestes.) *Puta sericæ, Procopius ibid.*

Pectines.) Cujacius Græcos sequitur, qui vertunt, ἡκτενίς, vel *pectinis*. Liccat hic tantillum à Cujacio discedere: videtur enim legendum in l. un. *vel piscis pectinum forte, aut echini*, ut duo piscium genera exempli loco ponat, de quibus Horatius sat. IV. lib. II.

———— *Miseno oriuntur echini,*

Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.

Emendationem confirmat dictio, *forte*.

Herinacei.) Echini, l. un. h. t. Glossæ: ἐχίνος. *Erinaceus, echinus. Cassiodorus 3.*

Lib. 8.) C. 37. Vide Cuj. d. tit. de lustr. au. collat.

De conventu negotiatorum.) Ut apud Ciceronem epistola 3. lib. VI. ad Attic. *Ex pacto & conventu.*

Negotiatorum.) Basilica : *περὶ μαγατεῦτων* ,
 atque ita græcè verbum negotiatores extulit
 Glossa interlinearis ad l. pen. suprâ de obligat.
 Glossæ græcolatinæ : *περὶ μαγατείας* , *negotiatio* ,
nundinatio. Et : *περὶ μαγατεῦτης* , *negotiator*. Sunt
 autem hic negotiatores, secundi, ut ita dicam,
 ordinis mercatores, quique mercantur à merca-
 toribus, quod statim vendant cariùs. Quan-
 quam & omnes, qui mercimonium exercent,
 hoc est, tam magnarii negotiatores, quàm te-
 nuiores, si conventiones illicitas inierint, hac
 constitutione comprehendi non immeritò pos-
 sunt.

Quasi conspiratione facta.) Compacto fac-
 to. Glossæ latino-græcæ, *compactum facit*, *συμ-
 διάζεις*.

Artificum.) Artifices differunt à negotiato-
 ribus. Joannes Hierosolymitanus in Matth. cap.
 XXI. hom. XXXV. Ego ostendam qui non est nego-
 tiator, ut qui secundum regulam istam non fue-
 rint, intelligas omnes negotiatores esse: id est,
 quicumque rem comparat, non ut ipsam rem in-
 tegram, & immutatam vendat, sed ut opus fa-
 ciat ex ea, ille non est negotiator: quia qui ma-
 teriam operandi sibi comparat unde faciat opus,
 ille non rem ipsam, sed magis artificium suum:
 id est, qui rem vendit, cujus æstimatio non est
 in ea ipsa re, sed in artificio operis, illa non est
 mercatio, ut puta faber comparat ferrum, & fa-
 cit ferramentum, sed ferramentum illud non
 tantum habet ferri, quantum valet, sed secun-
 dum opus ferramenti appretiatur. Qui autem
 comparat rem, ut illam ipsam integram &
 immutatam dando lucretur, ille est merca-
 tor.

Fabrorum.] §. certè, Inst. de rer. divis. ædificiorum artificum, l. un. h. t. Plautus Mostel. act. 1. sc. 2. *Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio. Nam ego ad illud frugi usque & probus fui, in fabrorum potestate dum fui.*

Officinatorum.) ὀμῶν μοι λέξεις. Vitruvius lib. VI. cap. XI. *Officinatoris probabitur exactio.*

Ergolaborum.) ἐργολάβων, Basil. Ergolabi sunt cujuscumque operis faciendi conductores. Glossæ græco-lat. ἐργολάβος, *redemptor*. Latino-græcæ: *redemptor* ἐργολάβος, ἐκλήπιωρ. Vitruvius lib. IX. c. XIII. *Immani pretio (auream coronam) locavit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori. & ibidem: Manifestum furtum redemptoris.* Julius Frontin. de Aq. quæd. *Tutelam autem singularum aquarum locari solitam invenio, positamque redemptoribus necessitatem certum numerum circa duētus extra, & urbem certum in urbe servorum opificum habendū.*

Cujus fortasse ea pars.) Circa fin. ibi πρὸς οὐρανόν.

De nundinis & mercatibus.

TIT. LX.

V. tit. II. lib 50. D.

Sic Constitutio tituli ut legam facit, non mercationibus. Nundinæ sunt πανηγύρεις, & celebriores mercatus qui habentur certis statisque temporibus maximo conventu mercatorum in his locis quibus jus eos habendi datum

est longa consuetudine, aut beneficio Principis, vel Senatus vel Consulium, vel ut est in No. Valentin. & Mart. de siliquarum exactio-
nibus, decreto ordinum honoratorum & ci-
vium præsente moderatore provinciae. Quod
autem scribit Festus, nundinarum diem olim
fuisse feriatum, nec eo licuisse agere cum po-
pulo, ne interpellarentur nundinatores, id in-
termissum cum esset, & obrogatum lege Hor-
tensia, ut Macrobius refert, Constitutio hu-
jus tituli revocat, definiens ne qui ibi conve-
niunt interpellantur privati debiti causa, ut l.
3. §. ult. D. de fer. & ne quid etiam ex merci-
bus, aut venalibus servis negotiatorum, & ex
quæstu temporali locorum in quibus exponunt
merces exigatur intra nundinatum dies, quos
fuisse plures indicat l. eum qui, D. de verb. obl.
quam immunitatem solis veteranis dederat
Constantinus l. 1. infra de veter. & ex supradi-
cta Nov. Valentin. & Mart. nundinis etiam
præbentur fisco siliquatica quædam. Mercatus
non ita sunt celebres ut nundinæ. Mercatus
sunt parvæ nundinæ, in idiotismo, *assemblées*.
Mercatus unius civitatis aut vici. Nundinæ u-
nius provinciae vel imperii.

Enarratio.

TIT. LX.

Nundinæ sunt πανηγύρεις.) Glossæ lat. gr.
nundinæ, αγοραί, ἀγοραί, πανηγύρεις Item
nundinarum, πανηγύρεων. Cic. 1. epist. ad Atti-
cum 14. Erat in eo ipso loco illo die nundina-
rum πανηγύρεις.

Et celebriores mercatus) Glossæ gr. lat. *nundina*, ἀγορά.

Certis statisque diebus.) Olim nono quoque die, Dionys. Halicarn. lib. 2. & 7. Plutarchus in Coriolano. Nunc vero quo die jus illud à Principe conceditur.

Maximo conventu mercatorum.) Hinc conventus pro nundinis. Gloss. lat. gr. *conventus*, ἀγορά Græco-lat. ἀγορά, ἡ τῶν ἀνίων *nundinae*. Eusebius in Cantica Canticoꝝ. ἡ τῶν ἰππευθῶν πανήγυρις, ἢ ἀγορῶν ὀνομαζοῦσι Psellus ibid. εἶπον ἀγορῶν καὶ ἀνίων πανηγυρις. D. Chrysoſtomus homilia XXI. de B. Philogonio: πανήγυρις ἔστιν ἕτερον ποιεῖν εἶωθε, ἀλλ' ἡ πλῆθος τῶν συλλεγεμένων, καὶ ἡ δαψίλεια τῶν ἀνίων.

Beneficio Principis) L. 1. D. eod. & l. un. h. t.

Vel Senatus] Plinius epist. 14. lib. v.

Vel Consulium.] Sueton. Claudii cap. XIX. *Jus nundinarum in privata prædia à Consulibus petiit.*

Festus.] In v. Nundinas. *Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa: eumque ne fastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Servius in primum Georgic. Varro dicit, antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent. Glossæ lat. gr. *nundinarum*, ἑορτῶν.

Ut Macrobius refert.) Lib. I., Saturn. 16. his verbis: *Lege Hortensia effectum, ut facta essent: uti rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent: ne fasto enim die Prætor fari non licebat.*

Constitutio hujus tit. revocat.] Et nundinarum ergo dies feriati, quatenus privati debiti causa nundinatores interpellare non licet. Nundinas Græci vertunt, ἀτελείας, vacationes. Glossæ lat. gr. *nundinæ*, ἀτέλειαι. Excerpta ex vet. Gloss. tit. de dieb. festis, *nundinæ*, ἐνιαυ, ἴσως, ἀτέλειαι.

Aut venalibus ser.) Observa in l. un. h. t. separari *merces à venalibus*. Sic enim ibi habent libri vet. Plaut Trinummo Act. II. sc. II. *Mercuriam; an venales habuit?*

Siliquatica quædam.] Siliquaticum in nundinis exigitur ob venditionem proponendam, quod Græci κεραισμιὸν appellant, Cujac. ad tit. 1. lib. II. C. & Obs. XVI. 23.

Parvæ nundinæ.] Promiscuè tamen mercatum pro nundinis auctores dicunt. Velleius lib. 1. *Is eos ludos, mercatumque instituit.* id est, πανήγυρι, Strabo 8. Glossæ: *Mercatus*, ἀτέλεια, πανήγυρι. Isidorus Originum v. cap. xv. *Mercatus dicitur cætus multorum hominum, qui res vendere & emere solent.* Sic Cic. mercatum vocat cætum & conventum mercatorum, Tuscul. v.

De vectigalibus & commissis.

TIT. LXI.

ETiam hic titulus pertinet ad negotium Emptionis & venditionis, de quo orsi sumus dicere à tit. 38. nam vectigalia sunt portoria quæ debentur fisco vel Reip. ex mercibus aut venalitiis quæ huic oneri subjiciuntur. Onus est mercium, non mercatorum. nam & qui

mercatores non sunt, quæ sunt in merce si vehant, vectigal pro his quæ vehunt, debent, etiam in transitu pontis, l. cum in plures §. pen. D. loc. Seneca 2. de tranq. vitæ Cogitans & in pontibus quibusdam pro transitu dari. In itinere, l. si quis pro uxore, D. de don. int. vir. & uxor. Et rursus, onus est peregrinarum mercium, quæ importantur, ut l. ult. §. species, D. de publico quod Suetonius Julium instituisse scribit, vel etiam quæ exportantur ad peregrinos. Et octava, l. 2. suprâ de eunuch. l. 7. infrâ de loc. l. 7. & 8. hoc tit. quæ, ut l. 5. indicat, exigitur per stationarios & urbanos milites, qui scilicet portitoribus vel octavariis adsident feruntque suppetias, ut Dio declarat LIV. de quibus est accipienda secunda pars l. miles, D. ex quib. cau. maj. Commissum autem est mercium casus in fiscum quæ ad publicanum professæ non sunt. Vel, pœna omissæ professionis, publicatio scilicet mercium aut vœnalianam improfforum. & nomen ex eo quod in legem censoriam, quæ locatione vectigalium portitoribus indicitur, committat is qui professionem omittit. Varro de re rust. Ad publicanum profitentur ne in legem censoriam committant.

Enarratio.

TIT. LXI.

Portoria quæ.) L. 3. h. t.

Fisco.) L. 6. h. t. l. 17. D. de verb. sign.

Vel Reip.) L. fundus 9. D. de rescind. vend.

l. 13. §. 1. D. de publican. l. ult. h. t. In Glossis

Philoxeni *vectigalia*, exponuntur, *περόσειδοι δη-
μόσιαι*.

Venalitiis.] Pro servis venalibus, ut in l. 5. §. 1. D. de ju. deliber. & l. un. sup. tit. prox. nisi magis placet, ut ibi legatur, *in venalibus*, quæ veterum codicum lectio est. utrumque re-
ctum est. Horatius sat. 1. lib. 1. *venales inter*.

Quæ sunt in merce.) Pro rebus promerca-
libus vectigal debetur, non etiam pro his, quæ
quis usus sua causa vehit, d. l. 5. Cogimur ta-
men ea quoque quæ vectigal non pendunt, pro-
fiteri. Vide Cujac. Observ. lib. xvi. cap. 3.
Quintilianum declamat. ccclix.

In transitu pontis.) Capitularia Caroli M.
lib. 11 cap. xii. *Placet nobis, ut antiqua & ju-
sta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de
pontibus, quamque de navigiis. Pontaticum
dicitur Aimoinus lib. v. cap. 1.*

Seneca 2. de tranquillit. vitæ.] Cap. xiv. Ho-
die inscribitur, de constantia sapientis, sive,
quod in sapientem non cadit injuria

In itinere.) Scribit Herodianus lib. 2. per-
tinacem remisisse vectigalia, quæ exigebantur
in portibus, ripis fluminum, & in itinere. Τέ-
λητε πάντα πρότερον ἐπὶ τῆς τυραννίδος εἰς εὐπορίαν
ρημαίων ἐπινοηθέντα, ἐπὶ τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ
λιμέσι πόλεων, ἔντε ὁδῶν πορείας καὶ ἀλυσίας εἰς τὸ
ἀρχαῖον, καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκεν.

Suetonius.] Julii cap. lxxiii.

Vel etiam quæ exportantur.) Aristoteli Oe-
conom. 2. ἐξαγωγήματα. vide Marmor Arundellia-
num apud Joannem Pricæum Notis in Apolo-
giam Apuleii.

Per stationarios.] Vet. Onomast. *Stationa-
rii milites*, *φωλακαὶ*. v. lib. lx. Basilic. tit. vii.

Quisilicet portitoribus.] Portorium est ve-
 stigal portus, τέλϷ ἐν λιμένι, Glossis gręcolat.
 Lucilius: *Qui inscriptum ex portuportant clau-*
culum, ne portorium dent. inscriptum heic est
 ἀγροφον improfellum. & eius conductores, por-
 titores. de his vide Cic. in Pisoniana, & Epist.
 1. lib. 1. ad Q. fratrem. Donatum ad Terent.
 Phorm. act. 1. sc. 2. in si. Asconium in Divinat.
 Non. Marcell. in portitores, & portorium.
 Imò latiùs hęc appellatio serpit, & ad omnium
 vestigalium conductores producitur Et por-
 titorum igitur nomen interdum generale est,
 ut publicanorum. Glossę latinogr. portorium,
 τελωνεϊον, portior, τελώνης Velleius 11. cap. vi.
 Nova constituebat portoria. Symmachus epist.
 63. lib. v. *Quadragesimę portorium, sive vesti-*
gal. & portorium ferarum, epist. 60. ibid.

Publicani à publico nomen habent l. i. D. de
 publican. Notatius epist. 1. libri 1. *Pars homi-*
minum gestit conducere publica. julianus Anteces-
 sor Nou. xiv. *Publicum debent, veluti tributa.*
 δημοσίαις μόρϷς, Justinianus Nov. xlvi. Censo-
 rinus de die nat. cap. xx. *Aut publici redemptor*
ex anni magnitudine in lucro damnove esset.
 Fragmentum legis Thorię: *ei quicumque id*
publicum, fruendum, redemptum, conductum-
ve habebit. Publicum gręci exponunt τέλοϷ
 Basil. lib. lvi. tit. 1. Alias publicum vestigal
 appellatur in d. l. 1. §. 5. l. 9 §. vlt. l. 12. §. vlt.
 eod. l. 9. §. 2. D. de pœn. Glossę: τέλοϷ δημο-
 σιον vestigal: tributum. Tit. Livius xliii. *Ne*
quis eorum qui Q. Fulvio, A. Postumio Censo-
ribus publica vestigalia, aut ultro tributa con-
duxissent. Vitruv. vi. *Ad vestigalia publica re-*
stę erunt disposita. ἀπὸ τῶ δημοσίαις, δημοσίαιας

ἀπὸ τῶν τέλων τελώναις, Græci nuncupant. Glossæ latinogr. *publicanus*, δημοσιάνης, τελώνης. Zonaras ad can. 20. 1Apost. τελώναι δ' εἰσὶν, οἱ τὰς ἀπαιτήσεις ἀνθρώπων τῶν δημοσίων σωτελεῖων. Theophylactus ad cap. v. Luca: οἱ τελώναι, οἱ τὰς δημοσίων τέλων ἀνθρώποι. Id est, Qui victigalia conducunt. Ulpianus in Timocrateam. Et latini, telonatum fecerunt. Glossæ græcolat. τελώνιον, *telonatum*, & teloneum. Glossæ Dosithei magistri: *Teloneum, quasi omnium littorum fiscalis conductio*. Sic legitur in scripto codice. Glossæ Isidori pro, *littorum, littorum*, habent. an legendum, *omnium titulorum fiscalium cond.* Et telonearius: Gualterus in vita S. Caroli Comitis Flandriæ cap. 30. *In domo Reingerii telonearii aliquandiu mansit*. Hincmarus Rem. op. xxxv. Helmigrarium telonearium. Quanquam non disciplicet emendatio Francisci Pithæi qui in d. l. i. *publicarii nomine*, legit: nam minus ab est à vulgata, *publicani nomine*, Glossæ græcolat. δημοσιον τελώνιον, *publicarium*. Invenio & publicatorem pro publicano. Vetus Onomasticum: *publicator*, τελώνης.

Octauariis.) Qui octavam partem mercium exigebant. Ioannes Cantacuzenus hist. libro IV. 12. meminit legis veteris, qua cautum erat ut mercatores singuli ærario decumas soluerent, vide Demostenem adversus Leptin. Qui eas colligebant. δεκατηνάρη & δεκατηλόγρη dicti, decumani.

Commissum) Cicero in verrem: *Qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent*: Pœna omissæ professionis apud alias gentes mors. Strabo lib. xv. δὲ τῶν κλέπτων τὸ τίλον.

Mercium casus) In commissum cadere, l. ult. D. de publican. in commissum venire, Quintilian. declamat. ccclix. Hinc commissi pœna, l. 7. §. 1. eod. κλεπιτοτελωνημερο græci vocant, Basilic. lib. LVX.

Omissæ professionis) d. l. 3. pœna inscriptarum mercium: τῶν κλεπιτοτελωνημένων, Tzetzes Chiliad. XIII. tit. ccccxcii.

Publicatio.) l. 2. & 3. h. t. l. 14. D. de publican. Quintilianus declamat. 34. *Quamvis pœnasit, quamvis in commissum veniant ea, quæ quis professus non est.* Gloriæ lat. gr. *commissum*, σηρησιμον eripiuntur enim merces ei, qui professionem omisit, & fisci juribus vindicantur.

Venaliū improfforum] Id est, servorum venalium, l. si negotia II. D. de negot. gest. Seneca 4. de Benefic. *Mercator urbibus prodest, medicus ægrotis, mango venalibus.* Apul. apol. *Morbūm venalium experiatur.*

Improfforum) Servus improffus. Quintil. d. declam. 341. & d. l. ult. §. 1. venales improffsi, id est, quos venalitus, sive mango & σωυροτεμπερογος, ad publicanum professus non est.

Quod in legem censoriam) Censores leges seu conditiones dicebant in locandis vectigalibus, quæ leges Censoriæ dicebantur, Cic. d. epist. 1. & tertio de Nat. D. Plinius lib. xxxiii, cap. iv. l. 203. D. de verb. sign.

Varro de re R.) Lib. II. cap. 1.

Vectigalia nova institui non posse.

TIT. LXII.

PArs est tituli superioris & relata quoque in Digestis sub eodem titulo, l. vectigali, De pub. ut vectigalia nova sine præcepto principis non instituantur. Noua sunt quæ abhorrent à prisca consuetudine, l. ult. hoc tit. l. 4. §. ult. l. locatio §. earum, D. eod. Et ex S. C. qui aliter nova vectigalia instituit, tenetur lege Julia de ambitu, qui exigit lege Julia de vi publica.

Enarratio.

TIT. LXII.

Sine præcepto Principis] Ut est in l. vectigalia, D. de public. inconsulto Principe, l. 2. h. t. sine auctoritate & consensu Regum, & Principum cap. 10. ext. de censib.

Instituantur] Sic etiam loquitur Modestinus in l. un. §. 3. D. ad leg. Jul. de amb. & Curius Fortunatianus Jurisconsultus lib. 1. artis Rhet. Vectigalia institui & constitui promiscuè dicuntur. Velleius II. *Non constituebat portoria, Vt heredes quoque, & tutores institui, & constitui dicuntur.*

Et ex. sc.] d. §. 3.

Lege Julia.] L. ult. D. ad leg. Jul. de vi pub.

De commerciis & mercatoribus.

TIT. LXIII.

Commercium est emendi vendendique invicem jus, quod & promercium dicitur. Sed & commercium apud Cedrinum duobus locis est onus quod mercatores sustinent pro facultate exercendi commercii, auraria scilicet functio siue lustrale aurum argentum, de quo l. 1. Onus mercatorum non mercium. Portorium onus mercium non mercatorum. Et mercatores sunt non nobiliores, & potentiores quos mercaturam facere non indecorum cum sit contractus juris gentium, sed illicitum est quod plebi sit cum eis difficile commercium, l. 3. Sed alii perquam utiles Reip. qui tabernam aut negotiationem exercent plerunque per institores amplam & copiosam, non ementes aut vendentes per cotulas, vel lagenas, vel amphoras, sed quasi auersione mercium magnam copiam, quod puto esse auertere illo Horatii versu: Nec satis est cara pisces auertere mensa: nam & veteres glossæ ibi interpretantur auertere, & emere & ita l. 3. §. item si quis solitus, D. de pen. leg. mercatores separantur ab his qui cellam vini, aut olei vendunt, scilicet minutatim.

Enarratio.

TIT. LXIII.

Commercium est.) Ex ulp. Regul. tit. xix §. commercium. hinc *commercium*, expo-

nitur σωνή, & commerciaris, σωνήτης, in
Cyrilli glossario. qui κομμορκιάει. Græcis se-
quioris ævi. Quo verbo utitur actor Chronicī
Alexandrini, & Ioannes Moschus Limonarij
cap. CLXXXVI.

Promercium dicitur] Paul. receptar. Sent
v. §. 33. qui hominem invitum. Extat. ea in li-
bris auctorum nostrorum, κη ἔξωθεν. vetus
Onomasticum: *promercalia*, ὄνια.

Apud Cedrinum.] τὰ κομμέρκια ἐκέφισε, & :
τελένας κη τὰ σωνήθη κομμέρκια. Theophanes in
Constantino: τὸ κομμέρκιν, sic ms, ἔπεινησε
λιτρῶν χρυσίς ἐκέφισεν. Anna Comm. Alexiad.
lib. VI. ὥστε ἀνέπος ἐμπορεύεσθαι, κη κη τὸ αὐτοῖς
βελητόν, μήτε μὲν ὑπὸ κημερκίς, ἢ ἐτέρως πινὸς
εἰς πράξεως τῆς δημοσίᾳ εἰρηκοιζομένης παρέχει
ἀργί κη ὀβολῶ ἐνός.

Auraria pensio.) Cassiodor. lib. II. epist.
xxx. *Nec aurariæ pensionis aliquid impendat.*

Lustrale aurum.) Lustrale aurum χρυσάργυ-
ρον dicebatur: cuius oneris Zosimus lib. II.
Magnum Constantinum auctorem facit id E-
vagrius lib. II. c. 39. & Zonaras in Anastasio.
(adde ; Nicepho. Callist. lib. XVI. 40. Constan-
tin. Manass. Annal] describunt eleganter, &
quarto quoque anno pendi solitum narrant, id
est, singulo lustro. Cuj. ad l. I. inf. de lustral.
aur. collat.

Aurum argentum.) χρυσάργυρον.

Onus mercatorum.) Et ob id aurum nego-
tiatorium dicitur à Lampridio, in Alexandro.
Cui. loco cit. Theodorenus in epist. ad Rom.
φόρον interpretatur τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς εἰς φορῶν. τέ-
λα κη τὴν ὑπὲρ ἐμπορείας σωνπέλειαν. tributum
quod pro agris penditur: *vectigal* quod pro ve-

gotiatione. ut τέλ[Ⓞ] ab hoc onus pertinere videatur.

Portorium.) L. 5. sup. tit prox.

Non indecorum) M. Tullius de Officiis primo: *Sordidi etiam putandi, qui mercantur, à mercatoribus, quod statim vendant.* & mox: *Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens non est admodum vituperanda.*

Contr. jur gent.) L. 1. §. 1. D. de contrah. empt.

Vendentes per cotulas.) Hos Greci ἀγοραῖες appellant. Glossæ græcolat. ἀγοραῖ[Ⓞ], *nundinator, forensis.* Tenuiores mercatores, qui in foro sedent emptores operientes.

Per cutulas.] Cotula est cyathus. Glossæ. gr. lat. κοτύλη, μέτρον. cotula, cyathus. ὁ γυνῶν κοτυλίται ἡμιξέσιον. Scholiast. Aristophanis in Pluto: κακεῖθεν οἱ πωλλῶντες οἶνον, ἢ ἔλαμον, κοτυλίσασι λέγονται, ut est in excerptis ex Epiphanio de Ponderib. Julian. Misopog.

Sed & per abusionem vendere per cotulas est res quaslibet per partes, & minutatim vendere, quod est κοτυλίζειν Aristophani. Vide Pollucem lib. vii. 33.

Vel lagenas.) Lagenas vas vinarium. Scævola in l. 37. §. 2. de leg. 3. *Dari volo lagynos vini.* λαγωῖς. Glossæ græcolat. λάγω[Ⓞ], lagenas.

Horatii versu.] Satyra iv. lib. ii. Idem, veterere. Asconius Pædianus in Verrem de prætor. urb. *Vertumnus Deus vertendarum rerum est, id est mercaturæ.*

De rerum permutatione & præscriptis
verbis actione.

TIT. LXIV.

V. tit. 4. & 5. lib. 19. D.

Absoluto tractatu de emptione venditione, dantur contractus qui emptioni venditioni proximi & similes sunt, Permutatio, Locatio, Emphytheusis, & Permutatio in primis quæ ipsa originem dedit emptioni venditioni, atque ideo dicitur vicem emptionis obtinere l. 2. & vicina emptioni l. 2. D. eod. & instar emptionis in No. Valentin. de conf. his quæ adm. Et sane multa habet communia cum emptione, sed & differentia quædam quæ persequitur Paulus in l. 1. D. eod. Permutatio fit rebus, Emptio non fit rebus l. pen. hoc tit. sed re ex una parte & pretio interveniente ex altera. Permutatio est mutatio dominij l. scribit D. de auro & argent. leg. emptio non semper rei dominium mutat. Emptio est mutatio rei cum pretio permutatio est negotium do, vt des datio rei pro re, vel etiam pecuniæ pro re, vt l. vlt D. de cond. cau. da. nec enim omnis pecunia pro pretio accipitur, ut cum domino pecunia datur vt seruum manumitat, alias datur pro pretio, & locus est Constitutioni D. Marc. l. Paulus §. 1. D. de lib. cau. Alias quasi res quælibet, & cessat Constitutio l. 5. §. at cum do l. 7. D. de præf. ver. Et contra emptio quoque potest esse mutatio rei cum re: nec enim omnis res pro re accipitur, quia possit pro pretio

res dari & accipi l. pretij supra de resc. vend. l. i. hoc tit. Additur in hoc tit. Et præscriptis verbis actione. Hæc actio non tantum datur ex permutatione similis & finitima actioni empti venditi, sed etiam ex omnibus aliis negotiis quæ proxima sunt contractibus civilibus habentibusque suum proprium nomen, veluti locationi, deposito, mandato, commodato. Sed in hoc titulo agitur tantum de ea quæ datur ex permutatione, quæ incerta dicitur in l. 6. quia datur in id quod interest permutationem impleri ex altera parte quam iam actor implevit pro sua, cuius æstimatio incerta & arbitraria est. Et civilis quia datur ex negotio quod civile refert, id est quod emptionem imitatur. Et præscriptis verbis quia datur ex conventionione uti præscripta est, nec habet aliud nomen proprium. nam si negotii non est proprium nomen, nec possit esse actionis, quæ ex eo nascitur, nec aliter ea demonstrari quam dicendo, agi secundum verba conventionione præscripta. Et permutationis nomen constat non esse proprium, sed commune, ut commercij, quod in hunc titulum Accursius eleganter exposuit, idem enim est permutatio quod commercium & *συνάλλαγμα*, quæ communia & generalia sunt nomina: nam & locatio & emptio, & societas, & dos permutatio est.

Enarratio.

TIT. LXIV.

QUæ ipsa originem dedit.] L. I. D. de contrah. empt. Permutatio est contractus ve-

tustior. Virgilius ecl. iv. *Nec nautica pinus Mutabit merces.* Servius: *Quia antiqui res rebus mutabant.* Horat. sat. iv. lib. i. *Hic mutat merces.* Tacitus de moribus Germanorum Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Iustinus lib. iii. 2. *Em̄ singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit.* de Lycurgo. Exemplum permutationis antiquissimæ quidam petunt ex Geneseos cap. 33. vers. 19. *Emitque partem agri centum agnis.* LXX. ἐξατὸν ἀμείων τῶν μερίδας ὠνήσατο. Et agnos accipiunt pro pecoribus. Alii vero rectius agnos accipiunt pro nummis agno signatis; eaque interpretatio Hebraico textui convenit, & paraphrasi Chaldaicæ Oncheli. Sed & emptio- nem contractam docet Lucas Act. Apostol. c. 7. vers. 16. Nam de re eadem sic ait: *Quod emit pretio argenti.* nec ab eo sensu abit Syriaca versio. Cum igitur nummus non esset, permutationibus tantum utebantur. Sed procedente tempore, usu exigente ac humanis necessitatibus, id est, quò rerum mutua permutatio expedi- tius procederet, nummus percussus ac signatus est. Emptio enim quæ propriè dicitur, ante non cœpit, quàm nummus inventus est & ubi nummus non est, nulla venditio est Nilus Narratione tertia: ἔ γ' ἡ πολιτ' ὑελαγ γ' ἀνλοῖς καὶ σαργς νόμισμα: ἐπὶ μὲν δὲ πρᾶσιν ἴστασιν, καὶ ἀγροσίου.

Hanc pecuniæ numeratæ inducendæ ratio- nem adfert etiam vetus Philosophus in Moni- tione ad Theodosium Augustum. *Vt vero, in- quit, emendi & vendendi utilitas, & ut facul- tas Regiæ largitati suppeteret, in æris usum ex- cultam politius terram, & igne solidatam, certis*

quoque expressionibus figuratam, auro argentoque reposito usui habuerunt. Sed posteriores fastidientes priscae utilitatis inventum, formatos è coriis orbes auro modico signaverunt, quibus Regum munificentia, & commutationum necessitas intactis collatoribus utebatur. Et Oresmius recentior auctor: Cœperunt ergo homines mercari sine moneta, & dabat unus alteri ovem pro frumento, & alius de labore suo panem vel lanam, & sic de aliis rebus: quod adhuc longo, tempore postea fuit institutum, ut narrat Iustinus. Sed tamen in eiusmodi permutatione & transportatione rerum multæ difficultates acciderunt. Subtilizati homines usum monetæ invenere, quæ esset instrumentum permutandi ad invicem naturales divitias, quibus de per se subvenitur naturaliter humanæ necessitati.

Vicina emptioni.] Id est, similis, l. ult. D. quibus ex caus. in possess. eat. Cælius Aurelianus acut. morb. lib. I. cap. III. Similes sunt atque vicinæ phreneticæ passioni ex ipsa alienatione furor, quam vulgò insaniam vocant, melancholia. Origenes homilia II. in Cantica cantic. ex interpretatione D. Hieronymi: In presenti quoque libro pariter nominantur cervus & caprea: quodammodo enim cognata sibi sunt, & vicina ista animalia.

Multa habet communia.) Permutatio est juris gentium, sicut emptio, cui permutatio causam dedit, l. 5. D. de just. & ju. d. l. 1. §. ult. & sicut in emptione periculum rei, id est, casus fortuitus ad eum pertinet, qui pecuniam dedit, ut rem acciperet: ita in permutatione periculum est ejus qui rem tradidit ultro, ut rem acciperet, Cujac. ad l. 7. D. de pact. adde

l. naturalis §. 1. D. de præf. verb. Beneficio legis 2. supra de resc. vend. & in permutatione locus est, quatenus uterque venditori similis est, non quatenus uterque venditorem imitatur. Cuiac. Obseru. libro xvi. cap. xviii. & Notatorum lib. 11. cap. xiv. Cætera vide apud Cuiac. in recit. ad hunc tit. in fi. & Glos. sam ad l. 2.

Permutatio fit rebus) L. 1. D. de contrah. empt. & tamen cum res pro re datur; alij quàm auctores nostri, emptionem appellant. Iustinus lib. 111. *Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit.* Et ideo defendi potest, etiam ante nummum emptionem venditionem non fuisse incognitam: Sed tamen nummo inuento discretam emptionem à permutatione.

Illam propriè dici, quæ re & pretio interueniente fit: hanc quæ rebus. Quanquam fortasse verius dicetur, Iustinum abusivè dixisse, *emi.* *επι* πὶ ἔ parari, vel quo alio verbo mutuam permutationem designante.

Sed re ex una parte] Merce & pretio d. §. 1. Emptio non semper.] Nam vendi quoque res aliena potest vide sup. tit. LI.

Emptio est mutatio rei.) V. sup. tit. xxxviii.

Permutatio est negotium, do ut des.] d. §. 1. Græci ibidem *συναπληκῶς ἐν τῷ δίδωμι πρῶτα, μα δὲ τὸ λαβεῖν πρῶτα, ἀνταλλαγή ἐστίν.* *Cum rem do ut rem accipiam, permutatio est.* Nam stulti sunt qui faciunt differentiam inter permutationem, & do ut des. Cuiac. in recitatione ad d. l. 5. lib. 5. *Quæst. Pauli.*

Datio rei pro re. [Datio, quia permutatio est mutatio dominij, ut antea dixit: dare enim

est dominium transferre, l. ubi autem 75. §. ult. D. de verb. obligat. Theoph. ad §. sic itaque, de action. & glossæ Nomicæ.

Ut l. ult. D. de condict. causa data.] Auctores Basilicæ sequitur, qui negotium ita gestum : do tibi pecuniam, ut mihi Stichum des : putant esse permutationem, non emptionem venditionem: *ἐὰν, παράσχω σὺν νομίσματι ἐπὶ τῷ δῶναι μοι Πέτρον, ἔκ ἐσι πρῶσις, ἀλλὰ ἐναλλαγῆ.*
Si tibi dem pecuniam ut mihi des Petrum, non est venditio sed permutatio. Græcus tamen interpretes ibidem, nullam aliam obligationem esse putat, quàm ob rem dari re, non secuta: & inter contractum hunc, & emptionem venditionem hoc interesse, quòd ad eum qui dedit non perinde ut ad emptorem rei periculum pertineat. In fine autem legis, id est, cum Stichus eius est, qui pecuniam accepit, permutationem contrahi, ut & in l. 5. §. 1. D. de præscr. verb. hac de re tamen Cuiacius addubitauerat ad l. 7. D. de pact.

Constitutioni D. Marci.) Id est, nisi manumittas, Stichus statim ipso iure liber fiet.

Cessat.) Et nisi servus manumittetur, agatur præscriptis verbis : pecuniam enim dedi, quasi permutationis vice.

Datur ex permutatione.) L. 4. 6. & ult. hoc tit.

Vetuli locationi.) Actio præscriptis verb. datur ex contractu, do ut des : id est, ex permutatione, quæ comparatur emptioni : & ex contractu do ut facias, qui similis est locationi. & ex contractu facio ut facias, qui similis est mandato, d. l. 5. §. 1. 2. & 4.

Deposito.) Finge : Rem tibi dedi pretii explorandi causa Basilica *εάν παρὰχῶ σοι πρᾶγμα ἀλοπιμήσαι*. Si quidem mea causa tantum, dolum solum præstat, quia prope depositum hoc accedit : *χερδὸν γὰρ παραθήκη ἐστίν.*

Commodato) Precarium ad aliquid commodato simile est ex precario igitur datur actio præscriptis verbis similis commodati, l. duo 19. §. ult. D. de precar. Denique subventum est inopia verborum data actione præscriptis verbis : natura enim rerum comparatum est, ut plura sint negotia, quàm vocabula l. 4. D. de præsc. verb. Eleganter Basilica : *ὑπὲρ τὰ ὀνόματα ἐστὶ τὰ συναλλάγματα*, lib. xx. tit. iv. Nomina enim finita sunt, res autem infinitæ. Aristoteles *περὶ σοφιστῶν ἐλέγχων. cap. i.* τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα πεπερασμένα καὶ τὰ τῶν λόγων πλεῆθεις : τὰ δὲ πρᾶγματα τὸ ἀρίθμητον ἀπειρά ἐστίν. Ea re ad metaphoras decurritur, ut idem ait quarto Meteor.

Quæ incerta dicitur.] Et incerti actio, l. 7 §. 2. D. de pact.

Quod interest permutationem impleri.) d. l. §. 1. l. 1. §. ult. D. de rer. permut.

Impleverit pro sua.] Si autem non impleverit, ex placito permutationis, *ἀπὸ συμφωνίας γενομένης ὡς μεταπίον*, ex nudo pacto permutationis, actio non nascitur, l. 3. h. t.

Incerta & arbitraria est) Arbitrio iudicis rel inquitur, ut æstimet quantum intersit : nec enim incertæ & infinitæ rei alia potuit, quàm infinita regula constitui, ut ait Cuj. inf. lib. 7. tit. 27.

Et civilis.) Hæc actio dicitur civilis d. l. §. 1. & l. 6. h. t. non quòd lege nominatum prodita

fit, sed quia ad exemplum civilium actionum comparata est: Cujac. ad d. l. 7.

Uti præscripta est) Sive quid literis proscriptum habuerint, sive quid verbis convenerit, l. i. §. in conducto, D. de pos. vide Cujac. Not. priores ad tit. de loc. Instit.

Accursius.) In connexione hujus tituli cum super.

Quod commercium.) Permutatio est commercium l. 5. D. de just. & ju. Cujac. ad Ulp. tit. 19.

Et *συνάλλαγμα*. d. l. 7. §. 2. Glossæ græcolat. *συνάλλαγμα*, commercium.

Locatio.) Locatio est permutatio pensionis cum habitatione, vel mercedis cum operis. emptio, mutatio rei cum pretio. Dos permutatio quædam cum oneribus matrimonij. Societas mutatio pecuniæ cum opera.

De locato & conducto.

TIT. LXV.

V. tit. 2. lib. 19. D.

Locationis & conductionis contractus est etiam similis emptioni & venditioni; ut permutatio. quod variis exemplis demonstrari potest, quæ quia nota sunt, relinquo. Locatio est mutatio usus vel fructus, vel operæ cum pretio. Usus in domo, fructus in fundo, operæ in homine. Et rursus inter hæc duo genera locationis differentia est. nam qui dat aliquid utendum vel fruendum, pretium accipit: qui dat aliquid faciendum, pretium dat; & uter-

que tamen dicitur locator, qui dat utendum fruendum vel faciendum, conductor verò qui accipit. Et qui faciendum, plerunque etiam arram accipit, qui utendum vel fruendum, arram neque accipit, neque dat, sed pretium aliquando pro mutuo.

Enarratio.

TIT. LXV.

Similis emptioni venditioni.) L. 2. D. eod. utraque iurifgentium est, l. 1. eod. utraque consensu fit, Aristotel. Moral. Nicom. vi. cap. v. id est, emptio perficitur statim ut conuenierit de pretio, locatio simulatque convenerit de mercede, quæ etiam pretium dicitur. M. Tullius II. de inuent. *Zeuxim magno pretio conductum abhibuerunt.* Vitruvius lib. II. cap. VIII. *Cum ex tabulis inveniunt eorum locationis pretia.* Propriè tamen pretium dicitur ex causa venditionis. Varro IV. de L. L. *Pretium, quod æstimationis, emptionisue causa constituitur.* Glossæ lat. *pretium*, τόμημα, ἐπὶ τοῖς ἀντίοις παραβαλλόμενον. Item pretium debet esse certum, l. 1. sup. de rer. permutat. merces quoque certa esse debet. Isidorus Origin. v. cap. xxv. *Quod de pretio in alterius arbitrium collato constitutum est, & in locatione locum habere placuit, ut tradit Iustin. Inst. eod. Vicinam quoque emptioni locationem esse Græci putant, quòd merces in pecunia numerata consistere debeat, Theoph. Instit. eod. interpretes Basilic. ad l. 1. D. eod. δεῖ ἢ ἐν ἀρσησίοις ὀφείλειται τὸν μισθόν.* Sed falsi sunt tam Græ-

ci, quàm Latini, qui in ea sententia sunt, l. 21. hoc tit.

Nam qui dat aliquid utendum.] Locator est, qui dat aliquid utendum, faciendumve : Conductor vero, qui suscipit. ut ecce, qui dat suam domum utendam, aut domum faciendam, locator est : usum enim vel operas locat. qui vero utendum, vel faciendum recipit, conductor est. qui dat aliquid utendum, pretium accipit, qui faciendum, dat. Et viceversa conductor mercedem dat, cum rem utendam suscipit: vel ei merces datur, cum faciendum suscipit. Itaque in locatione & conductione modo conductor pretium dat, modo locator. In summa locare nihil aliud est, quàm utendum, vel faciendum aliquid dare : conducere autem accipere. Vitruvius lib. vii. cap. ix. *Itaque primo locavit inducendos alios colores .& lib. x. cap. vi. Locaverunt ex eisdem lapidicinis basim excidendam. Conduxit Pacuvius.* Velleius Paterculus lib. i. *Statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus.* Locatio incipit à verbo do. Non idem homo semper init locationem & conductionem, sed semper idem verbum, do scilicet. Cujac. ad l. 7. D. de pact. In summa, qui ultro se utendum dat, locator est : qui suscipit, conductor. Marcellus Empiricus : *Soranus medicus quondam ducentis hominibus hoc morbo laborantibus curandis in Aquitania se locavit.* Obsecro tamen nunc & olim locatorem dictum eum, quidquid utendum faciendumve dat. Locationem autem eum qui suscipit. Verus Onomasticum : *locatarius*, *μιοδός μενος.*

Item qui faciendum accipit, plerumque ar-

ram accipit. qui vero utendum, fruendum, nec accipit, neque dat: arra enim non intervenit in locatione, sed pretium aliquando dat promutuo, & in antecessum, l. ex conducto 15. §. item cum quidam. D. eod. *ἐν προχειρίᾳ*, Constantin. Harmenopul. lib. 2. cap. 11. §. ult. lege: *προχρεία*, ex Regiis codicibus. Sic Basilica: *ἐν προχρεία δέδωκε*, prorogavi, l. 19. §. si quis, D. hoc tit.

Sed pretium aliquando. Pretium dicitur in l. si quis ante 10. §. ult. D. de acquir. possess. l. ult. §. ult. D. de lege Rhod. l. 28. §. 2. D. eod. quæ quidem lex hætenus inemendata permansit. sic autem legendam suadent Basilica. *Quod si domus habitatione conductor æquè usus fuisset, præstaturum etiam ejus domus mercedem, quæ vitium fecisset, putat, §. 1. Idem juris esse, si potestatem conducendi habebat, ut pretium conductionis præstaret.* Basilicæ verba sunt: *ἐάν τις μείνη καλοικῶν, δίδωσι ἢ τῆ σαθρατέν τὸ μίσθωμα μέγας, τὸ αὐτὸ εἶναι εἰ ἄδειαν εἴχη μίσθωσας.* Utroque casu conductor mercedem, sive pretium conductionis præstat, si vitiosis ædibus æquè usus sit: & si locator conductori potestatem fecerit conducendæ domus, & eadem tamen usus sit, omnia conducendæ alterius domus facultate. Pretium igitur dicitur quod aliàs merces, pensio, redditus, aut redactus. Vide Cujac. Not. priores ad Inst. eod. tit. & lib. 11. Observ. 28. lib. 111. cap. 1. lib. 111. cap. 26. & Notar. ad lib. Animadvers. Joann. Roberti lib. 1. cap. x.

De jure emphytheutico.

TIT. LXVI.

V. tit. 25. lib. 3. apud Iustin.

EMphytheusis quoque licet proprium hunc contractum Zeno fecerit, id est separatum ab emptione & à conductione, tamen similis est vel emptioni, vel conductioni, §. adeo, Instit. de loc. nudòque consensu perficitur. & hac ratione adscribi emphytheusis juri gentium potest, non minus quàm emptio & locatio. Græcum est nomen tritum pro latino nobis, ut hypotheca, arra, proxeneta, parapherna & alia quædam, quo significatur insitio surculi in arbore, non plantatio, hoc enim est Aristoteli vel ἀποφύσεσις, vel ἀπφυτεία, illud ἐμφύσεσις, & insitionis tamen nomine latino hic contractus significatur No. Valentin. de præd. pist. Et est contractus quo dominus fundi sui deserti forte & squallidi usum & fructum plenissimum & quasi dominium alteri concedit, ea lege ut inferendo, plantando, arando, poliendo, colendo, meliorem eum & fructuosiorrem faciat, proque eo pendat pretium seu vectigal annuum.

Enarratio.

TIT. LXVI.

Separatum ab emptione.] Zeno quidem non effecit, ut contractus esset, nec ejus auctor

est, sed separavit ab emptione, & conductione l. i. h. t. inf. *ἰδιαιζῶσαν αὐτῆ φύσιν ἐπινοήσεως*, ut ait Theoph. & ut id contractus genus proportionem emptionis & venditionis, vel locationis & conductionis non esset: *μητε μισθώσεως, μήτε ἐκποίησεως εἶδος, ἀλλ' ἰδιαιζῶσιν νομοθετικῶς ἔχειν*, Basilica.

Tamen similis est.) Emphyteusis emptioni similis est, sive ut loquitur Justinianus Nov. VII. cap. I. *οὐδ' ἐπὶ ῥῶ κατέστηκεν ἐκποίησεως*, propter plenissimum usumfructum emphyteuticarii. vel conductioni vicina est propter annum canonem, ut quodammodo duplex negotium sit, quod in alia specie Cassius admittebat, §. item quaeritur, Inst. de loc. aut ut ait Harmenop. Epitomar. lib. III. tit. IV. §. I. *ἔστιν ὡσαύτ' ἐκ μισθώσεως ὅμοια καὶ ἐκποίησεως*.

Nudoque consensu perficitur.) Nec igitur scripturam desiderat, neque amissio instrumenti emphyteutici nocet, l. ult. hoc tit. ergo nec ommissio, ubi enim amissio instrumentorum, vel actorum nihil nocet, nec ommissio eorum nocet, ut docet Cujacius sup. de fide instrum. in postumis. & in eo emphyteusis differt à libellario contractu, qui fit scriptura interveniente, ut tradit idem Cujac. lib. I. de Feud tit. II.

Nec mutat quod passim h. t. scripturae mentio fiat: contractus enim scripto vel sine scripto conficiuntur, argum. leg. 2. D. de contr. empt. & scripturam vix desiderem, nisi forte aliquid inter dominum & emphyteutam convenerit, quod naturam hujus contractus reformet. quamquam & has quoque pactiones citra scripturam fieri posse, nec ullo modo scri-

ptusam necessariam esse satis probant Græci, qui verba hæc legis primæ, *Scriptura interveniente*, in Basilicis omiserunt: εἰ μὴ ἰδῶσι ἐγένοντο ὡς τῆς ἐπὶ τῷ περὶ σμῶλι βλαβῆς. & in l. 2. hæc omiserunt: *in emphytheuticis instrumentis*. & in l. 3. verba illa: *si quidem emphytheuticum instrumentum*, &c. simpliciter vertunt: εἰ μὴ συμφωνήσῃ τινα ὡς τῆς τῶν ἐμποιήσεως, κρατεῖται τὸ συμφωνοῦν.

Et hac ratione.) Imo non hæc ratione, sed ipsa etiam origine non minus quam emptio & venditio. quamquam emptio prior esse videtur ex cap. XLVI. Genes. Petrus Faber.

Juri gentium potest.) Quatenus emphyteusis nudo consensu perficitur, juris gentium est: nam ea, quæ sunt juris gentium nudo contrahentium consensu perficiuntur, ut emptio & locatio, l. 1. §. 1. D. de contr. emp. & l. 1. D. loc. Sed & quod proximum est juri gentium, & ipsum jus gentium est, ut ait alicubi Cujacius.

Intitio surculi.] ἐμφοτεύειν, vel ἐσκεντέλλειν est inferere. Glossæ latino-græcæ: *insititium*, ἐσκεντέλλειν ἐμφοτεύειν. Glossæ græco-lat. ἐσκεντέλλω δένδρον, *infero* Cicero de senectute: *Nec consitiones: modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.* Horat. epode II. *Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit.* &: *Ut gaudet insitiva decerpens pyra.* Adde Virgilium Georg. II. ver. xxx. & seqq.

Insitio.) *Inserere nunc Melibæe pyros, pone ordine vites* P. Faber. ex Virgilii eccl. I.

ἀποφυτεία.] ὡς μακροβιότητι, καὶ βραχυβ., cap. ult.

Squalidi usum.) Ammianus lib. II. Residuae omnes palantes per solitudines vastas, nec stivam aliquando, nec sementem expertas, sed squalentes, & pruinosas. ut, squallentes campi, Silio Italico lib. II. Auctor de limitibus: Squalidus ager, quasi excolidus, quod jam à cultura exierit, sicut exconsul quod à consulatu discesserit. Quæ Isidorus exscripsit Origin. xv. 13.

Usus & fructus.) Nam qui agrum utendum fruendum dat, dominium retinet, l. 1. §. 1. D. si ager vectigal. & §. adeò autem, Instit. de loc. l. 3. h. t.

Plenissimum.] Qui proprietatis imaginem refert. Itaque meliorationes suas emphyteuta, & jus suum in alium pretio transferre potest, si principali domino id testato denuntiaverit. Dominus autem jus habet *προληψεως*, seu prælationis, refuso eodem pretio. Quod si dominus emere nolit, id per se invito quoque domino, tametsi domini intersit, novum emphyteutam suscipere, jure distrahet: his tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad hujusmodi venire emptionem, ut est in l. 3. h. t. quæ quidem auctores Basilicæ sic interpretantur: *ἐκείνοις μὲν τοῖς τοῖς προσώποις τοῖς ἐμφυτέυεαξ διωαμύοις, οἱ τινες μὴ ἰδικῶς ἐν τῷ ἐμφυτευτικῷ χαρτῆι ἐκωλύθησαν ἀγορεύσαι τὰ ἐμπονηματά :* ut nimirum emphyteuta his distrahere non possit, quibus in instrumento emphyteuseos nominatim receptum est, ne liceret distrahere: pactum hoc justum est. Utrique tamen emphyteuta fundum sine consensu domini salvo canone emphyteutico donare potest, l. 1. infra de fun. patrimon. & ibi

Cujac. Nec est cur donatio denuntietur domino, cum plusquam ridiculum sit, si dicat dominus sibi donatum malle, quàm alteri. Sed nec erit audiendus, si rei donatæ pretium velit repêdere: hoc enim non est velut in emptoris locum succedere, quod in venditioni contingit, sed donatario novo quodam emprionis genere rem suam eripere. Denique liberalitas cujusque impeditur: si res ipsa ad donatarium non perveniet, cujus solius causa res donatur. Poterit & permutare inconsulto domino, si modo fraus absit, quia non potest dominus eandem rem offerre, pro qua emphyteuta jus suum transfert. Potest autem dominus cum res distrahitur, idem pretium offerre si velit: & ideo jus suum emphyteuta inconsulto domino vendere non potest, ne jure suo dominus defraudetur.

In summa, jus *περὶ μίσθους* ad venditiones pertinet, non ad ceteras alienationis species.

Potest etiam emphyteuticarius rem obligare, l. tutor 16. §. ult. D. de pignorat. act. & servitutem, ac usumfructum imponere, l. 1. §. 1. D. quib. mod. ususfr. amitt.

Et quasi dominium.) Qui fundum utendum conduxit, quasi dominus est: qui dat, principalis dominus est, qui *περὶ λότυπ* à Græcis dicitur. Constantin. Harmenop. lib. III. tit. III. §. 17. Michael Attaliotta tit. 13. Itaque emphyteuticario, qui proprietarium imitatur, accomodat in rem actionem, quæ actio vectigalis dicitur, l. si finita 15. §. si de vectigalibus, D. de dam. inf. quia de prædio vectigali, id est, emphyteuticario proposita est, l. si cum venditor 66. D. de eviction. quæ actio utilis est, l. ei qui 16.

D. de servit. d. l. tutor §. ult unde conficta est
dominii divisio in directum, & utile, juris au-
ctoribus incognita.

Poliendo.) Ulp. in l. cum duob. 52. §. 2.
D. pro soc. *Agrum politori damus.* M. Cato de
re rustica cap. v. *Politorem diutius eundem ne
habeat.* Non. Marcell. *Politiones, agrorum cul-
tus diligentes; ut polita omnia dicimus exculta,
& ad nitorem deducta.*

Meliozem) Emphytheusim enim additur lex
meliorationum. ἐμπονήματα Græci vocant, quæ
vox restituenda est d. legi 3. in fi. ibi: *ad alios
suum jus, vel ἐμπονήματα.* sic enim in Basilicis:
τότε ἢ παρὰ γνώμην αὐτῶν γινέσθω ἢ μεταφορῆ τῆς
ἐμφυτεύσεως, ἢ ἡτῶν ἐμπονημάτων πρῶσις. nec ali-
ter in M.S. cod. Jul. Brodæi, & castigatioribus
editionibus.

Pretium.) Quatenus emphyteusis proxima
est emptioni pretium dicitur. Merces Juliano
Antecessori, Nov. 111. c. 4. *μισθωτικὸς κανὼν*, Ju-
stiniano Nov. 120. cap. 8. quatenus locationi.

Vestigal.] Vestigal in l. cum servus 39. §.
heres, D. de leg. 1. est, emphyteuma in Basili-
cis, & l. 32. C. de Episcop. aud. ὁ τῆς ἐμφυτεύ-
σεως κανὼν, in metaphrasi ejusdem legis in Basili-
lico. canon emphytheuticus, l. 3. *κανὼν ἐμφυτεύ-
τικὸς, τελεθῆ ἑτησίον*, Harmenopol. d. tit. 4. §. 3.
Merces, Julianus Antecessor d. cap. 4. pactio
Emphyteutica: d. Nov. cap. 9. τὸ πακίον, d.
Nov. Justin. 120. cap. 11. pactum enim vel pa-
ctio id quoque significat, quod ex pacto debe-
tur. Eademque ratione tributa, quæ ex pacto
penduntur à devictis hostibus pacta quoque di-
cuntur, ut apud Glycam. 1v. *πακίον τῆς Αὐγύ-
πτης* Theophanes: *ὑποχόμενον ἢ ἑτήσια τῶ βασι-*

λεῖ παρέχειν πάκτα Menologium Augusti die 17.
 τοῦ ἡ βασιλέως Λέοντος προθεμένως δούναυ αὐτοῖς πάκ-
 τα, αὐτοὶ φύλακας τῆ πόλει ἐστρατεύσῃσαι ἀπήλθον,
 Constantinus de administrando Imp. παρέχων καὶ
 τὰ ὑπὲρ τοῦ θεῖου αὐτοῦ τοῦ Απολλοσφούετο πάκτα. &
 μοχ: καὶ ἐδ' ἀλώθησαν, καὶ ἐπακτώθησαν.

Pretium seu vestigal annuum) Imo & pen-
 sionem, ut puta fructuum certam partem, pu-
 ta quintam, ut Genesios XLVII. cap. vide &
 Aristotelem de Bizantiis lib. II. Oeconomic.
 ut scripsi ad rubricam Cod. hoc nostro tit. Pe-
 trus Faber.

Quòd si emphyteuticarius paganicus trien-
 nio, Ecclesiasticus autem biennio cessaverit in
 solvendo vestigali, cadit jure emphyteuseos,
 eumque dominus à prædiis emphyteuticariis re-
 pellere, ἐκβάλλεσθαι poterit. An autem dominus
 sua auctoritate possit eum expellere, non con-
 venit inter omnes. Cujacius ad l. 2. notat, ju-
 dicis auctoritatem expectandam esse. quod uti-
 que consultius est. Cur enim dominum reluc-
 tante emphyteuticario jus sibi dicere patiemur
 spreto iudice, qui intercessione sua poterit eos
 componere. videntur quidem verba legis id
 concedere: sed usus forensis qui plerumque le-
 gum optimus interpret est, prævaluit, & vim
 omnem tanquam juri contrariam prohibuit.



CODICIS
 JUSTINIANI
 LIBER QUINTUS

De Sponsalibus & arris sponsalitiis &
 proxeneticis.

TIT. I.

V. tit. 1. lib. 23. & tit. 14. lib. 50. D.

SCopus hic est hoc libro conditori Codi-
 cis, ut quos omisit contractus libro supe-
 riore, persequatur, & actiones proditas
 ex eis, ac præcipuè matrimonii contractum,
 qui etiam nudo consensu perficitur, ut superio-
 res aliquot, à quo tamen ipsius negotii natura
 facit ne exordiatur: nec enim ad matrimonium
 pervenitur statim ut placuit primus sermo de
 matrimonio. Sunt multi contractus qui vel eum
 præcedunt, vel ubi completus est, eum sequun-
 tur, vel modò præcedunt, modò sequuntur,
 vel qui penitus dirimunt eam conventionem,

veluti divortium. Sed qui ad eum constituendum & confirmandum spectant, ii sunt, Dotis datio, vel promissio, quæ præcedere & sequi matrimonium potest, & si sola præcedat, nondum nuptiæ, aut sponsalia, imo nec dos propriè. Donatio ante nuptias quæ olim præcedebat, hodie etiam sequi potest, & ob id mutato nomine dicitur donatio propter nuptias: Sponsalia quæ præcedunt, Arrarum quoque datio quæ præcedit. Sponsalia, de quibus est prima pars hujus tituli hodie contrahuntur nudo consensu, sicut nuptiæ, per se, vel per epistolam, vel per interpositam personam, internuntium, procuratorem, pararium, quæ non fierent per alium, si per stipulationem, ut olim, fierent. & secundum jus novum accipio quod est in l. 1. D. eod. Sponsalia esse mentionem & repromissionem futurarum nuptiarum. Non satis erat mentionem dixisse, quia mentio primus sermo est & tractatus de nuptiis contrahendis, non contractus ullus. ideo additur, & repromissionem, quo nomine significatur plerumque nuda cautio sive promissio stipulanti facta non datis fidejussoribus, sed illo loco, meo judicio, nudus consensus. patet enim latissime promittendi aut repromittendi verbum, minúsque est promittere, quàm spondere. Promittunt qui quamlibet conventionem ineunt. etiam si ex ea non nascatur obligatio. Spondent qui promittunt stipulanti, quod est firmissimum juris vinculum, & remedium quod promissionibus infirmis adhibetur. Secunda pars est de arris sponsalitiis. & arrarum datio contractus, l. contractus, suprà de fid. inst. qui adhibetur emptioni, vel locationi, vel sponsalibus, præit emptionem, vel lo-

cationem, impletam, & matrimonium. dantur autem ab emptore venditori, & à conductore locatori, vel à locatore conductori, vel ab sponso sponsæ, unde & quasi arrilatores conciones dicti sunt. & in omnibus idem jus est, ut impleta emptione, vel locatione reddantur, maxime si corpus certum datum sit arræ nomine: vel imputentur in pretium, si in nummis consistant: & eodem exemplo secutis nuptiis ut arræ sponsalitiæ reddantur, vel imputentur in donationem propter nuptias. Et ut si culpa emptoris, vel locatoris, aut conductoris, vel sponsi non impleatur emptio, vel locatio, vel matrimonium, arras amittat, quod & pactis inferi solebat, l. ult. D. de lege com. Si culpa venditoris, vel locatoris aut conductoris, qui arras accepit, vel sponsæ culpa, in duplum teneatur. excipiuntur casus certi in l. pen. hujus tit. & alius tit. seq. Tertia pars tituli est de proxeneticis, quo nomine significantur præmia, quæ debentur intercessoribus sive conciliatoribus sponsalium aut nuptiarum. His modum imposuit l. ult. quam exposui Obs. xi. pro quantitate dotis & donationis propter nuptias, & hoc amplius cavet, ne citra stipulationem ex hac causa proxeneticum peti posset, quod & philanthropum dicitur l. 2. D. de proxen. in qua philanthropi non dixit per synæresim, cum & Diodori 4. legamus ἑπαθλον φιλόανθρωπον, & 2. Maccab. c. 4. φιλόανθρωπα βασιλιπὰ.

Enarratio.

TIT. I.

QUæ præcedere & sequi) Paulus Sentent. libro II. tit. XXI. de dotibus, l. si pater 44. §. 1. in fi. D. de ju. dot. l. ult. inf. tit. 3.

Nudo consensu) L. 4. & II. D. eod.

Internuntium) L. ult. D. eod. Plautus in Milite glor. act. IV. 1.

Vah ego ne ut ad te ab Libertina esse auderem internuntius?

Apuleius Metam. IX. *Anus quædam stupri sequestra, & adulterorum internuntia.*

Pararium] Seneca de benefic. libro II. cap. XXIII. *Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios. & libro III. cap. XV. Ille per tabulas plurimum nomina interpositis parariis facit.*

Si per stipulationem ut olim) L. 2 & 3. D. eod. Hinc speratæ, pactæ, & sponsæ in loco Arnobii ex IV. adversus G. quem citat in Par. D. Juvencus in historia Evangelica :

Accipe conjugium nullo cum crimine pactæ,

Spiritus implevit sanctus cui viscera fœtu.

Nuda cautio sive prom.) Ut §. 2. Instit. de satisfdar.

Spondent qui prom. stip.) L. sponsio, D. de verb. sign.

Quod est firmissimum) Paulus Sentent. lib. V. tit. VII.

Vel sponsalibus] Apuleius Metam. V. *Arra atque nuptiis conjugabo.* Petrus Ravennas serm. CXL. *Ad virginem Deus aligerum portitorem*

mittit : nam dat arram, dotem suscipit, qui fert gratiam, fidem refert, & tradit munera virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsionem. Licet autem stipulatio interposita sit, si tamen arræ datæ non sint, à sponsalibus impune disceditur, Græci ad l. i. D. cod.

Arrilatores] Glossæ: μεταβολῶν, dardanarius, sociator, arrilator. vide Isidori Glossarium.

Cociones) A. Gellius lib. xvi. cap. vii. Cocionem pervulgate dicit [Laberius] quem veteres arrilatorem dixerunt. sic ibi legisse videtur Cujacius ex veteri codice quem citat in Notis prioribus ad tit. de testam. Institut.

Conciliatoribus sponsalium) Cornelius Nepos in Attico : Harum nuptiarum conciliator fuit Servius ad illud iv. Æneid. Tuque harum interpretes curarum & conscia Juno : Curarum, inquit. conjugaliū interpretes, hoc est, media & conciliatrix. Gl. gr. lat. προσενητής, conciliator, proxenetā. vetus Onomastic. conciliatrix, προσενητεία. qui & πρόσξενος, ut in epistola cccxx. S. Basilii : τῆς μὲν σωματικῆς φιλίας ὀφθαλμοῖ πρόσξενοι γίνονται : Oculi sunt proxenetæ amicitie corporalis. & μεσίτης. D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Hebræos cap. ix. homilia xvi. μεσίτης γάμος γίνεσθαι, οὐχ ὁ γαμῶν, ἀλλ' ὁ τῶν μέλλοντων ἀγαθῶν συμπρατῶν.

Observatione xi.) Cap. xviii.

Philantropi non dixit per Syn.] Pro philanthropii. vide d. cap. xviii.

Non dixit per synær.) Dixit igitur per ἕκαστον si substantivum subintelligitur. Sed malo e- quidem per syn. Pet. Faber.

Si Rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.

TIT. II.

Sponsalia in hoc titulo sunt arræ sponsalitiæ, ut Græce *μυνησρα*, & pignora, ut l. 6. C. Th. de spons. l. ult. inf. de ing. man. l. 1. inf. si nup. ex res. pet. Hieronimus in virginitatis laude: Humanorum sponsaliorum pignoribus subarratur. Et sciendum est, rector provinciæ, vel alius qui officium in provincia administrat, si in ea puellam desponderit, & subarraverit, ut potuit, quia nuptiæ ei interdictæ sunt, non sponsalia, & post depositum officium ipsa ei nubere nolit, liberari eam reddendo arras in simplum, quia præsumitur non sponte sponsalia fecisse cum eo, sed coacta & territa officii potestate, l. si quis officium, D. de rit. nupt. quæ secundum Constitutionem hujus tit. ita accipienda videtur (nisi mavis Cyrillum sequi, cujus sententiam adserere aliquando coratus sum) ut non aliter eas reddat quam sua sponte, ultro si eas redere velit, ut plerunque ex rebus ejus, quem repudiant puellæ nihil retinere volunt: & vero honestius esset eas restituere, sed necessitatem restituendi hæc constitutio remittit. Pertinentes in hoc tit. & tit 7. ut Græce *προσηγυτες*, sunt liberi, cognati, adfines, domestici, adfessores, ad quos etiam pertinet hæc constitutio si eis ea in re operam dederit is qui officium publicum in provincia gerit.

Enarratio.

TIT. II.

UT græce *μνηστρα*) Hesichius. *μνηστρα*, *ἀρραβωνίζεα*, *μνηστρα*, ὁ δούσ τοῦ γάμου ἀρραβῶνα. *μνηστρα*, ὁ τοῦ γάμου ἀρραβῶν. Sospater Charisius I. Gramm. & Glossæ: *Sponsalia*, *μνηστρα* vide locum Chrysostomi tit. III. inf.

Et pignora) Ut in l.un.h, tit. conjuncta Basilicorum interpretationem libro xxviii. tit. i. in fine, & in homilia i. Origenis in Cantica canticorum.

Subarraverit) Subarrare, est *ἀρραβωνεάζε*. utuntur eo verbo Pontifices.

Non sponsalia) Imo hodie sponsalia quoque ex Novellis Leonis P. Faber.

Territa officii potestate) Itaque si præses quidem sit, sed qui ratione potentatus parentes puellæ terrere non valeat, sponsalia non prohibentur, ut notat Thalelæus ad constitutionem hujus tituli.

Nisi mavis Cyrillum sequi) Scribit Cyrillus constitutionem loqui de præside provinciæ, Paulum autem accipiendum esse de his qui officium in provincia administrant, id est, de officialibus, qui ut Præsidibus longe inferiores sunt: ita eorum quoque facta leviora judicantur: eamque sententiam adserere conatur Obs. iv. cap. xxii. Heic autem aliam interpretationem adfert, ut sponsa arras non aliter reddat quam sua sponte. Raphael Fulgosius heic: *Quod dicit ibi in d. l. si quis, redditis arris, intellige, si pars mulieris velit.*

Adseffores) Participes , id est , consiliarios in l. un. h. tit. Sic habent veteres Menagii & Brodæi. Ego suspicabar esse verus Glossema , quod absit à Cod. Theoph. nisi participes consiliarios dixerit cum Plauto in Milire Act. iv. sc. 11. Certe particeps est consiliarius. Cornelius Tacitus Annal. vi. cap. x. *Marino particeps*. Basilica *ov fva. díd ees* interpretantur.

De donationibus ante nuptias vel propter nuptias & sponsalitiis.

TIT. III.

PRiores constitutiones hujus tituli sunt de sponsalitiis. i. muneribus sponsalitiis, quæ dat sponsus, aut focer vel socrus sponsæ vel focero, vel contra sponso sponsa, quæ & sponsalia dicuntur, l. 3. & multum distant ab ar- ris: Nam ex sponsæ soli dantur, & secutis nuptiis redduntur. ut dixi. munera sponsalitia remanent apud eum, qui accepit, nisi aliud con- venerit. & rursus non secutis nuptiis culpa spon- sæ, regulariter arræ redduntur in duplum, & ex conventionem in quadruplum: munera reddun- tur in simplum, si per eum qui accepit factum sit quo minus nptiæ contraherentur, si per eum qui dedit, non redduntur, l. 15. hoc tit. Item mortua sponsa vel sponso ante nuptias contrac- tas arræ redduntur., l. 3. tit. i mortuo autem sponso munera non redduntur, si ea liberalita- tis causa contulerit in sponsam, i. ut nullo ca- su ad se heredésve suos reverterentur, l. si tibi, hoc tit l. 1. D. de don. vel si contemplatione

futuri matrimonii & titulo sponsalium prætermiffa heredum differentia, quam statuit l. 2. Cod. Theod. eod. hodie dicimus non interveniente osculo, ea donatori reddi, imo & interveniente osculo, si sponsa donaverit, non etiam si sponsus: nec enim integra ea heredibus sponsi reddi oportet; sed semissem tantum ex lege 16. quasi jus osculi auxerit jus sponsalium, & qui osculum accepit quasi maritus fit, aut certè plus quàm sponsus, nec tamen satis est, ut Fabius ait decl. 279. maritum tantum osculo putari. Posteriores autem quatuor constitutiones hujus tituli sunt de donatione ante nuptias quæ dicebatur olim, hodie quæ dicitur donatio propter nuptias: quia hoc singulare habet, ut & constante matrimonio fieri & augeri possit, sicut dos, l. pen. & ult. Martianus Capella ix. Arcanus prisca juris adsertor consulitur, responditque, regulariter etiam matrimonio copulato dotem dicere foeminam viro nullis legibus prohiberi. Nec enim, ut ait l. ult. simplex ea & mera donatio est, sed contractus, qui fit propter dotem & propter nuptias, ut No. 38. & 119. & quasi *ἀνδρὸς ἐπιθήκη* sive *ἀνδρὸς ἐπιθήκη*. dotis denique donatio propter nuptias est contractus, quo quid dotem contra vir uxori offert, vel amussis, examen, levamentum, sacoma dotis, quæ & sponsalitia largitas dicitur, l. 4. inf. de sec. nup. & sponsalia, l. 2. eod. l. prædia inf. de præd. min. & No. Valentin. de epis. jud. & in constitutionibus Græcis *ἑδνα*. Igitur sponsalium nomen commune est repromissioni futuri matrimonii, quam Alexius vocat *πρώτων τῶν συμβαλλόντων σωμαρογλή*, & donationi propter nuptias seu sponsalitia

largitati, id est, muneribus sponsalitiis, & arris.

Enarratio.

TIT. III.

Muneribus sponsalitiis.] Tertullianus l. ad uxorem cap. iv. *Orationes suas velut dotēs domino adsignant. ab eodem dignationem velut munera dotalia quotiescumque desiderant consequuntur.*

Aut certe plus quam sponsus) Achilles Tattius de Clitoph. & Leucipp. amoribus iv. *μίστριμοίον τῶν φιλημάτων ἐσὶ με γυνή. Osculo tantum uxor mea est.*

Quo quid dotem contra) Heroicis temporibus in Græcia maritus quasi dotem uxori dabat, & munera sponsalitia : & tam dos, quam munera ἔδνων nomine continebantur, ut ex Homero & aliis observavi libro II. Institutionum tit. vii. §. 3. Quem morem poëtæ Latini tangunt. Vetus epigramma libro iv. collectionis Pithœanæ.

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo.

Auctor historiæ Appollonii. *Non apto, ait, tempore me interpellatis : filia mea studiis vocat, & ob amorem studiorum imbecillis jacet. Sed ne videar vos sæpius differre, scribite in codicillis nomina vestra, & dotis quantitatem, quam transmittam filię.*

Amussis) Vetus Onomasticon : *amussis αἰόμεν.* Varro apud Nonium : *Amussis, est æquamentum, levamentum.*

Examen) Festus Pompeius : *examen, æquamentum.* Glossæ Philoxeni : *examen σήκωμα.*

Levamentum] Vide locum Varronis supra.

Sacoma dotis] Onomast. *æquipondium, σήκωμα.* utitur Vitruvius ix. 3. & ult.

Sponsalitia largitas) Ennodius Ticinensis in vita Epiphani : *Sit filii tui sponsalitia largitas, absolutio captivorum. Offerat pactæ suæ munus quod & Christus accipiat. Nec debuit Accursius distinguere.*

Et sponsalia) Saxo grammaticus historiæ Daniæ libro xiv. *Igitur à Canuto totius patrimonii sui parte tertia sponsalium loco promissa puellam despondit.*

In constitutionibus gr. *ἔδνα*] Et aliis auctoribus. S. Gregorius Nissenus de virginitate : *οἶδα ἢ καὶ τὰ ἔδνα τῶν γαμῶν.* Non absimile est quod posteriores dixerunt, *ὑπόβολον*, id est, incrementum dotis, vel quod mortuo viro uxori superstiti redditur supra dotem. De quo D. Chrysostomus, in Psalmum xliv. *λάβε ἀρρῶνα, ἵνα μοι πισυῆς εἶ τῶν μέλλοντων. λάβε ὑπόβολον, λάβε καὶ μνήσθη.* *Accipe arras, ut mihi fidem habeas : accipe hypobolum, accipe & sponsalia.* Meminit Eustatius ad Odyss. α. vide Cujacium Observat. v. 4.

Quam Alexius vacat] Alexius Comnenus in Nov. de sponsalib. *primam contrahentium conventionem.*

De nuptiis.

TIT. IV.

V. tit. 10. lib. 1. Inst. & tit. 2. l. 23. D.

EXpositis contractibus his qui ante nuptias fieri solent, consequens est ut tractet de nuptiis sive matrimonio ipso. Matrimonium nudo consensu perficitur: Nam neque verba, neque scripturæ proprietatem desiderat, neque dotem, neque concubitum, neque pompam aut deductionem in domum mariti, l. pen. D. de don. int. vir. & ux. l. 13. hoc tit. quæ sunt quidem per consequentias matrimonii propria, non principalia, quæ rem negotiûmque conficiant. Nuptiæ igitur sive matrimonium est conventio, quæ fit inter cives, marem & fœminam ad sobolem quandoque justam procreandam spectans, eo animo votoque, ut in una domo totam vitam vivant socialiter. Hæc est nuptiarum definitio vera. In idiotismo eo nomine significatur commistio corporum, ut apud Petronium. Illa nocte qua nuptias fecerunt. & in Æsopo Latino de vita Alexandri: Ille sceptro deposito consensoque lecto nuptias agit. Vel festivitas & celebritas nuptiarum, & ita nuptias in conditionibus accipi vult l. 2. 4. hoc autem tit. permittuntur nuptiæ quædam quæ olim fuere prohibitæ, veluti cum quinquagenaria, cum alumna, cum consobrino. sed & prohibentur variis ex causis. Si filius aut filia. nuptias faciat sine auctoritate patris qui modo auctor esse possit. Si puella sui juris sine tutoris

auctoritate, quia ad nuptias contrahendas, sicut ad hereditatem adeundam puellæ curatoris auctoritas non sufficit. Si libertus patronam, aut patroni uxorem, filiam, neptem ducat. Si quis ex ea provincia in qua officium administrat, si susceptam ex baptismo, quam filiolum vocamus.

Enarratio.

TIT. IV.

Nudo consensu perf.) L. pen. de donat. inter vir. & uxor. sicut & sponsalia, l. 4. & l. ii. D. de sponsal.

Nam neque verba, neque scr. propr.) Ut de obligationibus quæ consensu fiunt scribit Caius in l. 2. §. i. D. de obligat. & action. sicut neque scriptura desideratur in sponsalibus, l. in sponsalibus 7. D. de sponsal. & ideo vir absens uxorem ducere potest, Paul. Sent. lib. II. tit. XIX. §. vir, sicut absenti absens desponderi, d. l. 4. §. i.

Neque dotem] L. ult. sup. tit. prox. l. pen. inf. tit. xvii. quamquam mulier indotata nudum nomen uxoris adferre videatur. Dicam ad l. 30. D. de regul. jur.

Neque concubitus) d. l. 30. cum fuerit 15. D. de cond. & demonstrat D. Augustinus de consensu Evangelistarum libro II. capite I. *Virgo peperit Christum: Hoc exemplo magnifice insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere vocarique conjugium, non permisto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.*

2009 Mip In domum mar.] Imo in domum, non in

cubiculum, l. cum fuerit 15. D. de condit. & demonstrat. Sed jus illud antiquum hodie sublatum jure isto. P. Faber.

In domum mariti) Hebræorum jure nuptiæ perfectæ non erant ante deductionem in cubiculum mariti. qua de re vide Seldenum uxoris Ebraicæ libro II. cap. XIII.

Ad sobolem quandoque justam procr.] Servius in IV. Æneidos. *Quis enim ignorat matrimonia liberorum suscipiendorum gratia iniri?* Eustatius in illud Homeri Iliad. κ εἰ παῖδες, εἰ δὲ γυναῖκες. ἰστέον ὅτι ἐν τῷ εἰ παῖδες, εἰ δὲ γυναῖκες, δόξοι ἂν τὰς παῖδας οὐκ ἔξω λόγῳ προσηῖναι, ἀλλ' ὅτι τελικὸν αἴτιον αὐτοῖ τοῦ γάμου. & Iliad. ζ. τῶν ἐρασιπῶν εἰ ἀγαθοὶ Δία γυνὴν γίνονται παίδων *Amorum illi optimi sunt qui liberorum procreandorum propositum habent.*

Justam) Hinc justii liberi, qui ex justis nuptiis quæsitii sunt. Sic etiam Pomponius scribit, dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam replendamque liberis civitatem maxime esse necessarium, l. 1. D. 50. mat.

Totam vitam) Apuleius Metam. VI. *Nec unquam digredietur à tuo nexu Cupido, sed istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ.*

Commistio corporum) Apuleius Metam. VII. *Invitat ad nuptias: id est, concubitus.* D. Hieronimus adversus Luciferianos: *Die nocturne nuptias faciens, obscœnas, & auditu quoque erubescendos coitus somniavit.*

Celebritas nuptiarum) Quintilianus decl. CCCVI. *Vis scire quid sint nuptiæ? aspice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitantem populo.*

Cum quinquagenaria) Cum quinquagenaria

olim nuptiæ prohibitæ. *An quia sæcunditas omnium (mulierum) conquiescit ?* Solinus capite IV. Adde Plinium VII 14. Dionys. Halicarn. IV. *Ut esse videretur quædam etiam nubendi impudicitia*, ut ait Fabius dicta declamat. CCCVI. *Hodie permissæ sunt, lege Sancimus 27. hoc tit.*

Cum alumna) *Quam libertate donavit, l. si quis 27. h. tit.* Manumissor enim libertam suam uxorem ducere non prohibetur, l. uxorem 15. eod. *Vetus epigramma :*

Liberta & conjux Petronia cara patrono.

Cum consobrina) *L. celebrandis 19. h. t.*

Sine auctoritate patris) *Paul. Sentent. libro II. tit. XIX. §. 1. l. 2. D. de ri. nupt. l. si ut proponis 7. & l. nec filium 12. hoc t.* Græci interpretes in ea sententia sunt, ut filius emancipatus, si perfectæ sit ætatis, sine consensu patris uxorem possit ducere. Harmenopulus Epitom. libro IV. tit. IV. §. 13. *Filia vero post plenam ætatem, sive post xxv. annum, etiam citra consensum patris potest nubere, No. cxv. capite III. §. II.* Sic videtur accipiendum quod scribit Photius patriarcha CP. epistola V. in Auctario his admodum verbis : *εἰ ἡ ἀρετὴ μακρῶν χρόνων, τῆς γαμικῆς ἡλικίας τῶν παίδων ἐπιτηδείας ὄυσης, ὑπελείθηντο οἱ γονεῖς, καὶ τὴν ἀναγκὴν αὐτοὶ παρέχον, καὶ μὴ βελομύων αὐτῶν, ἐλθεῖν τοὺς παῖδας εἰς συνάφειαν, τὴν κωνσταντῆ καὶ τὸν τοιοῦτον γάμον ὁ νόμος οὐκ ἀκυροῦν τίθησι, καὶ ὁ ἱερεὺς πατρῶν, καὶ ἀγάζων τὸν γάμον οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐστὶν ἔνοχος :* *Si parentes postquam liberi ad ætatem legibus definitam pervenerint, longo tempore morati sint in querenda eis conditione, & necessitatem ipsi liberis præbuerint etiam invitis parentibus uxoris ducendæ,*

vel nubendi, tunc leges ejusmodi nuptias non faciunt irritas, & sacerdos, qui interfuit, & eis benedixit, nullius criminis reus est.

Qui auctor esse possit] L. si furiosi 25. h. t.

Si puella sui juris. &c. Patre orbata, l. 1. & l. 8. h. t. l. 20. D. de ri nupt. l. cum in una 17. §. 1. D. de appellat. Ulp. titulo xi. §. item ex Senatusconsulto.

Si quis ex ea provincia] L. un. sup. tit. 2. l. 38. D. de ri nupt. concubinam tamen ex ea provincia habere potest, l. 5. D. de concub.

Si susceptam] L. 26. §. 1. h. t.

Quam filiolum vocamus] Nichardus historię libro II. Sicut ergo filiolum ex baptismo oportebat benivolum esse. Imo nec cum matre ejus aut filia. Constantinus Harmenopulus iv. vi. 18. quod tamen non admittit S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus epistola xi. Affirmant, inquit, sacerdotes per totam Franciam, & Gallias, necnon & Romani, maximi criminis reum esse hominem, qui in matrimonium acciperet illam viduam, cujus ante filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Quod peccati genus, si verum est, hætenus ignorabam: & nec in antiquis canonibus, nec in decretis Pontificum Patres, nec in calculo peccatorum Apostolos usquam enumerasse cognovi. Vide ibidem Notas, & epistolam xv.

De incestis & inutilibus Nuptiis.

TIT. V.

ADduntur in hoc titulo & aliæ causæ prohibendarum nuptiarum, & prænotatæ e-

tiam quædam quæ fuere tit. superiore in h. t. proprie explicantur, maxime de incestis nuptiis l. 17. l. 23. §. pen. quæ contrahuntur inter cognatos vel inter adfines. & vel sunt nefariæ, ut quæ sunt incestæ jure gentium inter parentes & liberos in infinitum, & ex adfinibus inter vitricum & privignam, aut privignæ filiam, inter privignum & novercam, inter focerum & nurum, inter generum & socrum. Nam & focrus aut noverca non alio nomine dicenda est quàm mater: nec alio privigna aut nurus quàm filia. Et adeo quidem nefariæ sunt eæ conjunctiones ut nec concubinam, vel sponsam patris, aut filii, aut foceri ducere liceat, vel sponsæ, aut concubinæ filiam. Non solent nefariæ dici quæ incestæ sunt jure civili, veluti cum sorore, sororis filia, vel nepte, cum amita, vel matertera, cum amita magna vel matertera magna hodie & cum fratris filia vel nepte, & ex adfinibus cum uxore fratris & cum sorore uxoris: quanquam & has violare contra fas sit, l. 5. D. de quæst. Namque olim justæ fuerunt nuptiæ cum fratris filia vel nepte, & cum adfinibus omnibus præter privignam, novercam nurum, socrum, l. 4. §. hos itaque, D. de gr. & adf. Præterea quod ex titulo superiore colligi potest etiam sub hoc titulo repetitur, non esse senatori connubium cum libertina, aut scenica, aut famosa muliere, injustas & impares nuptias esse, sic dico ut legi i. C. Th. de col. leg. justo conjugio opponi. Itemque si liberta invita patrono alii transnubat, si qui uxorem habet, alteram ducat, si inter servos coëant, vel cum servis, ut Plauti Casina. Quid istud est serviles nuptiæ &c. Item si inter Lati-

nos, quia nec nuptiæ justæ, nec dos est nisi inter
cives Romanos, §. sed & si quis, inf. de lat. lib. tol.

Enarratio.

TIT. V.

Incestæ jure gentium) L. ult. D. de ri nupt.
Inter vitricum & priv.) L. nemini 17. sup.
tit. iv. §. vi. & vii. Instit. de nupt.

Nam & focrus &c.) Libanius epistola cccxv.
ἡ πενθερὴ ἢ σοι τίμιον, ὡπερ ἡ μήτηρ ἔστω : *SOCRUS*
cara tibi sit sicut mater.

Aut noverca] Sic apud Lycophronem, δευ-
τέραν πιθοσαν, *secundam matrem*, Isaacus Tzer-
zes μητσηάν, *novercam* interpretatur. vide
Commentarium nostrum ad Institutiones, d.
§. 6. & 7.

Ut nec concubinam) L. 4. sup. tit. iv.

Incestæ sunt iure civili] Equidem dubito,
cum divino jure, imo etiam gentium exceptis
Persis & Atticis prohibitiæ sint sororis fratrisque
nuptiæ, utrum eas non incestas modo, sed e-
tiam nefarias dici oporteat. Sane has tute in-
cestas esse dicis jure gentium in comment: ad
Nov. XII. hac ratione, quoniam nullo jure
civili permissæ sint. P. Faber.

Veluti cum sorore &c.) d. l. 17.

Cum uxore fratris] Post excessum fratris, l.
pen. Nec dissoluto priore conjugio, l. 5. h. tit.
Ἀλλοθεντὸς τοῦ πρὸς τὴν προτέρα γαμετὴν με συ-
νοικεσίῃς. Joannes Scholasticus ad collectionem
canonum Theodoretii. vide canonem LX. Con-
cilii eliberini. quia constante matrimonio ea-
dem duobus nupta esse non potest. De jure

Hebræorum vide Seldenum in uxore Hebraica lib. i. cap. iv.

Et cum sorore uxoris) d. l. 5. S. Basilius epistola cxcvii. ad Diodorum : εἰάν τις πάθει ἀκαθαρσίας πολὲ κραιβέτης ἐμπέση πρὸς δυοῖν ἀδελφοῖν ἀφισμαὶν κρινωσίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτο, μήθ' ὅλως εἰς ἐκκλησιαστικὸν πλήρωμα παρεδέχεσθαι, πρότερον ἢ ἀλαῦσαι ἀπ' ἀλλήλων : Si quis affectu obscenitatis ita teneatur, ut in illicitum duarum sororum consortium incidere, id neque conjugium esse existimandum est, neque talis ad ecclesiasticum coetum admittetur, priusquam ab invicem separentur.

Nuptiæ cum fratris filia) Ita vero? non tamen cum sororis filia vel nepte, ut scripsi ad l. sororis D. de ritu nupt. P. Faber.

Non esse senatori conn.] L. humilem 7 hoc tit.

Injustas & impares) Apuleius Metam. vi. Jam faxo nuptias non impares. nuptiæ inter inæquales probrosæ & solutæ apud Danos. Saxo grammaticus in historia Danica.

Si liberta invito patr.) L. 1. h. t.

Si qui uxorem habet) L. 2. h. t. Sextus philosophus Pyrrhon. hyp. III. 24. νόμος ὃ παρ' ἡμῶν κελεύει μὴ συνοικεῖν ἕνατον : Lege apud nos cautum est, ut quis non amplius quam unam uxorem habeat.

Si inter servos) L. 3. Paulus Sentent. lib. ii. tit. xix. §. inter servos.

Plauti Casina] In prologo Casinæ.

Item si inter Latinos] Ulp. tit. v. §. 3.

De interdicto matrimonio inter pupillam
& tutorem seu curatorem libe-
rosque eorum.

TIT. VI.

IN hoc titulo proponitur alia species inuti-
lium prohibitarumque nuptiarum ex Ora-
tione Marci & Commodi, & S. C. quo cavetur
ne tutor vel curator, neve tutoris curatorisve
filius ducat impune eam, quæ pupilla sua fuit,
vel patris sui antequam rationes redditæ fue-
rint, & præterierint tempora restitutionis in
integrum, intra quæ etiam si redditæ essent ra-
tiones, retractari possent. Nam causa quæ Se-
natum movit, fuit suspicio fraudis. Plerumque
enim tutores vel curatores hujusmodi nuptias
appetunt, ut puella ducta in familiam suam
fraudem administrationis suæ tegant, ut ratio-
nes intetvertant, vel cohibeant prorsus illas, à
verecundia dum tardat rationes à marito exige-
re vel focero, quæ ratio etiam efficit ne tutori
permittatur adoptio pupilli vel pupillæ aut ma-
riti pupillæ. Hæc autem prohibitio consistit in
tutoribus & curatoribus, & liberis eorum:
nec enim porrigitur ad eos qui pro tutore vel
pro curatore negotia gerunt, non ad procura-
torem. non ad gestorem, lege ult. hoc titulo,
alioquin paulatim & omnis qui rationibus red-
dendis obnoxius esset, prohiberetur sibi vel fi-
lio suo conjungere eam cui obligatus esset, l.
pen. §. pen. D. de rit. nupt. & observandum
prohibitioni causam dedisse non tantum ra-

tiones ne cohiberentur: sed & vim & potestatem, quam tutor habet vel curator quæ freto est facile hujusmodi conciliare nuptias, venerationem & memoriam pristinae aut praesentis potestatis, rationem potentatus, l. praefectus D. eod. quæ nulla est in protutore, procuratore, gestore voluntario.

Enarratio.

TIT. VI.

ET Commodi) L. 20. & l. 60. D. de ri. nupt.
l. i. h. t.

Ne tutor vel curator) L. i. & 6. h. t. Cyrus
ἵνα δὲ ἀφ' ὧν εἰσὶν νόμος τῷ ὀρφανῷ μήτε τὸν
ἐπιτροπὸν γαμεῖν, μήτε τὸν ἐπιτρόπον παῖδα; Lex
est ne tutor pupillam quondam suam ducat,
neve tutoris filius. Syrianus in Hermogenem:
νόμος τῷ ἐπιτροπευομένῳ γυναῖκα, μήτε τὸν ἐπι-
τροπὸν μήτε τὸν παῖδα αὐτοῦ.

Et præterierint tempora) Quadriennium
continuum, l. ult. C. de repud. hered.

Administrationis suæ tegant) L. 7. h. tit.

Ne tutori permittatur adoptio] L. 17. D. de
adopt. l. pen. §. sed etsi D. de ritu nupt.

Et liberis eorum) Non dixit filiis: nepos
enim etiam prohibetur, l. Senatusconsulto 59.
D. de ri. nuptiar. & ideo recte libri veteres ha-
bent, liberosque eorum, non ut vulgo, filios-
que.

Qui pro tutore] ἡ δὲ ἀδελφὴ τῆ ἀληθείας κερσά-
τωρ ἢ ἐπιτροπὸς γεγονέναι, ut ajunt Græci: Non
videtur revera curator, aut tutor fuisse.

Vim & pot.) Et quia ratio potestatis ejus-

modi nuptias impedit, curator adulto suo filiam suam nuptum collocare non prohibetur, l. 5. h. t. quia ut ait Thalelæus εκ' ἑτῶς εἰώθηεν ὁ αὐτὸς τὸν πενθερὸν ἐπυθρῆ αἰνῆς ἢ νόμου: *Vir non ita solet revereri socerum, sicut nurus.*

Gestore voluntario) Procuratores necessarij sunt, negotiorum gestores, voluntarij procuratores.

Si quacunque præditus potestate vel ad eum pertinentes, ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias.

TIT. VII.

IN specie hujus tituli eadem ratio, quæ in superiori prohibet nuptias, ratio potentatus, d. l. præ. & punitur etiam conatus, si is qui in provincia officium administrat, nuptias appetierit mulieris aut virginis invita ea, vel parentibus ejus, & ipsa, vel parentes, quos minis aut promissis tentaverit statim habita contestatione liberantur jurisdictione ejus, qua abutitur ad nuptias eliciendas. & hoc differt hic tit. à titulo 2. quod ille est de sponsalibus, hic de nuptiis, & à l. 6. sup. de nup. quod illa sit de interdicto matrimonio, hic titulus de pœna tentantis interdictum matrimonium. Tentasse crimen est.

Enarratio,

TIT. VII.

ET ipsa, vel parentes] Cum sua suorumque domo, ut est in l. un. h. tit. Thalelæus ait, non solum cognatos, sed etiam omnes ad eam, pertinentes ad jurisdictionem magistratus definire pertinere.

Si nuptiæ ex rescripto petantur.

TIT. VIII.

ET ultimo loco hic ostenditur, eas etiam nuptias inutiles & illicitas esse, quæ ex rescripto, quod utique subrepticium præsumitur, petuntur absque consensu puellæ, si nuptiæ fratris aut sororis filiæ, vel etiam hodie consobrinæ. Olim consobrinæ permissæ sunt ex rescripto, l. 1. C. Th. eod. & imparis honestate fœminæ, l. 23. sup. de nup. & utriusque rescripti formula extat apud Cassiodorum VII. Var. & pupillæ suæ, vel patris l. pen. sup. tit. 6. & proculdubio ex rescripto petitur etiam desponsa recte, vel arrarum duplum, l. 1.

Enarratio.

TIT. VIII.

NUPTIAS inutiles] Thalelæus ad illa legis I. tale sponsalium genus: Punitur, inquit, cum non solum nuptias, sed etiam sponsalia ex rescripto quis petierit.

Quæ ex rescripto) Principis scilicet, cujus hoc jus fuit apud Spartanos, ex quorum moribus civile jus pop. Romani conflatum fuisse constat, ut de virgine constitueret ad quam tota hereditas pervenisset, quis illam in uxorem ducere deberet, si pater eam non despondisset. Testis Herodotus Erato : *δικάζεν ἡ μού-
νυς τοῦ βασιλῆως*, &c. P. Faber.

Si nuptiæ fratris aut sororis filia] L. 2. h. t. Hodie non magis fratris quam sororis filiam licet ducere, §. fratris vero, Instit. de nupt.

Vel etiam hodie consobrinæ) Inter consobrinos licitæ quidem nuptiæ sunt, l. 19. sup. tit. xv. sed si ex rescripto petantur, illicitæ hodie sunt & inutiles. Olim utiliter petebantur.

VII. Variarum] XLVI.

Et pupillæ suæ vel patris) Ejusmodi nuptiæ ex rescripto peti poterant, l. pen. sup. tit. vi. hodie si petantur, inutiles sunt.

Pœna peccatoris publicatio bonorum & deportatio, l. 1. h. t. Hincmarus Remensis opusculo xvi. cap. xviii. *Adjiciunt istiusmodi homines malis suis etiam illam nimis audacem & puniendam præsumptionem, ut adulterinis & execrandis non conjugijs, sed pollutionibus suis, postulando ac supplicando auctoritatem vel mediationem religiosorum Principum adquirant. quod absit à fidelibus & ministris regni Christi principibus ut cujusquam improbitas eorum interditi vel interventionibus adjuvetur: cum leges Romanæ, & Christianissimi illorum temporum Imperatores manifestissime & justissime censuerint, eos qui injustis & fraudulentis petitionibus, & maxime in tali causa, principales aures inquietaverint, & indulto beneficio*

carere, & insuper exilio deportari, & filios qui ex hujusmodi ignominiosis & adulterinis conjunctionibus fuerint procreati, nequaquam legitimos deputandos, nec hereditatis successione honestandos. Vide leg. un. C. Theod. eod.

Desponsa recte) Quam despondit pater, & rescripto petitur, ut nuptiæ impleantur, vel arrarum duplum præstetur.

De secundis nuptiis.

TIT. IX.

NON sine causa secundæ nuptiæ illicitarum vicinitatem sequuntur, quippe cum pœnis obnoxia sunt, licet ne quartæ quidem aut quintæ illicitæ sint, l. 4. inf. de bon. quæ lib. ad. quia quasi quodammodo illicitæ esse videntur. Et ex his quidem aliæ immaturitatis reprehensionem habent, ut quas fœmina facit intra annum luctus, l. 1. & 2. aliæ intemperantiæ, ut quas facit post annum luctus existentibus liberis ex nuptiis superioribus, l. 3. & ceteris legibus tit. hujus. Nam & si quasi legitima sit ea immaturitas intemperantiæve, tamen legibus coërcetur: & immaturitas quidem in fœmina tantum, intemperantia in fœmina & in mare, ut prioris matrimonij liberis consulatur, à quibus plerunque, ut eleganter Ambrosius ait 6. Hexame. mutato concubitu parentes depravantur, prælatis filiis posterioris copulæ, neglectis autem his qui ex prioris progeniti sunt: & eleganter l. 22. §. lex, inf. de adm. tut. novis maritis mulieres non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere. & Homerus Odysseæ xv.

οἴθια γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός.
 κείνης βλέπει οἶκον ὀφείλλειν ἅς κεν ὀτήσι,
 παίδων δὲ προτέρων καὶ κεραιδίοιο φίλοιο
 ἐκόπι μόνηται τεθνηότος, ἔδὲ μεταλλά.

Et inde constitutiones in hoc tit. de coërcen-
 da liberalitate parentum erga secundum secun-
 dâmve conjugem, ne plus ei dent, donent, re-
 linquant, quam cui ex liberis prioris matri-
 monij minimum dederint, donaverint, reli-
 querint ex bonis quæ aliunde quæsierunt quàm
 à priore conjugē. Nam eorum quæ habuerunt
 à proprie conjugē proprietatem servant liberis
 prioris matrimonij, eorûmque servandorum
 causa cetera parentum bona liberis tacitè obli-
 gata sunt. In parte proprium hoc est, ut sit eo-
 rum bonorum legitimus administrator. Itém-
 que ut non adstringatur necessitate dandæ fide-
 jussionis. Cetera sunt communia in parentibus
 utriusque sexus.

Enarratio.

TIT. IX.

Licet ne quartæ quidem &c.) Augustinus
 can. ult. & can. aperiant xxxi. qu. i. Pet.
 Faber.

ὁ δίγαμος ἐκ' ἀνέγκλητος, εἰ καὶ τοῖς ἕξω νόμοις
 ἄλλος δοκεῖ: Digamus culpa non caret, tametsi
 legibus civilibus aliter videatur. Theophyla-
 ctus in epistolam D. Pauli ad titum capite I.
 D. Chrysostomus homilia vii. in posteriorem
 ejusdem Pauli ad Timotheum: αἱ δευτεργίαι ὁ-
 μιλιᾶσαι γαμοῖς καὶ πλὴν ἐνὶ ᾧ διαφθεῖρσαι τῆ πεσε-
 λευτηκότος: Quæ ad secundas nuptias transeunt,

ac viri qui excessit, thorum maculant &c. Adeo autem secundas nuptias damnarunt quidam ut Athenagoras in Apologia *ευ πρεπωή μοιχείων*, honestum adulterium vocarit. Ecclesia tamen probavit, aut certe concessit. D. Augustinus in libro de agone Christiano cap. III. *Isti sunt qui viduas, si nupsent, tanquam adulteras damnant, & super doctrinam Apostolicam se prædicant esse mundiores. & ibidem: Non enim prudentiores habendi sunt, quam Paulus Apostolus, qui ait, malo eas nubere quam viri.*

Quasi quodammodo ill. vid.] Secundas quidem nuptias contrahere prohibitum non est, non tamen carent probro. D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Titum, *ἴτε γὰρ ἅπαντες, ἴτε ὅτι εἰ καὶ μὴ κεκωλυται παρὰ τῶν νόμων τὸ δευτέρῳ ὁ μολεῖν γάμοις, ἀλλ' ὁμοῦ πολλὰς ἔχει τὸ πρᾶγμα κατηγορίας.* Scitis enim omnes, scitis, et si secundæ nuptiæ legibus vetitæ non sint, rem tamen multis criminibus obnoxiam esse. Qui eas contrahit, non implet vitæ ejus quæ secundum Evangelium est, summam illam perfectionem: *καὶ κεκωλήται πρὸς τὸν νόμον καὶ πληροῖ ἡ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πολιτείας πλὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα,* ut ait Clemens Alexandrinus Stromate tertio.

Intra annum luctus] D. Chrysostomus in epistolam D. Pauli ad Colossenses: *εἰ γὰρ ταῦτα πενθεῖς, ἔχοῦν διαπαντός, πενθεῖν ἢ ἀπελθόντα. οὐ γὰρ ἐνίαν τὸ παρέρχοντα ἐπιλέλησαι, ἢ οὐδ' ἐχνομένον πνός, καὶ τὸ ἀπελθόντα θρῆνείας:* Si enim hæc luges, oporteret eum qui excessit è vivis, lugere perpetuo. Si autem cum annus præterierit, obvisceris perinde, ac si nihil accidisset, non eum qui excessit luges, &c. Apulejus viii. Metam.

Boni ergo & optimi consules, si luctui legitimo miserimæ fœminæ necessarium concesseris tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni.

Nam etsi quasi legitima sit ea immat.] Valerius M. libro II. cap. i. 3. Multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes. Scripti codices ibi habent, quasi legitimæ.

Et immaturitas quidem in fœm.] Quæ festinato nupsit. Uxor enim virum elugere debet, non solum propter turbationem sanguinis, sed & propter honorem maritis debitum: alioqui si uxor peperisset intra annum, impune posset nubere: vel etiam intra tempus, quo certum esse cœpit, uxorem non esse pregnantem: puta post trimestre tempus à mariti morte, ut Hebræorum jure, de quo Seldenus libro II. cap. XI. uxoris Ebraicæ.

Liberis consulatur] Apuleius x. Metam. Ad hoc uxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus, ad extremum sobolis impellebatur odium. Vide quæ diximus ad vit. de inoffic. test. Institut. In his nihil matris præter titulum est, ut loquitur Quintil. decl. ult. ad finem.

Liber. cons.] Stobæus serm. π πίφουη γδ πως πᾶσι πολέμιον γυνή τοῖς πρότερον ζυγῶτα δευτέρω πόσει. P. Faber.

De coercenda] L. hac edictali in princ. & §. omnibus.

Legitimus administr.] L. ult. §. si autem es in fine, de bon. quæ liber.

Dandæ fidejussionis] Vide inf. de bon. quæ lib. ad finem.

Si secundo nupserit mulier cui maritus
usumfructum reliquerit.

TIT. X.

Hic titulus est etiam de secundis nuptiis
& veluti codicillus ad titulum superio-
rem, quo suppletur quod illo de est. Nam hoc
quidem constat ex illo, mulierem cui primus
maritus rerum quarundam suarum plenam
proprietatem dedit, vel donavit, vel reliquit, si
post mortem ejus alij nuptum ire coeperit, statuit
amittere earum rerum proprietatem nudam, &
usumfructum solum retinere: sed ex illo etiam
non constat quid sit dicendum, si prior maritus
uxori quæ secundo nupsit, dederit vel relique-
rit usumfructum rerum suarum, quem consti-
tutio hujus tit. confestim restitui vult liberis
prioris matrimonij. Hoc idem probaverunt
Arcadius & Honorius, & alij porrexerunt ad
maritum, cui uxor legasset usumfructum re-
rum suarum, sed abrogatur à Justiniano No.
XXII.

Enarratio.

TIT. X.

Veluti codicillus] Codicillus enim est sup-
plementum testamenti.

Si post mortem ejus) L. 3. sup. tit. prox.
Arcadius & Honorius] In l. i. C. Th. eod.

Novella xxii.) Capite xxxii. ex qua usus-
fructus quem prior conjux legavit, non aliter

auferetur conjugii, etiamsi nuptias repetierit, quam si specialiter id defunctus caverit, d. cap. xxxii.

De dotis promissione vel nuda pollicitatione.

TIT. XI.

Matrimonium dixerunt Græci *γαμικὸν συμβαλλόμενον*, & nos ante maluimus etiam id contractum, quam pactiōnem dicere. Hunc sequitur contractus alius, qui & antecedere potest, nempe dotis datio, l. contractus, D. de reg. jur. vel stipulatio promissiōque dotis, vel pollicitatio, quæ pro contractu habetur: quia & ex pacto, & ex pollicitatione, & obligatione nuda dotis nascitur obligatio, l. 4. & pen. De col. do. sublata dictione dotis, quæ olim fiebat solemnibus verbis, veluti, Mille doti tibi dabo, aut, Quod mihi debes, doti tibi erit. Dos est conventio, qua res aut pecunia certa propter justam uxorem propterve onera matrimonij pervenit ad virum Vel, qua pensantur onera matrimonij data marito re aut pecunia certa. Varroni, ut vulgo, pecunia nuptiarum causa data, vel, quod nomine rei uxoriæ in conventionem venit ut marito tradere- tur. Alias dotis nomine significatur jus repetendæ dotis soluto matrimonio, l. 1. §. Celsus D. de do. præl.

Enarratio.

TIT. XI.

Qui & antecedere potest) Paulus libro ii. Sent. xxi. de dotib.

L. contractus] Et l. exigere 65. D. de judic. Ex pollicitatione) Scilicet si dos definita sit, nam si indefinite promissa sit, nihil agitur, l. i. hoc tit. & ideo Thalelæus notat, custodite in l. pen. dici, pollicitationem rerum dotalium intervenisse, ut significaret, in rebus certis promissionem factam. Sicut enim stipulatio que ad rem vilissimam deduci potest, non valet: ita, nec dos, ut idem scribit. Notat etiam idem Thalelæus, constitutionem non meminisse mulieris. Sive ergo mulier, sive quis alius dotem pro ea polliceatur, utilis, inquit, pollicitatio est.

Aut quod mihi debes) L. si pater 44. §. i. D. de jure dot.

Propter justam uxorem) Vxor proprie est quæ justa est. & si justa non est, nec dos est, §. 12. de Nupt.

Sublata dictione dotis] L. ad exactionem 6. h. t. collata cum l. 3. C. Theod. de dotib.

Propter ve onera matrimonii) L. dotis 7. D. de ju. dot. l. pro oneribus 20. tit. seq. l. dotem 16. D. de cast. pec.

Varroni Libro iv. de lingua Lat. ad finem,

De jure dotium.

TIT. XII.

V. tit. 1. lib 23. D.

DOcuit quibus modis contraheretur dotis obligatio. Nunc tractare incipit de jure dotium. i. de causa, conditione, natura dotium, vel de dotibus. & recte in Digestis statim initio ejusdem tituli scribitur, Dotis causam esse perpetuam, quod voto ejus qui dat ita contrahatur, ut semper apud maritum sit. quibus verbis significatur, ex dotis causa dominium adquiri marito: Nec enim causæ contractuum temporariæ, veluti locationis, commodati, pignoris, dominium mutant, sed causæ perpetuæ, veluti emptionis, donationis, dotis. Et quod sequitur in l. 2. D. eod. Reip. interesse, mulieres dotes suas salvas habere, propter quas nubere possint, & ut significat l. interest, D. de reb. auct. jud. possess. quæ ex eodem libro sumpta est, non majores tantum XII. annis, sed etiam minores, ut ætate permittente nubere possint. & videtur in ea pro Solidum, Paulus scripsisse suam dotem; errorem vero illum esse creatum ex his notis S D M. quæ utrumque significant: id verò eo pertinet ut intelligatur dotis causam esse privilegiariam, favorem atque præcipuam, favorem certè addidit ei omnium maximum Imp. Justinianus, favore quod olim habuit inter creditores chirographarios, eodem quoque dato inter hypothecarios, primum in rebus ipsis dotalibus, deinde in ceteris etiam mariti rebus.

Enarratio.

TIT. XII.

VEL de dotibus] Vt in Codice Theod. Vlp.
Reg. tit. vi. Pauli II. Sent. tit. xxi.

Ex dotis causa dominium adq. m.) Maritus non est dominus simpliciter, sed dominus dotis causa, sicut fundo estimato non emptor simpliciter, sed dotis causa, l. quotiens, D. de jure dot. Cui. in not. posterior. Instit. libro 11. tit. viii. vide Obs. x.32.

Veluti loc. comm. pign.) L. non solet 39. D. loc. l. 8. & 9. D. comm. l. cum & sortis 35. §. 1. D. de pigner. act.

Veluti empt. don. dot.) §. per traditionem in fi. & §. seq. Instit. de rer. diu.

Sed etiam minores) Quæ maturius in domum mariti, quasi uxores deductæ sunt, quæque post ætatem nubilem sponsum repudiarunt: nam eis quoque datur privilegium in quasi dote repetenda.

Pro solidum) Auctores Basilic. legerunt, *solidum*: vertunt enim *ολίκληρον. εκ*

Inter hypothecarios) Sicut inter creditores chirographarios mulier præferebatur creditoribus anterioribus: ita & inter creditores hypothecarios etiam antiquiores mulier antefertur primum in ipsis reb. dotalibus, deinde in cæteris etiam mariti rebus, l. ubi 29. h. t. & l. ult. inf. qui potior. in pig. hab. Martinus distinguendum non putabat siue creditores tacitam haberent hypothecam, siue specialem & certam. Vide dicta nobis ad §. fuerat antea, de

action. & ibid. Cujacij. Notas. Sententiam Martini vulgo Doctores sequuntur. Bulgarus contra putat, & Odofredus ad d. leg. ult.

De rei uxoriæ in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita.

TIT. XIII.

Hic titulus est etiam de jure dotium, aut verius de repetitione dotis singularis liber quo auctore Justiniano cum dotis recuperandæ uxori, vel socero soli, aut adjuncta filia competere duæ actiones olim, actio rei uxoriæ & ex stipulatu, si stipulatio intervenisset, extraneo ex stipulatu tantum, omnes ij abolita actione rei uxoriæ dotem repetunt actione ex stipulatu: sed socer & uxor ex stipulatione tacita, extraneus tantum ex stipulatione, vel pactione expressa facta initio dandæ vel promittendæ dotis: & socer ipse ex stipulatione expressa statim, non pactione si dotem sibi reddi voluerit non adjuncta persona filia, & dotem non esse filia pro patrimonio. Eam retinuit actionem Justinianus quæ meliore jure erat. Nam & ex ea multo plura retinet quàm ex actione rei uxoriæ. Nec bonæ fidei eam facit quod utilior sit actori actio bonæ fidei quàm stricta, sed ne haberet ex judicio bonæ fidei quidquam quæ non sit etiam bonæ fidei. Atque ita eam bonæ fidei fecit, ut ne tamen juris stricti pro dotibus amitteret meliorem, quæ in judicio stricto causa erat. Denique mi-

istam fecit actionem, bonæ fidei & stricti juris, actionem ex stipulatu de dote repetenda, quæ confusio similis ad eodem inducta est S. C. Trebelliani & S. C. Pegasiani Quæ vero servat ex propria natura actionis ex stipulatu hæc ferè sunt: ut non sit locus edicto de alterutro: ut post divortium mortua muliere ante moram nec adventitia dos cedat lucro mariti: ut retentionibus dotis ex quinque causis nullus sit locus: ut mortua muliere in matrimonio si pater sit, dos profectitia non cedat lucro mariti. Ex natura actionis rei uxoriæ hæc, ut dotem à parente datam virilis sexus & per virilem sexum cognatione juncti liberi retineant titulo præcipui, sive ex parte scripti, sive emancipati, aut exhereditati sint, coheredibus præstita cautione stricta de indemnitate: & ut de dote profectitia vel adventitia divortio facto, aut mortuo marito agat pater adjuncta filia, vel si pater non sit, aut desierit esse morte naturali vel civili ante vel post litem contestatam sola filia. morte civili, ut l. 2. inf. sol. mat. Et ut maritus hæctenus dānetur quatenus facultates patiuntur, non in solidum. Et ex his rursus quæ communia erant utriusq; actionis hæc servat, ut prædia dotalia reddantur statim: ut dotis inæstimatæ fructus ne reddantur nisi pro rata temporis quo novissimo anno mulier nupta non fuit. Et hoc addi novi, ut dotes quæ consistunt in rebus mobilibus, tam animalibus quàm his quæ anima carent, & in rebus incorporalibus reddat maritus heresve ejus intra annum, explicandæ pecuniæ gratia, quia plerunque harum rerum pretia redduntur si constante matrimonio alienatæ, vel manumissæ fuerint. Et

his subjicitur de fundo dotali non alienando vel obligando, ne consentiente quidem muliere aut remittente hypothecam, quam habet in rebus dotalibus sublata differentia Italiae & provinciarum. constitutio nova.

Enarratio.

TIT. XIII.

Actio rei ux.) Salmasius ait, reuxoriam actionem appellari in l. un. §. r. h. r. ibi, reuxoria, aut ut ipse legit, reuxoria in posterum cessante, qui si scriptos codices consulisset, non reuxoria, sed rei uxoriae exaratum invenisset. Certe ita legitur in V. Cl. Menagii libro optimo, & Juliani Brodæi libro perantiquo. Nec moveri debemus Glossis Nomicis, in quibus legitur, *ῥεὺξόρια*: nam Latini sermonis imperitia huic errori causam dedit. Nec majoris auctoritatis apud me est Suidas, qui verbum hoc corrupte, ut & alia pleraque extulit. Actio igitur rei uxoriae, id est, quæ dotis recuperandæ causa comparata est. Boëtius in Topica Ciceronis libro vi. *Dos licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in uxoris jure: & post divortium velut res uxoria peti potest.*

Sed socer & uxor] Socer præsumitur stipularus. & uxor tacito intellectu. Extraneus recipit sibi dotem stipulando vel paciscendo initio dotis dandæ, l. cum dos 7. D. de pact. dotal. vel initio promittendæ, l. ex morte 9. inf. tit. prox. Pater dotem sibi recipit stipulatione non pactione facta initio dotis dandæ, l. avia 6. sup. de ju. dot.

Ut non sit locus edicto de alt.) Hodie igitur mulier utrumque consequitur : nisi maritus nominatim aliud caverit ἀπὸ τοῦ ἑὸς ἐναντίων εἰσήγαγε τὴν πρόληψιν ἢ διάταξιν , ut ajunt Græci interpretes. Si maritus testamento caverit , se pro dote ea reliquisse , utrumque non consequetur. Ergo ex contrario si nihil caverit , utrumque consequetur.

Ut post divortium mortua m.) Si mulier post divortium mortua esset , actio rei uxoriæ heredi ejus non aliter dabatur , quam si maritus in dote mulieri reddenda moram fecisset , ut scribit Ulp. tit. de dotib. Sed si profectitia esset , ad patrem redibat : si adventitia , remanebat penes virum. Actio vero ex stipulatu ad heredem transmittebatur , etiamsi maritus viva uxore moram non fecisset. Hodie manet actio ex stipulatu , & transmittitur ad heredes mulieris , etiamsi maritus nullam moram fecerit. Ex quinque causis] propter liberos , propter mores , propter impensas , propter res donatas , & propter res amotas , de quib. Ulp. tit. de dotib.

Si pater sit) Si pater non sit , sed decesserit constante matrimonio , deinde filia , dos profectitia apud maritum remanet , Ulp. d. tit. de dot. Si dos sit adventitia , & respicias ad jus ex stipulatu , dos apud virum non remanet post mortem uxoris , sed ad heredes mulieris transmittitur , nisi aliud actum sit , §. illo procul dubio.

Liberi retineant] Filia vel neptis , sive heres ex parte scripta sit , sive emancipata , sive ex heredata , dotem pro ea datam à parente , qui eam heredem scripsit , vel exheredavit , vel emancipavit , retinet præcipuam , solaque actione ex

stipulatu dotis repetitionem habet.

Aut exheredari sint) §. videamus.

Coheredibus prestita caut.] Cavendum est de indemnitate & defensione secundum naturam propriam actionis ex stipulatu, §. cautione.

Agat pater adjuncta filia) Non heres patris, §. & hoc ex rei.

Quatenus facultates) Si non in fraudem uxoris bona sua deminuerit dolo malo §. cum autem. Thalelæus notat : Non ergo non imputatur si dolo non adquisierit, sed si dolo possidere desierit, ut in sociis, l. verum 63. D. pro soc.

Pro rata temporis) Vide Thalelæum heic §. cumque ex stipul.

In rebus incorporabilibus) In actionibus seu nominibus debitorum.

De pactis conventis tam super dote, quam super donatione ante nuptias & paraphernis.

TIT. XIV.

UT contractui emptionis venditionis libro quarto & actionibus, quæ ex ea nascuntur, subjicitur titulus de pactis, quod hæc soleant legem dare emptioni venditioni, ita proposito contractu dotis hoc libro & actionibus, quæ de repetenda dote competunt, datur titulus de pactis dotalibus, ex quibus est actio præscriptis verbis, l. 6. sup. de ju. dot. & tit. prox. §. accedit, videlicet negotio ita gesto ab extraneo dante dotem pro muliere, Do ut red-

das. Nec enim ei suppetit actio rei uxoriæ, cum mulier pro qua dedit dotem contraxisse intelligatur, non ipse, l. 9. in fi. hoc tit. nec actio ex stipulatu, cum tacita ei data stipulatio non sit, sed quasi ex novo negotio utilis præscriptis verbis ad exemplum rei uxoriæ, vel efficax condictio certi. Et ex his quidem pactis alia utilia sunt, alia inutilia, quæ Constitutiones satis apertè discernunt. De pactis conventis super donatione ante nuptias est l. 9. & pen. Retinet titulus veterem appellationem, quia nondum eam mutaverat Justinianus in propter nuptias. Recentior enim est l. ult. sup. de don. ant. nup. Constitutionibus tituli hujus. De conventis super paraphernis est l. 5. 8. & ult. Et l. 5. inutile esse pactum instrumento dotali interpositum vice testamenti, ut mortua muliere in matrimonio parapherna pertineant ad maritum. Utile est pactum, si idem de dote convenerit, non si de paraphernis, quia pactum neque testamenti, neque codicillorum vim ullam habet, & improbum etiam est pactis constringere libertatem testandi. Nihil etiam juris marito datur in paraphernis, nisi hætenus quatenus patitur mulier l. 8. ut si data ea marito non donandi animo maritus consumpserit, mulieri teneatur etiam si ex eis locupletior factus non sit, l. de his inf. de don. int. vir. & in solidum, etiam si facultates non habeat, modo si ea amoverit l. si rerum, D. de re jud. Et ad hæc notandum etiam pro paraphernis mulieri dari tacitam hypothecam, l. ult. ut pro dote tit. superiore. Nam quam olim pacisci solebant tam pro dote quàm pro paraphernis, ut l. ubi sup. de jur. dot. æque consequens est, ut

pro dote, hodie pactam haberi etiam pro paraphernis. possis addere, & pro donatione propter nuptias eadem ratione, solo privilegio uni doti reservato. Placet etiam ut in rebus dotalibus ita in paraphernis maritum cuius potestati ea commisit mulier, præstare dolum & culpam. Et parapherna sunt cetera bona mulieris quæ doti non dedit, Gallico vocabulo usurpato à Latinis, ut rhedæ, petoriti: covinni, peculium mulieris, l. si ego §. dotis D. de jur. dot. l. donationes §. species, de donat.

Enarratio.

TIT. XIV.

Vel efficax condictio certi) In l. 1. *utilis est condictio*. Basilica, *ἡ νόμος ἐστὶν ὁ κενὸς ἀλλή- τρι*. Cujacius utilem interpretatur, efficacem. Thalelaus autem, utilis, inquit, condictio, quia potest agere præscriptis verbis, cum ob causam datum sit. Utilis condictio in l. 2. D. qu. ex fac. tut. & l. 2. inf. eod. non est *ἐν- δωσμός, ἰσχυρὸς*, ut Græci interpretantur, sed opponitur directæ.

L. 9. & penult.) Ex l. 9. & pen. quod attinet ad partem lucri æqualis est casus dotis, & casus donationis propter nuptias. Ex Nov. xcvii. æqualis esse debet quantitas dotis & donationis propter nuptias.

Si idem de dote convenerit) L. si convenit 6. hoc. tit.

Etiam pro parapher.) L. ult. §. 1. h. t.

Solo privilegio uni doti reserv.) L. ult §. 2. inf. qui potior in pign. hab.

Præstare dolum & culpam) L. ult. §. 2. h. t. *Ἰου τὴν γὰρ ἐπι μέλειαν ἀπαιτεῖται καὶ δεῖ τὰ προικμαῖα πράττειν ταῖς: hanc enim diligentiam præstat circa res dotales, ut aiunt Græci. & verum est, l. etiam 18. §. 1. & l. in his rebus 66. D. sol. matrim.*

Gallico vocabulo] Salmasius de modo usurarum cap. iv. Doctissimi Jurisconsulti, inquit, notant, Gallorum eam vocem esse antiquam, ut covinni, petoriti, alauda. Sed falluntur egregie. Pura puta vox latina, quam Galli consensu usurparunt de rebus mulieris peculiari- bus, quæ extra dotem esse, atque ad usum suum in domo mariti propria se habere vellent. Ego potius accedo. Ægidio Menagio τῶ πινύ, Gallos Cisalpinos, qui Latine loquebantur, ea, quæ extra dotem sunt, peculium appellare.

Ut rhedæ) Fabius lib. i. cap. v. Fortunatus: *Curriculi genus est, memorat quod Gallia rhedam.*

Petoriti] Quod Græci φορεῖον Galli Transalpini petoritum appellant; auctore Gellio xv 30. Quintil. d. c. v. Festus in petoritum. vetus Horatij Schol. ad. sat. vi. lib. 1.

Covinni] Pomponius Mela lib. iii. 6.

De dote cauta & non numerata.

TIT. XV.

CAutionem nudam sive tenorem inanium dotalium instrumentorum, ut ait l. 9. inf. de bon prof. dotem non facere, ut l. 1. sup. de don. an. nup. non factam donandi animo rem desiderare dationem naturalem. Factam do-

nan li animo , & legitime, & ex S. C. confirmatam morte mariti, si fuerit facta forte manente matrimonio , pro dote haberi , l. 2. Cautioni falsæ objici præscriptionem anni numerandi à soluto matrimonio , l. 3. quam Nov. 100. valde immutavit.

Enarratio.

TIT. XV.

NON factam donandi animo) Cautio nuda , id est , dotis non acceptæ , quæ non donandi animo facta est , pro dote non habetur.

Rem desid. donation. natur.) Ut dos re ipsa data sit , l. 2. *εὐ αὐτῆ ἀληθείᾳ* , Basilica, *εὐ ἔργῳ* , Scholiastes.

Pactam donandi animo] Puta, ut quod uxori donavit , in dotem accipiat , ut in l. si quis uxori 59. D. de don. int. vir. & uxor.

Et legitime) d. l. 2. Pone donationem D. solidos excedere, & legitime insinuatam, vel intra modum legitimum factam , Thalelæus ad d. l. 2. Basil. libro xx. 19. tit. 5. cap. ult. Donatio ejusmodi ex Senatusconsulto morte mariti confirmatur , si in eadem voluntate manserit , l. cum his status 32. D. de donat. int. vir. & uxor.

Novella c.] Exceptio non numeratæ dotis post solutum matrimonium anno finitur, si matrimonium biennio tantum duraverit : nam si diutius duraverit , non tamen amplius decennio , post solutum matrimonium tribus mensibus finitur. Si amplius decennio duraverit, mu-

lieri dotem repetenti ex instrumento dotali, nulla opponi non numeratæ dotis exceptio potest. Cujac. ad d. Novellam c.

De donationibus inter virum & uxorem
& à parentibus in liberos factis, &
de ratihabitione.

TIT. XVI.

QUæstio de re uxoria multis partibus constat, inter quas una est de donationibus inter virum & uxorem, propter quas erat retentio dotis. & hanc partem hic tit. exequitur. jamque superioris tituli l. 2. prædicere occupavit, cautionem dotis non acceptæ factam uxori donandi animo, confirmari morte mariti. quod est ex S. C. sive Oratione Severi & Antonini, quæ & Constitutio dicitur generali nomine, l. 3. hoc tit. quæ si interveniat Falcidia, ita accipienda est, ut confirmetur donatio pro do-drante tantum, d. l. 2. & l. 14. hoc tit. Donatio enim inter maritos comparatur donationi causa mortis post S. C. excepto uno casu, si donator in servitutem redigatur, quo donatio inter maritos confirmatur, donatio causa mortis inter alios infirmatur. Ab initio autem donationes inter virum & uxorem ipso jure non valent, ne mutux quidem, l. cum hic status §. si ambo, D. eod. & revocantur pœnitentia tacita vel manifesta per vindicationem, aut conditionem, non in solidum, sed in quantum locupletior ex ea re factus factave est, qui quæve donatum accepit, l. pen. Cod. Theod. de rev.

don. & hac etiam ratione quæ locupletio-
rem non faciunt donatarium, permissæ sunt. Exem-
plum autem S. C. sive Orationis Severi & An-
tonini fecit, ut idem Justinianus statueret in do-
nationibus à parentibus collatis in filios. ut
silento, ut morte confirmarentur. & naturali
igitur & civili morte exemplo donationis in-
ter maritos, & donatore mortuo apud hostes
non jam ex S. C. vel exemplo S. C. sed ex lege
Cornelia testamentaria, vel post mortem do-
natoris, donatario postliminio reverso, à Justi-
niano nove producta utraque fictione ad do-
nationes inter virum & uxorem, l. ult. hoc tit.
Id vero de confirmatione donationis inter pa-
trem & filium, quod idem Justinianus statuit,
ante non tenuerat, vetante regula. quæ ex post
facto non vult convalescere quod ab initio
non valuit. & hoc secus si quando fit. etiam fit
ex lege certa vel incerta i. incognita nobis, vel
utiliter, non directo. Inde vero cum dubitatio
nasceretur, utrum donator si legaret quod do-
nasset, id jure confirmationis caperetur, an jure
legati, & constaret capi jure confirmationis
post S. C. l. 14. hoc tit. nec verbum igitur *Lego*
semper facere legatum, uti nec verbum *Dono*
donationem, l. ex conducto §. Pap. loc. Idem
Justinianus ab hac definitione unum casum ex-
cepit, Si donatio insinuata non esset, & diffe-
rentiam patefecit inter jus confirmationis &
legati. Jus legati non retrahi. Jus confirma-
tionis retrahi: & generaliter idem definit,
omnem confirmationem vel ratihabitionem
retrahi, sublata differentia veterum, inter
ea quæ sunt juris & ea quæ sunt facti. nam ea
quæ sunt juris retrahantur, non ea quæ

tur, vel Senatusconsulto, ut donationes inter virum & uxorem.

De repudiis & iudicio de moribus sublato.

TIT. XVII.

PARS alia quaestionis de re uxoria fuit de moribus conjugum, qui divortio causam dedissent, quoniam propter mores erat retentio ex dote, atque etiam actio de moribus. Sed actio tollitur à Justiniano l. ult. quoniam sufficiunt poenæ iniusti repudij comprehensæ l. consensu, & retentionem quoque postea sustulit sursum tit. 13. §. taceat. Sed quia non nisi facto divortio retentioni locus erat, vel actioni de moribus, etiam si utraque sublata sit, residet tamen adhuc inspectio de divortis, de quibus est hic tit. nam repudiorum nomen generale est, quo & divortia significantur, & repudia inter sponfos. & de his est l. 2. Ceteræ de divortis. Divortium est repudium & separatio maritorum. Repudium est divortium vel renuntiatio sponsalium. Placet valde formula repudiandæ uxoris impudicæ, quæ est in satyrico Petronij: Quia fidem scelere violasti, & communem amicitiam, res tuas ocus tolle, & alium locum quem polluas quære. Licita autem fuerunt repudia ante No. 117. ex l. 9. hoc tit. facta communi consensu, non invito altero, impunè sine iusta & legitima causa. Solius Flaminis matrimonium non nisi morte dirimi poterat, auctoribus Festo & Gellio. Imo nec ullius olim iure veteri, & primum Domitianum repudia

permississe Plutarchus scribit in *ῥωμαϊκοῖς*.

Enarratio.

TIT. XVII.

DE moribus) Josephus de vita sua : *μη ἀρεσκόμην αὐτῆς τοῖς ἡγεσιν, ἀπεπεμφάμην,*
de uxore sua quam repudiavit ob mores.

Erat retentio ex dote) Ulpianus tit. de dotibus, l. i. C. Theod. vict. civilit. criminal. ag. non pos. & l. i. eod. C. tit. de dot. si culpa mulieris factum esset divortium. Seneca Medææ act. III.

Hac dote nupsi : redde fugienti sua.

Josephus Scaliger : lege Romana : quod culpa Iasonis divortium intervenerat , non Medææ.

Pœnæ injusti repudij) Lex injusti repudij maxime necessaria ad continenda matrimonia , ut est in Fabij declamatione cclxii.

Quo & divorcia signif. & rep.] Pro divortio accipitur in Justinii Apologia i. pro Christianis: τὸ λεγόμενον, inquit, παρ' ἡμῶν ῥεπέδιον δ' ἔστι ἐχωρίαθη Glossæ: ἀπολυσις γαμετῆς ἢ μνηστῆς, repudium. Theodoretus in Esaiam cap. l. βιβλίον ἃ ἀπιστας, ὃ καλεῖν εἰώθεσιν οἱ πολλοὶ ῥεπέδιον, ὀνομαζέει: Libellum divortij vocat quod vulgo repudium dicitur. Tertullianus Apolog. cap. vi. Repudium jam ἔστι voluum est, quasi matrimonij fructus.

Placet valde formula) Hæc exstat apud Plautum in Amphitr. Act. III. Sc. II. *Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.* Quintilianus d. declamat. cclxii. *Tunc repudiatam tu credis uxorem, cum res suas sibi habere iussa est,*

cum egredi de domo. Martialis x. xli.

— *Proculeia maritum.*

Deseris, atque jubes res sibi habere suas.

Apuleius *Metam.* v. *Confestim toro meo divorce, tibi que res tuas habeto* adde leg. 2. D. de divorce. & Cujac. *Observ.* 1. 39. & ad Nov. xxii. ubi locum Ciceronis è *Philippica* ii. profert ut *Victorius* emendavit, *claves ademit, exegit,* & *Muretus* in variis probavit.

Licita autem fuere repudia] Ut quasi per ludibrium matrimonia contraherentur & dirimerentur. *Suotoni* in *Julio* cap. xliiii. *Dirimit nuptias prætorei viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat.* Eleganter *D. Hieronimus* lib. i. *adversus Jovinianum: Quasdam repudiatas, inquit, altero nuptiarum die statim nupsisse legimus. uterque reprehendus maritus, & cui tam cito displicuit, & cui tam cito placuit.*

Ante *Novel. xvii.* Quam *Justinus* revocavit. *Nou. clx* inter *Novellas Justiniani.*

Festo] *In flammeo.*

Et *Gellio*] *Libro x. 15.*

Plutarchus] *Seldenus* de *Flaminicæ* divorce *Plutarchum* accipit, *uxoris Ebraicæ* libro iii. cap. xxvii.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

TIT. XVIII.

Hic titulus est de ipsa repetitione & solutione dotis, sive de iudicio recipiendæ

dotis, quod soluto matrimonio competit aliquando directo, aliquando utiliter, ut l. 3. & non in solidum adversus maritum, sed quatenus facere potest, adversus heredem ejus in solidum l. 8. & 9. ac rursus in patrem si marito filiof. dos data sit, non in solidum, sed in peculium, si ipsi patri, in solidum, l. pen. & aliquando non res ipsas dotales peti, sed pretium, aliquando etiam partus ancillarum venire si non mariti, sed mulieris periculum fuerit, non etiam fructus. nec solum patrem dotem sine filia, quæ superstes sit, repetere, nec in ejus arbitrio dotem esse filiaæ ut peculium, l. 2. & 7. & ad hunc ferè modum finemque dotem repeti hic tit. docet. At eadem de re fuit tit. 13. An hic igitur superfluus? minime verò. alioquin erit etiam superfluus tit. 23. de fundo dotali. quoniam eodem titulo omne fere jus de fundo dotali expositum est. Verum observandum est in eo tit. 13. ea tantum exponi de repetitione dotis quæ nova Justinianus fecit partim probato, partim improbato jure actionis rei uxoriæ, & ipsa etiam actione sublata, & retenta sola ex stipulatu, & mulieri soceròque data tacita stipulatione, & mulieri etiam tacita hypotheca, & similiter ea tantum exponi de fundo dotali quæ ipse fecit nova, sublata differentia locorum, quam induxerat lex Julia, & differentia alienationis & hypothecæ. Cetera quæ de repetitione dotis vel fundo dotali Constitutionibus prodita sunt, confirmari nominatim in d. tit. 13. §. pen. & cetera de fundo dotali sunt in tit. 13. cetera de repetitione dotis in hoc titulo. Imperfectus esset hic liber si ve tractatus de dotibus, si contineret ea tantum

quæ de jure dotium Justinianus fecit nova,
non etiam vetera, quæ non mutavit.

Enarratio.

TIT. XVIII.

Aliquando utiliter, ut l. 3.) Dominus ibi
utili actione de dote tenetur; quia neque
matrimonium fuit, neque dos. & convenitur
non in solidum, sed de peculio. Emendanda est
glossa Theodori ibi: ἡ de peculio γυμναζομένη
ἐπὶ τῷ προικῶς τὸ πᾶν ἀπαιτεῖ, ὡς δηλοῖ ἡ ι. διάτα-
ξις ἔκ παρόντων τίλλας. Legendum, inquam,
ἐκ ἀπαιτεῖ: Actione de peculio dos in solidum
non petitur, ut ostendit x. constitutio hujus
tit.

Non in solidum] L. maritum 12. D. eod.

Sed pretium) L. 6. in fine.

Sed mulieris periculum) Fac convenisse ut
ipsæ res æstimatæ soluto matrimonio redde-
rentur si exstent. partus ancillarum dotalium
ad mulierem pertinent: Cum enim mulieris
periculum sit, ejusdem commodum esse debet,
l. i. h. t.

Quæ superstes sit) Nam si superstes non sit,
pater dotem repetit, siue filia familias esset, ut
in specie legis 4. siue emancipata, ut ibi ait
Theodorus.

Ut peculium, l. 2. & 7.] In d. l. 7. Cujacius
legit peculium, & Thalelæus ibid. ἀδερμπεύειν
τὸ πεισλιον: peculium redimere. veteres tamen
codices nihil mutant.

Si dos constante matrimonia soluta fuerit.

TIT. XIX.

Commodissime junxit hunc titulum superiori, nam l. ult. superioris tituli, & lex istius tituli partes duæ sunt unius ejusdemque Constitutionis, ut constat ex Cod. Theod. l. si constante, De dot. Lex ultima superioris tituli est de marito mortuo, hæc vero de uxore mortua, & ut marito mortuo dos redi, ad mulierem nihilque ex ea heredes mariti sibi vindicare possunt ex d. l. ult. ita ex hac lege uxore mortua contra generalem definitionem superioris tituli, ut dos soluto tantum matrimonio petatur, vel solvatur, exceptis certis causis: quia representationem dotis perspicuum est instar donationis obtinere, quæ inter maritos prohibita est, maritus constante matrimonio dotem mulieri solverit absque legitima causa quia ea solutio præmatura pro donatione est, nihil ex ea dote heredes mulieris sibi vindicare possunt, sed marito adversus eos est repetitio dotis cum fructibus omnibus quaqua fide percepti sunt à die solutionis. Jure enim veteri mortua uxore dos adventitia, vel perfectitia si non sit pater, lucro mariti cedit, liberis communibus servata proprietate quasi bonorum maternorum, adeo ut nec à liberis ea abalienare possit, maxime si eis novercam superdixerit. Jure novo, quo mortua uxore dos non cedit lucro mariti, & redditur heredibus mulieris §. illo proculdubio tit. 13. non potest esse locus

locus Constitutioni hujus tit. nisi ponas, convenisse instrumento dotali ut dos mortua uxore lucro mariti cederet. & ita hanc Constitutionem accipit Justinianus in No. 22. ea nimirum inflexa & accommodata ad jus quod ipse novum fecit de dotibus. quo argumento contendere fortiter possis quæcunque his vel Pandectarum libris cauta sunt, excipi debere secundum nova jura quæ Justinianus introduxit. Sed id efficere tamen ubique, vincereque sanè haud quaquam possis. Illud non omittam in specie hujus legis, non eosdem fuisse liberos & heredes mulieris, extraneos scilicet heredes fecerat mulier, liberis satisfecerat relicta portione legitimæ portionis.

Enarratio.

TIT. XIX.

EX ceptis certis causis / De quibus in l. mutus 73. §. 1. D. de ju. dot. & l. quamvis 20. D. sol. matrim.

Quaqua fide) Accursius utitur distinctione bonæ fidei, & malæ fidei.

Nisi ponas conven. instrum. dot.) Cum Azzone heic in Summa & Odofredo Basilica: Si maritus dotem, quam mortua muliere lucrari debet &c. Liberis tamen servatur proprietates, & solus usufructus, patris est, in constit. hujus tit. in fi. in qua pro, *competens*, alij codd. habent, *servetur*. & alii neutrum hoc modo: *ita ut proprietates ejusdem liberis ex eadem susceptis alienari*. &c. Sic vetus Ægidij Menagij v. cl. & τὸν πόνον.

Legitimæ portionis) Ut in §. sed hæc, Institution. de inoffic. & ibi Cujacius.

Ne fidejussores vel mandatores dotium dentur.

TIT. XX.

Pertinet etiam hic titulus ad repetitionem & solutionem dotis, ut maritus, vel socer vel profocer, qui dotem accedit, dotis servandæ & solvendæ soluto matrimonio mulieri non cogatur fidejussorem dare vel mandatorem, cujus scilicet mandatu uxor dotem de viro, quo sit adversus fidejussorem vel mandatorem mulieri regressus soluto matrimonio dotis recipiendæ gratia. & si ultro maritus dederit fidejussorem vel mandatorem, ut non obligetur, quia hanc obligationem. Constitutiones improbant, l. 1. Cod. Th. de fid. dot. & ratio Constitutionum hæc est, quia cum mulier credat marito suum animum & omnem vitam, vel socero cujus filios nupsit, & plerunque etiam parapherna, absurdum esset fidei ejus ea etiam si non committeret dotem, quæ & in bonis mariti est vel ei jam commissa & concredita ea, si desideraret fidem alienam, si fidem haberet fidei alienæ magis quàm amicitia fideique communi. Ante nuptias fateor posse dari fidejussorem dotis, vel post nuptias non manente matrimonio. Hac de re meminisse scribere ad Africanum lib. 4.

Enarratio.

TIT. XX.

UT non obligetur) Placentinus & Franciscus Duarenus existimabant, dandi quidem fidejussoris necessitatem remitti, sed datum obligari. Verius tamen est, non obligari, quæ fuit Azonis sententia heic in Summa, Odofredi, & Græcorum. Stephanus ad l. 52. D. de judot. εἰ ἢ καὶ δοθῆναι, καὶ ἐνέχεται: *Sed neque si datus fuerit, tenetur.*

Ante nuptias fateor) Ante nuptias datur fidejussor tenetur, Constantinus Harmenop. Epitom. libro IV. tit. VIII. §. 9. Azo contra putat, loco citato. Post solutum matrimonium fidejussor dotis reddendæ accipi potest, l. si constante 24 §. 2. D. sol. matr. & l. exceptiones 7. D. de exception.

Ad Africanum libro 4.) Ad leg. vir uxori 17. §. 1. D. ad Senatusc. Vellei.

Rerum amotarum.

TIT. XXI.

PArs alia quæstionis rei uxoriæ, est de rebus amotis, propter quas erat olim compensatio sive retentio ex dote, & quæ etiam hodie manet actio rerum amotarum. De utraque est hic tit. De Compensatione sive retentione l. 1. ut à Græcis accepta est. De actione l. 2. & 3. Et est actio rerum amotarum, condictio, quæ ex edicto prætoris post divortium datur sta-

rim, & in solidum in uxorem vel maritum, qui conjugii res abstulit divortij causa. Oriri dicitur ex divortio l. ult. §. pen. D. de divor. quia post divortium datur, non manente matrimonio. Et oriri ex furto, l. 21. §. ult. D. eod. l. si rerum D. de re jud. atque adeo quasi pœnalis esse, & quasi famosa, nec in heredem dari ultra id quod ad eum pervenit, l. 3. Et ut contractus appellatione continetur quasi contractus: sic in l. 2. famosæ vel pœnalis actionis, quasi famosa vel quasi pœnalis, qualis hæc actio est, quod in ea furti fiat mentio tacita. Nam & si res amotas dicas, populus intelligit te res furtivas dicere, apud quem constat ratio nostræ famæ. Verbum amovendi elegit prætor in hoc edicto, ut parceret pudori ejus qui maritus, vel quæ uxor fuit ex furto in matrimonio commisso, longe alia ratione, quàm in edicto, ut sius heres beneficium abstinendi non habeat qui quid ex hereditate amovit, & in edicto. Si quid testamento manumissus ex hereditate subripuit: in quibus quia hereditati furtum non fit, non potuit furti meminisse. In hoc verò furtum quæ res est natura turpis, verbis extenuat in honorem prioris matrimonij, nec latine loquitur. i. furtum non appellat furtum, sed ut qui plusavit se attigisse, qui vulneravit, se læsisse dicit.

Enarratio.

TIT. XXI.

ERat olim compensatio, sive retentio) L. mulier 75. & l. un. §. taceat, sup. de rei xv. act.

Ut à Græcis accepta est) Theodorus: Actione de dote conventus, compensationem objicit etiam rerum ab uxore subtractarum.

Condictio] L. rerum 26. D. eod. ex injusta causa, l. rerum 25. in fi. eod. & certi, l. si concubina 17. §. pen. eod. quæ ex omni causa competit, l. certi 9. D. de reb. credit.

Ex edicto Prætoris) Edicto Prætoris promittitur, l. 2. h. t. sic enim legit Cujac. Obs. xvii. 6.

Post divortium] Actio rerum amotarum datur adversus eam quæ uxor fuit, l. 1. D. eod. *μὲν ἀφ' αὐτοῦ*, ut ibi Græci. Constante matrimonio condictio competit, d. l. 25.

Datur statim) Paulus ait, rerum amotarum actionem damnum repræsentare, id est, ut Græci recte interpretantur, *ἡ rerum amotarum τὰ ἐγγυημένα τὴν ζημίαν ἀπαρτεῖ ἀπολαβεῖν ἢ ἀδικηθέντα, εἰ καὶ μὲν αὐτὰ μέλλει ἀρμόζειν τὸ πρὸς αὐταῖς ἀπαίτησις: rerum amotarum actio instituitur: ut qui damnum passus est, statim indemnus fiat.*

Et in solidum) Quoniam ex malo contractu, & delicto oritur, ut est in l. si rerum 52. D. de re judic. five ut est in l. si mulier 21. §. ult. D. h. t. rerum amotarum actio pendet ex furto.

Vel maritum) Etiam in maritum rerum amotarum actio est, Ulpian. tit. vii. §. 1. l. contra 6. §. si post divortium, & l. seq. D. eod. l. 2. h. tit.

Divortij causa) Nisi enim spe repudij mulier ea subtraxerit, rerum amotarum actio non est, sed in rem & ad exhibendum, Thalelæus.

Quasi pænalis esse) Auctor *ἐναντιοφ.* al leg. 16. D. eod. colligit ex d. l. actionem rerum a-

motarum non esse pœnalem. Notat tamen quosdam interpretes exponentes legem 2. h. t. scribere, eam non competere constante matrimonio, quod fit pœnalis libro xxvii. tit xi.

Quasi famosa) Vide ad tit. de condict. furt. sup. libro iv. Non est proprie pœnalis, aut famosa, sed quasi pœnalis, & quasi famosa.

Qui quid ex hered. amovit) L. si scrvum 71. §. 3. D. de adquir. hered.

Et in edicto, si quis testam.) L. pen. & ult. D. si is qui testam. lib. esse juss. erit. ibi amovere, est ἀποκλέπειν, subripere.

Hereditati furtum non fit] L. in eo quod 33. §. 1. D. de adquir. rer. dom. quia rei hereditariæ nondum possessæ furtum non fit, d. l. 6. §. ult.

Quæ res est natura turpis] L. probrum 42. D. de verbor. sign. vide quæ dixi tit. i. Institutionis iv.

Verbis extenuat) Lenitate verbi tristitiam rei mitigat, Cujac. in Paratitulo D. Divus Augustinus lib. ii. de Ordine cap. iv. *Solæcismos & barbarismos quos vocant. Poëtæ adamaverunt, quæ schemata & metaplasmos mutatis appellare nominibus, quam manifesta vitia appellare maluerunt.* Ejusmodi ὑποκεισμοῖς utuntur alij auctores, ut dixi in Replicatione de Mutuo adversus Claudium Salmasium p. 114. Mariandynos, quos Heracleotæ in servitutem redegerant, ὀνόμαζον δωροφύρας, ἀφαιρῶντες τὸ πικρὸν τὸ δῶρο τῶ οἰκετῶν πρῶσηγρίας, ut scribit Athenæus lib. vi.

In honorem prioris matrim.) L. 2. D. eod. propter reverentiam personarum, l. 3. §. 2. eodem.

Nec Latine loquitur.] Martial. xi. 21.

Ne pro dote, mulieri bonam ariti,
addicantur.

TIT. XXII.

Longè alia est ratio hujus tituli ac fuit superioris, nam vivi mariti pudori parcit mulier ex tit. superiore si de rebus agat divortij causa à marito subreptis. quin & vivo marito parcit, si agat de dote dum eum non condemnat in solidum, sed quatenus facere potest. Mortuo autem marito, judicio dotis heredem ejus condemnat in solidum, l. maritum D. sol. matr. & ex hoc tit. non parcit pudori mortui. quinimo si nullus marito heres existat, ex illa parte edicti, Cui heres non extabit, mittitur in possessionem bonorum omnium mariti dotis servandæ causa, quo genere non transfertur possessio, sed jus prætorij pignoris constituitur: deinde transactis aliquot diebus, intra quos si res exigat curator bonis constitui potuit, bona proscribuntur, & ex consensu creditorum creato magistro bonis vendundis publicè veneunt sub hasta lege dicta venditioni solvendæ ab emptore dotis integræ, aut partis, & bona addicuntur emptori, qui licitatione vicerit, isque emptor bonorum similis est bonorum possessori, & satisfacere cogitur mulieri pro rata dotis, & ceteris creditoribus nam hic ordo omnibus creditoribus proficit, l. cum unus, D. de reb. auct. jud. poss. Hic est ordo edicti perpetui, quo utitur creditor quilibet, l. 6. inf. eod. & suggillat nomen mariti vel alte-

rius debitoris, nec enim hoc ordine neglecto. jure postulat quisquam sibi pro dote vel alio debito additi bona debitoris. Denique hoc ordine servato, quem noster Theophilites restituisse exposuit in tit. de succ. sub. quæ fieb. per bon. vend. mulier indemnis damno servatur secundum jus quod obtinuit antequam dedisset Justinianus tacitam hypothecam. Quatenus, inquit, successionis modus patitur, in l. 4. inf. qui bon. ced. poss. quatenus substantia patitur. & est *πλοκην* nam priore loco successor est heres, aut bonorum possessor, posteriore successio, bonorum emptio, ut in superscripto tit. de suc. sub. & successor, bonorum emptor qui similis est bonorum possessori. & bona igitur in hoc proposito dicimus non deducto ære alieno, ut in lege Falcidia, sed cum sua causa, ut in edicto de bonorum possessionibus ex testamento vel ab intestato. Addicere bona est ea collocare penes mulierem, vel alium creditorem, vel alium quemlibet ex alia causa, eumque eorum bonorum possessorem facere, quem utique prætor tuetur quasi dominum. est enim addicere prætorium.

Enarratio.

TIT. XXII.

NON condemnat in solidum) L. si filio familias 53. D. sol. matrim.

Heredem ejus) Quia tale beneficium personæ cohæret, l. 13. D. sol. matrim.

Cui heres non extabit) Vide quæ diximus ad Theoph. tit. de success. subl. lib. III.

Quatenus, inquit, success. mod.] πρὸς τὸ
 μέρος τῆς ἰσῆας, pro modo facultatum, Græci.

Ut in lege Falcidia) Quum ratio legis Falci-
 diæ ponitur, deducitur æs alienum, §. ult. In-
 stit. de lege Falc. l. 6. C. eod.

Cum sua causa] Cum suis commodis & in-
 commodis, cum suis oneribus, l. 1. & 3. D. de
 bonor. possess.

Quasi dominum) Prætor enim dominum
 facere non potest, l. 3. in fine, D. si usus. pet.

Addiceret prætorium) Triâ verba Prætoris
 do, dico, addico.

De fundo dotali.

TIT. XXIII.

Lex Julia scripta est de fundo dotali, sed
 pertinet etiam ad ædes, ut lex XI. tab. que
 usucapionem fundi jubet esse biennium: ut
 contra interdictum. Uti possidetis scriptum est
 de ædibus, sed pertinet etiam ad fundum, l. 1.
 §. pen. D. Uti poss. non ad superficiem solam,
 l. 3. §. sed si supra D. eod. & idcirco de superfi-
 cie proprium interdictum proponitur quasi uti
 possidetis in tit. de superf. & ita lex Julia non
 pertinet ad superficiem, l. si ex lapidicinis, D.
 de jur. dot. quæ vult maritum rei dotalis quæ
 solo continetur, si ea res inæstimata sit, vel e-
 tiam æstimata electione mulieri servata repe-
 tendæ rei, vel æstimationis, non habere aliena-
 tionem. quo nomine significatur omnis trans-
 latio domini, l. 1. ergo & divisio, & actio
 communi dividundo per quam ad divisionem
 pervenitur, l. 2. hoc tit. l. ex castrensi §. 1. D.

de cast. pec. & videndum hac in re quid novi juris Justinianus introduxerit sursum tit. XIII.

Enarratio.

TIT. XXIII.

UT lex XII. tabul.) Cicero in Topicis: *Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, fit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur.*

Lex Julia non pert. ad superficiem] Superfici-
cium res soli non est: τὸ σὺπερφικιον, δηλονότι τὸ
ὕπερ ἄων ἀκίνητον, ἐστίν, ἀλλ' ἐκ ἐδαφικόν: *Superficies
immobilis res est, sed res soli non est, ut ait au-
ctor Εὐανζιοφ. ad d. leg. si ex lapid. libro XXIX.
tit. I.*

Si ea res inæstimata sit] Fundus inæstimatus
proprie dotalis dicitur, l. un. §. & cum lex sup.
de rei uxor act. & ideo Græci fundum dota-
lem interpretari solent, ἀγρὸν ἀδιατίμητον, *fundum
inæstimatum.*

Vel etiam æstimata] L. 1. h. tit. Rerum æsti-
matarum maritus quasi emptor est, & velut
pretii debitor d. l. un. §. cumque ex stipulatu,
l. quotiens §. sup. de jure dot. Dixi plenius in
Replicatione de Mutuo adversus Salmasium
pag. 72.

Ergo & divisio) Maritus ad divisionem fun-
di communis provocare non potest: nam qui
provocat, alienare videtur, τὸ communi divi-
dundo δικαιοῦρον ἐκποίησιν ἔχει ἐν ἑαυτῷ: *Communi
dividundo iudicium alienationem in se ha-
bet.* Græci ad l. cum in fundo 78. §. pen. D. de
ju. dot. provocari autem potest, l. 2. h. t.

Titulo XIII.) L. un. §. Et cum lex Julia,

Divortio facto apud quem liberi morari,
vel educari debeant.

TIT. XXIV.

Pars alia hujus tractatus fuit de liberis, quoniam propter liberos sextarum vel quintarum retentio erat ex dote, alendorum communium liberorum causa, ut tit. 13. §. fileat. & inde quærebatur divortio facto apud quem morari & educari debeant, & Constitutio hujus tituli hoc ponit in arbitrio judicis, ut l. 3. tit. seq. nec probat ut per sexum liberorum divisio fiat inter parentes. Vel, subdisjunctio est.

Enarratio.

TIT. XXIV.

Nec probat ut per sexum] Ut mares apud maritum, foeminae apud uxorem morentur & educantur, ut quibusdam placuisse significat lex un. h. t. sed judex competens aestimabit apud quem educari debeant. Ex Novella cxvii. cap. vii. Liberi impuberes morte soluto matrimonio educantur apud matrem si iterum non nupserit. divortio autem facto, apud eum qui divortio causam non dedit.

Vel subdisjunctio est] Disjunctio pro conjunctione. id est, apud quem liberi morari & educari debeant.

De alendis liberis ac parentibus.

TIT. XXV.

INde etiam quærebatur, à patre, an à matre, an communiter alendi essent. & definitur, depulsos à mamma seu exubereres esse alendos à patre pro modo facultatum, etiam emancipatos, ut l. 5. D. de agn. lib. & vice versa, ut eadem lex ait, quod est ἀντιπελαργεῖν, parentes utriusque sexus esse alendos à liberis. quia patri & matri pietas æqualis debetur l. 4. D. de cur fur.

Enarratio.

TIT. XXV.

Depulsos à mamma) Varro II. de re rust. *Cum porci depulsi sunt à mamma.* Depulsos à lacte, Virgilius ecl. VII. Glossæ: ἀπογαλακτιζω, lacte depello.

Exubereres) Ablactatos. Sububereres, in factes, qui adhuc sunt sub ubere, Isidorus in Glossis. Vide Observ. lib. XIX. cap. ult.

Alendos à patre) Aristoteles Politic. I. cap. VII. φύτεως ἐστὶν ἔργον, τροφὴν τῶν γεννηθέντων πατέρεσσι. D. Chrysostomus in homil. de Nativit. VII. Macchab. ἔργον τὸ τεκεῖν μητέρας. ἔργον δὲ τὸ φύτεως, ἀλλὰ τὸ θρῆψαι, μητέρας. ἔργον δὲ προσμερέσθαι.

Etiam emancipatos] Nam gradum liberorum retinent, §. minus ergo, Instit. de hered. quæ ab int. def.

ἀντιπελαργεῖν.) Glossæ Isidori: antipelargosin dicunt greci talionem. ἀντιπελάργησιν.

Parent. utr. sex. esse al.) Demosthenes in Oratione I. in Aristot. legem esse naturæ, ut parentes alamus, quæ bestiis & hominibus posita sit. Iæus in oratione contra agoratum: ὅστις ἔν τ' τε γόνω πατέρα τ' αὐτ' ἐτύπη, καὶ ἔδεν πασεῖχε τ' ἐπιτηδείων ἀλλ' ἢ τ' κακώσεως νόμον ὀξείος ἐστὶ θανάτου ζυμωθήναι: Quisquis enim patrem naturalem percussit, aut necessaria ei non præstitit, propter legem malæ tractationis, morte dignus est.

De Concubinis.

TIT. XXVI.

EXPLICITO tractatu de dotibus, datur titulus de concubinis. nam & si nec dotis in concubina quæstio locum habeat, nec divortii, nec rerum amotarum, l. si concubina, D. rerum amotarum, nec rerum donatarum, l. donationes, D. de don. nec ex quibus causis connubium interdicitur, ex his utique omnibus etiam concubinatus interdicitur, l. 1. & 3. §. ult. D. eodem: tamen concubina uxorem imitatur, ut Julianus ait Novel. xviii. & est concubinatus concubinæque ἡμίγαμος, ut Zonaras loquitur, & conjugium, sed inæquale, l. 3. tit. seq. nec per concubinatum stuprum cœlebs committit, l. 3. D. cod. l. stuprum, D. ad legem Juliam de adult. & ut lege Julia de adult. tenetur uxor, ita concubina, l. si uxor, D. eodem, & ut secunda uxor patris, ita concubina filio quasi noverca est, ut eam uxorem ducere non possit, l. 4. sup. de nup. & ut uxori uxorem superducere non licet, l. 2. sup. de inc. nup. ita

nec concubinam superduci bonis moribus. conveniens est, l. ex ea §. 1. de ver. obl. l. 3. inf. comm. de man. Denique concubinatus legitima conjunctio est, & semi-matrimonium, l. si qua inf. ad S. C. Orf. Constitutionibus tamen tituli sequentis permessa magis quam probata, quæ naturales liberos solidi incapaces faciunt. capaces quidem erant olim, concubinato per omnia habito pro legitima conjunctio: ex Constitutionibus illis veluti legitima intemperantia est, ut secundæ nuptiæ, & veluti legitimum vitium, ac tandem damnata Leonis No. xci. in desuetudinem abiit.

Enarratio.

TIT. XXVI.

UXorem imitatur] Et ideo quasi conjugem vocat Salvianus iv. de Provid. D.

Ut Zonaras loquitur) In Michaelē Paphlagonē.

Conjug. sed inæquale] Sane enim nisi dignitate nihil interest, l. item legato 49. §. 1. D. de legat. 3. & affectu conjugii D. Augustinus serm. 11. de divers. cap. xvi. *Ubi vincit uxor nisi affectu conjugii, affectu sincerioris castiorisque charitatis.*

Et ut uxori uxor. superd.) D. Augustinus de bono conjugii cap. vii. *Non licet & nostris jam temporibus, aut more Romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam vivam. & libro xxii. contra faustum: Homines aliter se habentibus jam moribus & legibus non possunt delectari uxorum multitudine.*

Ita nec concubinam) In Canonibus datis sub Edgardo Anglorum R. num. XIX. Si quis uxorem habeat & concubinam, nihil ei Christianorum jurium præbeat sacerdos aliquis, nisi pœnitens redeat ad emendationem. D. Augustinus in epistola LXX. Ipsam quoque uxorem non tibi suffecisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutum loquuntur homines. Sed neque duas concubinas habere licet, Nov. XVIII. cap. V. D. Augustinus Conf. lib. IV. cap. II. In illis annis unam habebam, non eo, quod legitimum vocatur, conjugio cognitam, sed quam indagaverat vagus ardor inops prudentiæ, sed unam tamen, ei quoque servans tori fidem. Vide epist. LXX.

Legitima conjunctio est) Ex hac lege licitam conjunctionem esse defendi potest, non legitimam. Græci ibidem: τῶν ἐξ ἀνόμι-
τογαμίαις: non ex illicita conjunctione.

Permissa magis qu. prob.] Cœlibi concubinam habere licet, can. II. qu. I. can. Christiano, c. auditu XXXIV. distinct. Non probat D. Ambrosius, c. nemo XXXVII. qu. IV. D. Augustinus in excerptionibus Egberti Archiepisc. Eboracensis: Concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit. ex serm. CCXLIII. de Tempore. Permissa autem, sicut & apud Græcos νερόμισο παλλακίαις ἔχειν. ἔδὲ ἡ παλλακὴ ἐφύβριτον ἢ ὄνομα, ut scribit Eustathius ad Iliad. θ. Concubinas habere legibus permissum erat, & concubinae nomen probrosum non erat.

Ut secundæ nuptiæ] Vide dicta nobis sup. tit. IX.

De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis justi efficiantur.

TIT. XXVII.

Matres sequuntur liberi: nam in hoc titulo naturales liberi dicuntur qui ex concubinis nascuntur. & recte liberis, nam & de nepotibus naturalibus est in hoc tit. lex. ult. & rursus recte, Et de matribus eorum, quia liberi naturales, & matres eorum in causa capiendi ex bonis patris naturalis simul in unam portionem admittuntur tam inter vivos, quam mortis causa, & tam ab ultima voluntate quam ab intestato l. 2. & 8. hoc tit. & Novella 18. & 89. Aliàs naturales comparati adoptivis, justi & civiles liberi sunt, alias comparati justis, ex concubinato progeniti. Qui autem ex stupro nascuntur, vel ex contubernio, vel ex illicito matrimonio, neque legitimi, neque naturales sunt, ut l. 1. hoc tit. l. 44. sup. de ep. & cl. & patrem certum non habent. Naturales patrem habent, nec tamen proprie patrem i. non patrem civilem. & inde l. 5. inf. qui manum. non poss. Quem patrem tuum appellas, quia talem scilicet leges patrem non appellant. nam pater proprie est quem justæ nuptiæ demonstrant l. 5. D. de in jus vo. & observandum est l. 7. hujus tituli non simpliciter dicere patri naturali denegari nomen patris, sed jus & nomen, id est nomen justæ patris: nam & filio naturali non succedit, l. 9. §. quod & in his, hoc titulo. ac præterea spurii nihil capere possunt ex bo-

nis ejus quem patrem dicunt. Naturales certæ portionis capacitatem habent. Et spurii nullo modo justî efficiuntur. Naturales certis modis, veluti decurionatu, & concubina ducta in matrimonium, & rescripto principis.

Enarratio.

TIT. XXVII.

Matres seq. leberi) Partus sequitur matrem, Ulpianus tit. v. M. Tullius libro iii. de nat. D. *Ut enim in jure civili qui est de matre libera liber est: item jure nature qui de Dea matre est, Deus sit necesse est.*

In unam portionem) Vide Cujacium ad Novel. xviii. in secunda parte.

Et patrem certum non hab.] Philo de Decalogo: *ἔτοι πάντες ὄσως ἐργασαὶς ἔχει ἢ μήτηρ, ἐπιζεύγονται πατέρας, ἐνὸς ἀγνοίας ἔφύσει.*

Decurionatu) Vide ad Institut. de Nupt.

Et concubina ducta in matr.) Tunc qui duo erant *εἰς ἀκρασίαν μίαν*, duo esse incipiunt *εἰς σάρκα μίαν*, ut loquitur Chrysofom. in homilia de politica morali.

Et rescr. Princ.) Vide ad Institut.

De testamentaria tutela.

TIT. XXVIII.

Explicato contractu matrimonii & dotis, & ceteris, qui id genus conventionis præcedunt, vel sequuntur, incipit tractare de alio genere contractus, nempe tutela, quæ contractibus adnumeratur l. contractus, D. de reg. jur. l. ex contractib. D. de ob. & act. quia etsi pupillus tractatu habito cum tutore non con-

trahat, l. ult. D. rem pup. sal. fo. tamen tutor
 ex administratione sua tenetur quasi ex con-
 tractu, & per causam administrationis inter
 eum & pupillum nascitur actio ultro citroque,
 directa & contraria. §. tutores, Instit. de obl.
 quæ quasi ex contr. Tutelæ autem nomine cum
 dico tutelam esse contractum, tutelæ gestio-
 nem & administrationem intelligo, ut cum ju-
 ris auctores dicunt, tutelam restituere i. admi-
 nistrationis tutelæ rationem reddere: nam tu-
 tela simpliciter non est contractus, sed vis &
 potestas &c. notissima definitio. Est autem alia
 tutela legitima, alia dativa: Et dativa alia te-
 stamentaria, alia Attiliana: nam & dati testa-
 mento dativi dicuntur, ut Ulpianus scribit lib.
 Reg. tit. de tut. & dati à prætore, qui Attiliani
 appellantur in tit. de Attil. tut. l. dativus, D.
 rem pup. sal. fo. ult. l. ult. inf. de leg. tut. Ideo au-
 tem primus tit. est de testamentaria tutela, quia
 hæc prævalet, & ut in hereditatibus, sic in tu-
 telis prior est causa testamenti, l. si quis sub
 conditione, D. eod.

Enarratio.

TIT. XXVIII.

EXpl. contr. matr. & dot.] Vide sup.
 tit. & ad Novel. xxxviii.

Tutelam restituere) Et curationem in l. mi-
 nor 32. D. de minor.

Vis & potestas) L. i. D. de tutel.

Qui Attil. appell.) Ulp. tit. xi. §. lex Atillia.

Ut in hereditatibus) L. quamdiu 89. D.

de reg. jur.

De confirmando tutore.

TIT. XXIX.

Hic titulus est etiam de tutore testamento dato, sed non jure dato, veluti à patre filio emancipato, aut matre, vel extraneo, quia eos tantum tutores confirmat lex XII. tab. quos parens nominatim dedit his quos in suis heredibus habuit, hos, inquam, solos lege obvenire dixeris non improprie, ut heredes testamentarios, quandoquidem confirmare tutelam testamentariam, ut l. 20. D. de test. tut. est facere tutorem. Et sola lex igitur tutorem aut Senatus, aut princeps, ut heredem, facit, non testator, non prætor. Verum qui non jure dati sunt à patre filio emancipato confirmantur decreto prætoris sine inquisitione, etiam si exheredato dati sint, dati autem à matre vel extraneo non aliter confirmantur quàm ex inquisitione, & ita demum si heredi instituto dati sint: Nec enim mater, aut extraneus præsumitur dilexisse eum quem heredem non instituit, l. 4. D. eod. ac proinde nec præsumitur ei bene pro sua tutela cavisse. Contra pater præsumitur semper bene cavisse, cujus affectio certior, certus si sit bene cavisse, cujus affectio certior, certus si sit de sobole sua, non addubius, ut Menander dixit, ἔστιν ἡ μήτηρ φιλότεκνον μᾶλλον πατρὸς. ἢ μηδ' ὄσον αὐτῆς εἰ δὲν υἱόν, ὅδ' οἶεται, etiam filio exheredato, quem possit exheredasse bona mente. Confirmatur etiam tutor à patre datus filio. imperfecto testamento, vel per epistolam, aut fideicommissi verbis, l. 2. hoc tit. l. 1. D. eod. &

curator testamento datus à patre, quod etiam non fit jure quia lex XII. tabul. de tutela loquitur, non de cura, sed Confirmari solet, l. 2. Confirmati, Attiliani potius sunt, quàm testamentarij. Vel testamento destinati, aut nomiti potius, quàm dati.

Enarratio.

TIT. XXIX.

VELuti à patre filii emancip. &c.) L. Nezennius 32. D. de excusat. tutor Confirmat lex XII. tabul.) Ulp. tit. II. §. testamento, l. tutor 20. D. de testam. tut. Solos lege obvenire) L. lege obvenire 130. D. de verbor. signific.

Quandoquidem confirmare) V. Cujac. Par. D. de conf. tut.

Et sola lex igitur tutorem) §. quos autem, Instit. de bonor. possess. l. tuto 6. §. tutoris, D. de tutel.

Qui non jure d. f. à p. f. em.) Tutela jure patriæ potestatis mandatur, l. impuberi 40. D. de admin. tut. Tutor igitur non legitime datur filio emancipato, sed confirmatur à Præto- re sine inquisitione, §. ult. Instit. de tutel. l. naturali 7. de confirm. tut.

Etiamsi exheredato dati) L. jure nostro 26. §. ult. & l. si pater 31. D. de testam. tut.

Dati autem à matre vel extr. &c.) L. 4. h. tit. in qua liber antiquus B. odæi, & Græci negationem non agnoscunt, l. si patronus 4. D. de confirm. tut. Horum datio institutionis ratione confirmatur.

Præsumitur semper bene cavisse) L. 3. §. 1. D. de administ. tut.

Quem possit exher. bona mente) Non
notæ causa , l. multi 18. D. de liber. &
postum. & l. Paulus 47. D. de bon. libert.

Quia lex XII. tabul.] Lex XII. de tutore te-
stamento dando loquitur , non de curatore ,
argum. l. ventri , D. de tut. & cur. dat. verba
legis refert. Ulp. tit. XI. §. testamento.

Attiliani potius] Vide Commentarium
nostrum ad titul. de tutel. Instit.

Vel testamento destinati] Ut in d. l. 3. §. I.
Aut nominati pot.] L. I. inf. de patr. potest

De legitima tutela.

TIT. XXX.

*V. tit. 15. 17. 18. 19. lib. I. Instit. & tit. 4.
lib. 26. Digest.*

Testamentariæ tutelæ succedit legitima.
Hæc non datur , l. 5. D. eod. sed lege de-
fertur ipso jure , & deficientibus tutoribus te-
stamentarijs , pupillo quasi existunt statim, vel
fiunt ipso jure tutores non cognati (cognatos
enim lex non novit) sed consanguinei fratres
vel alij agnati , qui proximi sunt ad heredita-
tem pupilli ab intestato. i. si pupillo parens non
fecerit substitutionem pupillarem. Testamen-
taria est dativa , legitima non est dativa. Legi-
tima proprie est legitima. Testamentaria non
improprie, ut hereditas, l. lege , D. de ver. sig.
quæ duo sunt longe diversa, proprie scilicet &
non improprie , l. I. D. de suis & leg. her. legi-
tima est absolute legitima. Testamentaria
quodammodo , itémque Attiliana. Nam sola

lex tutorem facit, vel Senatus, aut princeps, aut populi mos, non prætor, sed prætor tutorem dat jubente lege, vel Senatu, vel principe, vel more permittente. Nec ullum extat prætoris edictum quo fiat tutor. Non est igitur edictum prætoris legi simile. S. C. est legi simile, Constitutio principis est legi similis, §. quos autem, Inst. de bon. poss. Idem non dicimus de edicto prætoris, sed hoc tantum non modicam obtinere juris auctoritatem, partem juris esse, non legis. Nec mirum si curator ventri datur ex edicto, non tutor; l. ventri, D. de tut. & cur. da. Nam & de tutore constituendo edicere non putuit prætor. Verum ut qui heredem facere non potest, bonorum tamen possessorem facit, quem in omnibus tuetur heredis vice, ita qui tutorem facere non potest, curatorem tamen facit: quem habet tutoris loco. Et in summa, tutorum origo est ex lege vel alio jure, quod vigorem legis obtineat. Curatorum, qui puberibus dantur, & aliquando impuberibus, vel bonis, aut ventri, origo est, ex jure prætorio, exceptis curatoribus furiosorum & prodigorum, qui soli legitimi sunt, non dativi. Et ut de legitima tantum tutela modò dicam, alia ex lege directò descendit, ut quæ agnatis defertur, alia per consequentias hereditatum, ut quæ patrono defertur, vel parenti manumissori, l. 3. D. eod. l. 5. sup. de dol. & quæ extraneo manumissori. i. patri fiduciario, cui pater naturalis filium mancipavit ut liberaretur, quæ propriè tutela fiduciaria dicitur, quia hac lege fiduciaque cauta filium pater naturalis mancipat emptori, qui pater fiduciarius dicitur, ut eum manumittat: & sic fiduciaria

quoque tutela dicebatur, cum pater naturalis in emancipatione manumissor extiterat, puta contracta fiducia, ut emptor filium mancipatum sibi remanciparet patri naturali manumittendum. Sed hodie fiduciarij tutoris nomen consistit non in patre manumisso, quia receptum est ut potius legitimus appelletur exemplo patroni sublato jam patre fiduciario, sed in liberis ejus fratribus pupilli manumissi, l. 4. D. eod. Et rursus legitima tutela alia est principalis, alia cessicia i. quam legitimus tutor foeminae puberis alteri cedit in jure, quae extinguitur morte & capitis deminutione cessici tutoris, vel ejus qui cessit, ut mandatum quodlibet, l. mandatum sup. mand. l. cum quis in pr. D. de sol. l. post litem, D. de proc. itemque cessico tutore alij cedente tutelam, quia cessione primae renuntiasse videtur, & secunda cessio non valet. Cessicus enim alium cessicum facere, ut procurator alium procuratorem facere non potest. Potuit autem tantum in jure cedi tutela legitima, non testamentaria, & tutela non masculorum, sed foeminarum puberum, quae erant olim in perpetua tutela quoad marito in manum convenissent. Nam conventionem in manum mulier fit in potestate viri, & generaliter neque masculus neque foemina, qui quaeve in manu, potestate, mancipio alterius est, & in tutoris potest esse potestate: & in definitione Servij caput liberum est homo sui juris, ut liber homo in l. recte, D. ex quib. cau. major. Sed quia lex Claudia sustulit tutelam legitimam foeminarum puberum, ne scilicet essent in perpetua tutela, & hodie quoque cessat cessicia tutela, & impuberibus tantum foeminis ut mari-

bus legitimi tutores sunt consanguinei, vel alij agnati, l. 3. hoc tit. l. 2. Cod. Theod. de tut. & cur. cr. Dico agnati: Nam cognatis neque hereditas, neque cura vel tutela legitima deferretur. Sed excipio fratrem emancipatum, qui ut ad legitimam hereditatem vocatur ex Constitutione Anastasij, ita æquum est ut vocetur ad curam & tutelam legitimam, l. 4. hoc tit. l. 5. inf. de cur. fur. §. 1. Inst. de succ. cogn. secundum regulam, Quò hereditas, eò & tutela redit, & contra, quæ tamen vitatur, si femina heres intercedat, vel minor xxv. an. Nam & si ad feminam vel marem minorem xxv. an. legitima pupilli hereditas redeat, non tamen redit etiam tutela. Nam hi tantum sunt idonei tutores, vel curatores dativi, vel legitimi, qui majores sunt xxv. an. ex l. ult. hujus tit. ante, quam erant ipso jure legitimi tutores & per alios administrata tutela omne periculum administrationis sustinebant, nec tamen eorum bona immobilia tacito jure erant obligata pupillo, vel adolescenti, quia obstabat S. C. cum regulariter pupillus, vel adolescens habeat tacitam hypothecam in bonis rectoris sui.

Enarratio.

TIT. XXX.

L Ege defertur] L. 1. & l. intestato 6. D. de legit. tutor.

Deficientibus tutor. testam.] Semper enim tutela legitima testamentariæ cedit, l. si tutor 9. §. 1. D. de tut. & ration. distrah.

Sed consanguinei frat.] L. 1. D. de legit.

tutor.

Qui

Qui proximi sunt ad hereditatem] Proximus adgnatus tutelam nanciscitur , l. si plures 9. eodem.

Proximi sunt ad heredit.) Gajus 1. Instit. tit. VII. *Qui proximus fuerit ad tutelam , proximus est ad hereditatem.*

Testamentaria est dativa] Testamento tutores dati dativi appellantur , Ulp. tit. XI. §. testamento.

Legitima non est dativa) Legitimos enim tutores nemo dat , sed lex facit , l. 5. eod.

Testamentaria quodammodo] Quia lex XII. tab. permittit tutores testamento dare , l. 1. D. de testament. tut. Attiliana etiam quasi legitima , & Juliotitiana , quia ex lege Attilia & ex lege Julia , & Titia datur.

Jubente lege &c.) L. muto 6. §. tutoris , D. de tutel.

Vel more perm.) Ulp. d. tit. XI. §. moribus. Bonorum tamen possess.) §. quos autem Instit. de bonor. poss.

Tuetur heredis vice] Vice heredis habet , l. 2. D. de bonor. possess.

Curatorem tamen facit) Ut cum ventri ex edicto curator datur.

Et aliquando impuberibus] §. interdum , Instit. de cur.

Vel bonis) De quo tit. de curat. bon. dan. Aut ventri) De quo in tit. de ventre in poss. mitt.

Exceptis curatorib. furios. & prod.) Furiosi enim & prodigi ex lege XII. tab. in curatione sunt adgnatorum , Ulp. tit. XII.

Alia ex lege dir. descendit] Tutela legitima adgnatis defertur propalam , id est , specialiter

& nominatim patronis, per consequentias hereditatum, quia lex XII. tab. liberti hereditatem patrono defert, Ulp. tit. ult. in princ. *Multa ergo inveniuntur frequenter, quæ legum verbis non teneantur, sed ipsa vi & potestate teneantur*, ut ait Fabius declam. CCCXXXI.

Et quæ extraneo man.) Ulp. tit. XI. §. qui liberum caput. Gajus libro I. tit. VI. §. Item per emancipationem.

Alia cessicia &c.) Ulp. d. t. XI. §. Is cui tutela, §. quantum ad adgnatos, & §. si capite.

Convenit in manum) De qua vide P. Pithoeum ad Licinij Rufini collationem juris Mos. & Rom. & Cujacium Observ. libro VII. cap. XI.

Mancipio alterius est) L. pen. §. I. D. qui fal. tut. auct.

In definit. Servij.) In l. I. D. de tutel.

Sed quia lex Claudia sustulit) Sic legit Cui. in d. §. quantum ad adgnatos.

Nam cognatis neque hereditas] In lege XII. tabul. *adgnatus proximus familiam habeto.* Ulp. tit. XXVI.

Neque cura vel tut. leg. def.) Adgnati sunt tutores legitimi, Ulp. tit. XI. §. 2. l. I. D. de legit. tutor. Item furiosus & prodigus sunt in curatione adgnatorum, ex lege XII. tab. Ulp. tit. XII. §. I.

Quo hereditas eo & tutela red.) Hereditas redire dicitur in l. peto 69. D. de leg. 2. & tutela, si quis II. D. de testam. tut.

Et contra] L. quo tutela 73. D. de reg. jur.

Si foemina heres intercedat) Nam hereditas quidem ad adgnatam pertinet, tutela autem ad adgnatum, l. I. §. I. D. de legit. tutor.

Vel minor, xxv. annis.) Cui enim ferendum est, eundem esse tutorem & sub tutela constitul, l. ult. hoc tit. id est. τὸ δέον τῆς φυλακῆς, μᾶλλον, ἢ φυλάττειν ἄλλως δυνάτων.

Quia obstabat Senatusconsultum] De rebus minorum non alienandis, de quo tit. ix. libri xxvii.

Habeat tacitam hypothec.] L. pro officio 20. C. de administrat. tutor.

Qui petant tutores vel curatores.

TIT. XXXI.

V. tit. 6. D. eod. libro.

POST tutores testamentarios & legitimos, dicturus de tutoribus vel curatoribus qui dantur à prætore urbis ex lege Attilia, vel ex S. C. vel moribus, aut à præsidibus provinciarum ex lege Julia & Titia, qui petuntur & dantur, non quasi existunt ipso jure ut legitimi, nec dantur ut testamentarij nemine petente, in primis docet qui tutores vel curatores petere possint aut debeant. Et debent quam primum tutores petere liberti liberis patroni, & mater, avus, avia liberis suis quibuscunque, non curatores puberibus Et si cessant tutores aut curatores impuberibus petere, puniuntur liberti ob desertam obsequium, parentes ob desertam pietatem. Possunt petere vel amici, imo & adversarij in litem l. ult. §. ne autem inf. de adm. tut. l. i. 4. 7. hoc tit. Et petunt omnes editis nominibus plurium, qui πρόσκοι-
δέντες & πρόσκοιτοι appellari possunt, & ex eis

unum eligit magistratus, ut fit in Episcopo creando, No. 123. & apud Cornel. Tacitum patricios tres nominari, & ex eis unum eligi flaminem Dialem.

Enarratio.

TIT. XXXI.

EX lege Attilia] Instit. lib. 1. tit. xx.
Vel ex Senat.) L. muto 6. §. tutoris, D.
de tutel.

Vel moribus) Ulp. tit. xi. §. moribus.

Ex lege Julia & Tit.) Justin. d. tit. xx.

Existunt ipso jure) Vide sup. tit. xxx.

Et debent quamprimum] Confestim, id est, ubi primum potuerunt, l. 2. §. si mater, & §. confestim, D. ad S. C. Tertull. intra annum, ex l. sciant 10. inf. de legitim. hered.

Tutores petere liberti) L. 2. h. tit.

Et mater) L. 6. 8. & 9. h. t. d. §. si mater.

Avus avia) L. 1. C. Theod. qui tut. pet.

Liberis suis quibuscumque] Etiam quæsitis ex concubinato l. ult. h. t.

Non curatores puberibus] L. 6. h. t.

Aut curatores impuberibus) d. l. 2. §. quid si curatores, quo casu impuberi curator petendus est, l. 1. D. eod. tit.

Puniuntur liberti ob def. obs.) L. 2. h. tit. *κολάζονται*, l. 1. §. 1. D. eod. Basilica : *σφοδρῶς κολάζονται*, graviter puniuntur, in corpus scilicet, sicut libertus si fraudulenter tutelam liberorum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus *εἰς σάμα*, §. xi. Inst. de suspect. tut. conjuncto Theophilo.

Parentes ob desertam pietatem] . L. 9. hoc tit. Quod si petere neglexerint ab eorum impuberum morientium successione repellentur, §. pen. Instit. de Senat. Tertull. l. 2. §. 1. D. hoc tit.

Vel amici) d. l. 2. in princ. & l. is qui 44. D. de negot. gest.

Apud Cornelium Tacitum) Annali IV. capite XVI.

Ubi petantur tutores vel curatores.

TIT. XXXII.

V. D. eod. tit. & lib.

QUI vero petunt tutores aut curatores, eos petunt à magistratibus in patria pupilli, vel juvenis ex qua per patrem [nam à patre patria dicitur) originem ducit, vel ubi patrimonium habet, quod nomen etiam à patre deducitur. Et loquitur Constitutio hujus tit. de magistratibus municipalibus : Nam & hi tutorum vel curatorum dationem habuerunt l. 3. D. de tut. & cur. da.

Enarratio.

TIT. XXXII.

DAtionem habuer.) Vide Cujac. ad §. sed hoc jure, Inst. de Attil. tut.

De tutoribus & curatoribus illustrium,
vel clarissimarum personarum.

TIT. XXXIII.

Nunc incipit tractare qui dare, & qui dari tutores, aut curatores possint, & specialiter in hoc tit. qui dare, & qui dari illustribus, vel clarissimis, & in tit. seq. generaliter qui ceteris. De illustribus est l. 2. ut ii tantum qui curiæ civitatis suæ obstructi non sunt, tutores dentur illustribus senatoribus. i. illustrium senatorum liberis impuberibus sui juris. De clarissimis est l. 1. Nam initio ejus non est legendum, illustribus, sed illustris Præf. urbi, ut nonnulli Codices habent, ut Codex Th. ut l. 2. inf. qu. mal. tut. off. Ceterum fateor in ea lege clarissimorum nomen accipi latissime. ut Nov. 71. & sup. tit. ubi Sen. vel clar. ut scilicet comprehendat tres gradus dignitatis Senatoriæ, illustres, spectabiles & clarissimos, & uxores liberósque eorum, non etiam Senatores sine dignitate. Est enim clarissimorum nomen generale & speciale. Et est sententia l. 1. elegantissima, quæ olim pertinebat etiam ad plebeios, sed additis multis Justinianus eam coangustavit tantum ad clarissimos, hoc est nobiles, l. ult. §. sed si quidem nobilis, inf. de cur. fur. Ut scilicet clarissimis puberibus vel impuberibus si deficient testamentarii, vel legitimi tutores, aut curatores, vel excusati sint, in urbe tutores aut curatores constituentur ex quocunque ordine Senatorio vel equestri, ab illustri Præf. urbi, qui est princeps senatus, ad-

hibitis in consilium X. Senatoribus & prætoribus tutelari, hoc ordine ut prius nominentur plures, deinde unus idoneus pronuntietur sententia præf. urbi, & ille postea sollemniter detur, decernatur, prodatur, inauguretur, confirmetur auctore prætoribus tutelari. Sententia præcedit decretum, ut l. ult. inf. de mag. con. l. tutores, D. de conf. tut. In provinciis autem ut clarissimis tutores vel procuratores dentur, aut nominentur, dandi à præsidibus decreto decurionum, periculo eorum qui præsentibus adfuerint, cum tamen in urbe, ut constat ex tit. de mag. con. magistratus vel adseffores eorum tutelæ administrationis periculum non agnoscant.

Enarratio.

TIT. XXXIII.

UT nonnulli codices habent) Sic vetus Aegidii Menagii.

Senatores sine dignitate) Vide sup. lib. III. tit. ubi Senatores vel clar.

Ab illustri præf. urbi) Præfectus urbi illustrium & clarissimorum filiis tutores constituit, Prætor ceteris, Cujac. ad §. 4. Instit. de Attil. tut. vide Scholiast. Theophili.

Qui est princeps Senatus) Vide sup. de off. præf. urbi.

Qui dare tutores vel curatores, & qui dari non possunt.

TIT. XXXIV.

V. lib. I. Inst. tit. 20. & tit. 5. l. 26. D.

DOcuit tit. superiore specialiter qui dare & qui dari tutores vel curatores possint illustribus vel clarissimis personis. In hoc tit. docet generaliter qui dare & qui dari ceteris possint vel non possint, quæ duæ quæstiones & illam nectunt, Cui dari possint. Nec enim potis est quisquam dare nisi sit cui dare possit. ac primum quidem tutorem habenti tutor dari non potest, l. 9. & 10. qui de re proprio tit. 36. Nec homini non subjecto jurisdictioni suæ: Nam & si tutoris datio non sit jurisdictionis, tamen quia jus dicentis officium consistit etiam in dando tutore, l. 1. D. de jurisdic. & in tutore dando magistratum municipalem aut provincialem servare oportet fines territorii & jurisdictionis suæ, l. 5. hoc tit. l. 3. sup. qui pet. tut. Et ad hanc quæstionem, Cui dari possint, etiam pertinent, l. 1. 11. 12. Nam & si titulus hic sit, Qui dare & qui dari, tamen ubi hoc quæritur, consequens est etiam id quæri cui dari possint, l. naturalis §. ult. D. de conf. tut. Sunt hæ tres quæstiones jugatæ inter se atque connexæ. Et illa qui dari possint vel non possint, facillima est.

Enarratio.

TIT. XXXIV.

LEge 10.) Cujacius legit, *tutorem*, in d. l. 10 duo tamen antiqui codices Menagii & Brodæi habent, *curatorem*.

Non fit jurisdictionis) L. muto 6. §. tutoris, D. de tutel.

L. 1. 11. & 12.) Tutela est vis & potestas in capite libero, id est, in patrefamil. aut matrefam. non in eo qui quæve sit in potestate, vel manu, vel mancipio. Cujac. ad tit. de tutel. §. 1. Instit. Si tamen impuberi, aut juveni fiat controversia status, recte tutor aut curator ei dabitur, quia interim pro libero habetur, l. 1. h. t. ut ita demum teneat datio si liber pronuntiatum sit, l. ei qui 17. D. de tut. & curat. dat. In l. 11. & 12. datur specialis curator ad litem deficiente generali: quia minor indefensus, legitimus litigator non est. Vide sup. qui legit. perf. in judic. hab.

Qui dari poss. vel non) Maritus uxori curator dari non potest, l. 2. h. t. ne ratio tutelæ reddendæ cohibeatur, l. non solum 67. §. sed videamus, D. de ri. nupt. Utroque lumine captus curator esse non potest, l. 3. in qua Josias Mercerus ad Nonium Marcellum legi mavult, *habere*, eo sensu, ut luminibus capto curator dari non debeat. Scripti codices variant. In libro Ægidii Menagii sic legi videtur, *curatorem habere*. In libro Juliani Brodæi scriptum quidem est, *habere*, sed τὸ e mutatum in i. & hæc vera lectio est. vide inf. tit. LXVII. Item

miles curator esse non potest, l. 4. quia Reipublicæ operatur, cuius causa præcipua est. Ut nec volens admittatur, §. idem & in milite, Instit. de excus. tut. Nec servus, l. in servili 7. nec enim servo committi debuit liberum caput. Denique Principis colonus, l. ult. Creditor autem debitori suo tutor dari potest, l. creditorem 8. h. t. quæ abrogata est No. LXXVII. cap. 1.

Quando mulier tutelæ officio fungi potest.

TIT. XXXV.

ET notissimum quoque foeminam tutorem aut curatorem dari non posse, quæ olim perpetua tutela, aut potestate viri continebatur. Sed lege 2. & 3. matrem dari liberis unde unde quæsitis posse introduxerunt certis conditionibus, quarum & facilis cognitio est, simul ac juris novi & novissimi, quo huic tit. abrogatum vel derogatum est. Et quod in matre, idem in avia. Et hi vero qui tutores aut curatores dari non possunt, hujus conditionis sunt, ut necesse non habeant se excusare, & periculum cessationis ad eos non pertineat, & ne volentes quidem admittantur.

Enarratio.

TIT. XXXV.

Foeminam tutor.) Tutela enim munus virile est, l. 1. h. t.

Quæ olim perp. tutela) Ante legem Clau-
diam, quæ tutelâ legitimâs foeminarum pube-
rum sustulit, Ulp. tit. xi. §. quantum ad ad-
gnatos, & ibi Cujac.

Aut potestate viri contin.) Si in manum viri
convenisset. v. sup. tit. 30.

Unde unde quæsitis) Sive naturales sint,
sive ex justis nuptiis quæsit.

Juris novi & noviss.) Vide authent. matrî
& aviæ, h. t.

Ut necesse non hab. se excus.) L. i. sup. de
confirm. tut. l. i. §. ult. D. de excusat. tut. §.
item major, Instit. de excus. tut.

In quibus causis tutorem habenti tutor
vel curator dari potest.

TIT. XXXVI.

V. tit. 5. lib. 26. D.

INtelligimus jam sup. ex l. 9. tit. 34. & l. 9.
tit. 31. tutorem habenti tutorem dari non
posse, quæ regula juis dicitur l. ventri, D. de
tut. & cur. da. & ea utuntur sæpe auctores,
& Paulus in admodum singulari specie lib. iv.
Sent. tit. de fid. lib. & d. l. ventri, quæ conjun-
cta l. i. D. qui pet. tut. ex lib. vii. differentia-
rum Modestini, tres exponunt differentias in-
ter tutorem & curatorem, & eam regulam
apertè docent non pertinere ad curatorem, sed
ad tutorem tantum. An vero quia actus legiti-
mus semel tantum fit, qualis est datio tutoris
ex inquisitione atque decreto? An quia pupil-
lus est in tutoris potestate, & nemo potest esse

in duorum potestate, ita ut sit cujusque potestas in solidum, nisi pro uno habeantur, ut cum sunt conjunctim dati duo pluresve tutores, l. simul, D. de tut. & cur. da. Curatoris autem nulla est potestas in personam. Sed hujus regule exceptiones plæreque inductæ sunt ex S. C. Nam in locum absentis Reip. causa, licet tutor esse non desinat, alius tutor dari potest, l. 1. hoc tit. l. 3. §. si quis abfuturus, D. de susp. tutor l. si tutor Reip. de tut. & rat. dist. l. questum, de tut. & multo magis curator l. in omnem, D. de tut. & cur. da. Et in locum remoti, licet alij pupillo tutores sint, vel præsto sit legitimus, & in locum defuncti, licet alios tutores habeat superstites, l. tutorem sup. tit. 34. l. 4. hoc tit. l. 2. inf. de tut. vel cur. qui satis non dedit. Et in locum excusati similiter vel deportati, l. 2. hoc tit. l. si quis sub condicione, D. de test. tut. vel relegati, l. 4. hoc tit. l. 3. sup. qui pet. tut. vel furiosi, muti, surdi, l. pen. D. de tut. nec tamen ideo sequitur quin eorum loco curator dari possit, ut proponitur d. l. 2. licet ex S. C. potuerit & debuerit alius tutor dari, sed curator ille instar est tutoris. Nec enim durat ultra pubertatem, & tutelæ sive protutelæ eum teneri quidam existimabant l. inf. arb. tut. Ergo exemplo absentis Reip. causa & excusati, in cujus tutoris locum dari alius tutor potest, & curator quoque, ut in locum relegati etiam curator, l. tutor §. ult. D. de ex. tut. l. 14. §. quid ergo D. de sol. vel actor, l. si ne herede §. ult. De adm. tut. & in locum furiosi, l. 12. D. de excusat. & in litem quoque tutor vel curator, ut dicemus tit. 44. Et eæ quidem sunt causæ in quibus tutorem habenti tu-

tor datur, de quibus l. 1. 2. 4. In aliis, id est 3. & 5. sunt causæ in quibus curator adjungitur tutorem habenti, quibus fere placet etiam tutorem adjungi posse in alia bona, l. propter litem in fi. D. de excus. Et in summa, quibus tutor, & curator, & è contrario. & rectè emendavi in Rubrica, In quibus causis, ut l. 4. hoc tit. & in l. tutorem tit. 34. & tutorem habenti, non tutorem vel curatorem, alioquin regulam superiorem rubrica supponeret etiam in curatore.

Enarratio.

TIT. XXXVI.

QUæ regula juris) Et à Theophilo §. 5 In-
stitut. de curationib.

Actus legit. semel tant. f.] L. actus 77. de
reg. 1.

Nulla est potestas in personam) Tutela est
personarum, l. quia personæ 14. D. de testam.
tut. cura bonorum l. in copulandis 8. sup. de
nupt.

Inductæ sunt ex S. C.) Ulpian. tit. xi. §.
i. § ex lege, & tribus sequentibus.

Et multo magis curator) Et ideo auctores
Basilic. in interpretatione d. legis 1. sic scri-
bunt: *διδοται ἔτις τόπον αὐτῶ ἕτερος ἐπίτροπος,*
ἢ κεῖνταιρ datur itaque in locum ejus tutor
alius, vel curator.

Et in locum remoti) L. 4. h. t.

Vel relegati] In perpetuum, l. 3. sup. qui
pet. tutor. ex qua d. legi 4. interpretationem.

adhibendam esse censent Græci. vide tamen Cujacium ad l. 8. D. de excusat. tut.

Vel furiosi, muti, surdi) Ulp. d. tit. xi. §. præterea.

Licet ex S. C.) d. l. pen.

Instar est tutoris &c.) Qui non ut minori, sed ut pupillo datus est. Græci: ἐπειδὴ γὰρ ἔχ' ὡς ἀφήλικι ἐδόθη, ἀλλ' ὡς πεπίκτω, ἡβήσαντι ἐκείνῃ, πανέλα τ' ἀδικήσεως. l. 2. h. t. & l. curatorem 25. D. de tutor. & cur. dat.

In quibus causis) Sic legitur in veteri codice Menagij & Brodæi.

Ut l. 4. h. t.] In qua tamen Basilica causis interpretantur *δέματα*, *casus*.

De administratione tutorum & curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda vel deponenda.

TIT. XXXVII.

V. tit. 7. eod. lib.

Dixit veluti præmissionis loco de variis tutorum generibus, de testamentariis, de legitimis, de his qui petuntur & dantur, cui & qui dari possint, & à quibus dari vel peti, & ubi. Sequitur jam ut dicat de contractu ipso, i. administratione tutelæ vel curæ, ex qua proculdubio est ultro citròque actionem nasci, directam & contrariam tutelæ inter tutorem & pupillum, utilem negotiorum gestorum inter adolescentem & curatorem, eoque nomine

bona tutorum & curatorum esse tacite obigata pupillo & adolescenti, l. 20. hoc tit. § & ut plenius, sup. de rei ux. act. l. 1. r. sup. rem al. ger. leg. ult. sup. de leg. tut. l. ult. §. & inventario, inf. de cur. fur. non tantum si id fecerint quod facere non debent, sed & si id non fecerint quod facere debent, l. 1. in pr. D. de tut. & rat. distr. Nam & qui non facit quod facere debet, videtur adversa facere, & contumacia ejus vel negligentia, dolus vel culpa, pro facto, pro contractu, pro gestione vel administratione est, sicut dicitur, dolum ejus qui non possidet pro possessione esse, & qui facit quod facere non debet, non facere videtur. i. mala administratio pro cessatione est, l. qui non facit, D. de reg. jur. Et breviter, officium tutoris vel curatoris est neque prætermittere utilia, neque admittere inutilia, l. 27. sup. de ep. aud. Pars autem prima officii & administrationis est inventarii confectio, secunda depositio pecuniæ ad prædiorum rusticorum comparationem, aut si bona condicio non suppetat prædii comparandi, pecuniæ fœneratio. Ceterarum rerum omnium diligens custodia ex edicto Constantini abrogata auctionandi necessitate. Summa verò atque præcipua, defensio pupillorum in judiciis, adolescentum, furiosorum & ceterorum, quibus curatores dari solent, l. ult. hoc tit. l. 30. D. eod.

Enarratio.

TIT. XXXVII.

Dolum ejus qui non poss.] L. qui dolo 131. l. parem 150. & l. ad ea 157. §. 1. D. de reg. jur.

Inventarii confectio) L. tut. 7. D. cod. l. 2. 4. h. r.
 Deposito pecuniæ] L. 4. 5. & d. l. 24. h. t.
 quod explicandum secundum Nov. LXXII. cap.
 VI. VII. & VIII.

Ex edicto Constantini) L. 22. h. tit.
 Abrogata auctonandi necess.) Auctionari
 est vendere in foro sub hasta. M. Tullius pro
 Deiotaro: *Deiotarus auctonatus est, seseque
 exspoliare maluit, quam tibi pecuniam non
 subministrare.* Cornel. Tacitus Annali 1. *Ubi-
 que hasta. & sector, & inquieta urbs auctioni-
 bus.* Glossæ: *auctio, Ἀγὴ πῆσσις.*

De periculo tutorum & curatorum

TIT. XXXVIII.

V. eund. tit. & lib. D.

Administrationi coniunctum est pericu-
 lum: Nam si quid per causam administra-
 tionis neglectæ, vel gestæ perperam amiserit
 minor, aut non adquisierit, tutor vel curator
 eo nomine minorem indemnem damno præ-
 stat, hoc est, damni periculum agnoscit secun-
 dum regulam l. 10. sup. tit. prox. ut refarciat
 damnum qui dedit, quod & aliæ leges multæ
 in eo tit. demonstrant, l. 8. 11. 18. 21. 23. Nec
 specialiter datur post illum hic titulus de peri-
 culo, ut idem repetatur, sed ut intelligatur pe-
 riculum administrationis non semper ad tuto-
 res vel curatores redundare, non certè admi-
 nistrationis collegæ, qui in alia provincia tute-
 lam pupilli administravit, l. 2. non si casu for-
 tuito damnum contigerit negotiis pupillaribus

sine dolo aut culpa tutoris vel curatoris, l. 3. & 4. veluti subito accursu latronum, non periculum temporis, quo nescivit se tutorem datum, l. 5. non periculum futuri temporis, l. ult. hoc tit. l. tutores §. 1. D. eod. sicut nec præteriti temporis, l. 1. sup. tit. prox. Et ut intelligatur non tantum tutores & curatores eos periculo administrationis obstringi, qui dati sunt administrandi causa, sed etiam eos qui dati sunt notitiæ causa ut tutores alios vel curatores instruant de fortunis pupilli, quales dantur plerunque liberti qui actores fuere rerum domini, & novere totius familiæ rationes, negotia, bona, supellectilem, l. 1. hoc tit.

Enarratio.

TIT. XXXVIII.

AUc culpa tutoris) damnum enim quod tutoris culpa contigit, tutorem respicit, puta si res pupilli in tutoris hospicio] *ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ* Basilic. l. 32. tit. vii.] vi ignis absumptæ sint, quas in horreo conditas habere debuerat, d. l. 3.

Futuri temporis] Post finitam tutelam vel curam.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt.

TIT. XXXIX.

V. tit. 9. eod. lib. D.

Hic titulus etiam est de administratione tutoris vel curatoris. Nam ex lite quam

intendit tutor minoris nomine, si condemne-
tur, docet minorem conveniri utili actione ju-
dicati, l. 1. hoc tit. & ex mutuo utili actione
creditæ pecuniæ, si tutor pupilli nomine mu-
tuam pecuniam acceperit, eamque converterit
in rem pupilli, l. 3. hoc tit. l. 2. inf. de cur. fur.
Et ex diverso docet minores agere actione ex
stipulatu de pecunia sua credita à tutore vel cu-
ratore, l. 2. & locati ex locatione prædiorum
suorum à tutore vel curatore facta, l. 4. quæ
omnia administrationis nomine continentur.
Regulariter pupillo per tutorem non adquiri-
tur actio, l. ult. hoc tit. l. solutum §. per libe-
ram, D. de pig. act. Sed ex his causis acquiritur
utilis, ut l. 2. hoc tit. l. 2. D. eod. quia pecu-
nia, aut prædia ejus fuerunt, non directa: quia
suo nomine tutor credidit, vel locavit, alio-
quin frustra locasset nomine pupilli. Credidisset
autem nomine pupilli & quilibet alius non
inutiliter, l. 2. sup. per quas per. no. adq. tam
pupillarem, quàm pecuniam suam jure singu-
lari. At quibus ex causis pupillus convenitur ex
facto tutoris, utili judicio convenitur, quia tu-
tor litigavit, vel mutuam pecuniam sumpsit
nomine pupilli, l. 2. inf. de cur. fur. non direc-
tò, quia non ipse contraxit.

Enarratio.

TIT. XXXIX.

ET locati] Et utili vindicatione si tutor eme-
rit aut curator, l. 2. D. h. t. ἑπιλίαν ἀγωγῆν
ἐκδικᾶσθαι τὸ ἴδιον ἔχουσιν οἱ νέοι: *utilem vindica-
tionem habent juvenes.* Basilica libro xxxvii.
tit. ix.

Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel unus agere pro minore, vel conveniri possunt.

TIT. XL.

V. tit. 7. lib. 26. D.

SCire nos convenit, cum inter tutores vel curatores non est divisa administratio, ratum haberi debere quod per unum gestum est, l. 3. in pr. D. de admin. tutor. ergo & rata est causæ pupillaris defensio, quam cessantibus aliis unus executus est l. 1. hoc tit. maxime si testamento aut ex inquisitione dati fuerint l. ult. inf. de auct. præst. denuntiari tamen iis omnibus debet l. 1. Cod. Theod. de den. vel edit. res. Sin autem divisa sit administratio per provincias à testatore, vel à iudice, vel à tutoribus ipsis, nihil refert, videtur in sua quisque provincia causam pupillarem agere debere, non in aliena: nec enim utiliter agit tutor rerum hujus provinciae, ex contractu pertinente ad aliam provinciam l. vel in partes D. eod. & tamen si agat ex contractu hujus provinciae, poterit ei objici compensatio ex contractu alterius provinciae, l. inter D. eod. & eadem ratione cum tutore rerum hujus provinciae creditor alterius provinciae recte ager, recteque eidem solvet tutor hujus provinciae, l. Titium §. ult. D. eod. quia divisio facta inter tutores non potest officere creditoribus suum persequentibus d. l. inter quod pugnare videtur cum l. 2. huius tit. Sed

loquitur tantum de denuntiatione litis solemni, ut docui Obs. xvii. cap. viii.

Enarratio.

TIT. XL.

DENUNTIARI tamen iis omnibus) Quidam
codices in l. 2. pro omnibus, habent, *hominibus*, ut non omnibus tutoribus denuntiandum sit, sed satis sit iis denuntiari, qui in ea provincia tutelæ officium sustinent.

Ne tutor vel curator vectigalia
conducat.

TIT. XLI.

QUO expeditior sit tutelæ administratio, nec oneretur ex alia causa longe graviore cavetur in hoc tit. ne tutores vel curatores fisci vectigal conducant, antequam paria cum suis minoribus fecerint, quod juris l. 1. §. ex illa D. ad l. Cor. de Fal. & l. οὐκ ἐπιτρέπονται D. loc. docent esse ex Constitutione Severi & Antonini: & non tantum inhibere conductionem vectigalium, sed etiam prædiorum Cæsaris. Huius prohibitionis duæ rationes sunt: Una respicit pupillum, ne tutelæ administratio & obligatio oneretur ex causa fiscali, ut l. locatio §. debitores D. de publ. Altera respicit fiscum, ne privilegio temporis in hypothecis prælato pupillo, nihil fisco, qui etiam habet tacitam hypothecam in bonis omnibus debitoris, supersit ex bonis publicani, quo suum sibi servare possit. denique ea Constitutio exclusit frau-

dem, ne qua fisco fieret hac in re. & dolo malo
 versatum tutorem in celanda hypotheca prio-
 re quæ ex tutelæ causa descendit, dum accedit
 ad conductionem vectigalium vel alium con-
 tractum habet cum fisco, prout in hunc casum
 lege Cornelia, censet teneri falsi. quia obrepfit
 & imposuit fisco. Sed ut cavetur in alia Con-
 stitutione Antonini posita sub hoc tit. qui in-
 cidit tutor vel curator in crimen falsi ex hac
 causa, si tam fisco quam pupillo satisfaciatur, fa-
 cile veniam impetrabit à principe. Turius est
 petere veniam, ut l. Divus §. plane, D. ad l.
 Corn. de fal. quia satisfactio sola non solvit
 pœnam semel commissam, l. penult. D. de vi
 boni rapt. l. qui ea mente, D. de furt. & hoc si
 tutela vetustior fuerit conductione vectigalis:
 nam si vetustior fuerit conductione, potest tutor
 se excusare periculo falsi, & ut Basilica inter-
 pretantur ultima verba hujus legis. ἀπήλλακ-
 ται ἔν τῃ πλαστογραφίᾳ ἐγκλήματι. & additur
 ratio in d. §. ex illa: quia Constitutio Severi
 & Antonini voluit excludere & amovere frau-
 dem fisci quæ nulla est, cum fiscus prior est in
 hypothecis, nec admisit excusationes tutelæ,
 nempe qui contraxisset cum fisco ut excusaretur
 à tutela. loquitur enim generaliter de eo
 qui contrahit cum fisco, non ut hæc Antonini
 specialiter de publicano. Et excusatur quidem
 à tutela vel cura procurator Cæsaris, & publi-
 canus, & conductor etiam prædiorum fisci, vel
 Cæsaris, nisi absque ullo damno ejus videatur
 tutelam obire posse. Sed non etiam quicumque
 contraxit cum fisco & obligatus est. Et quod
 in hac quæstione crimini falsi objiciunt cri-
 men stellionatus ac si tutore vel curatore redi-

mente vectigalia fisci stellionatus sit, non falsum, quantum potest longe summoveo, neque enim est stellionatus, nisi cum quis dissimulata priori obligatione rem eandem alii obligavit specialiter, quia deficit Constitutio, quæ ad hunc casum porrexit legem Corneliam, & in proposito casu cum quis celavit fiscum generalem hypothecam tacito jure pupillo vel adolescenti partam in suis bonis, est Constitutio Severi & Antonii, quæ ad eum porrigit legem Corneliam. Parcitur tamen stellioni, ut falsario si satisfaciat omnibus, l. i. inf. de cr. stell.

Enarratio.

TIT. XLI.

Fisci vectigal] Recte, ut constat ex his constitutionis verbis : *Cum autem fisco*. Basilica *μικτὰ ἄλλοδαυ δηνεόσιον τέλος* : *conducere vectigal fisci*. Tutor autem non prohibetur conducere vectigalia civitatis, vide Cui. ad l. 15. D. de excusat. tut.

Paria fecerint) Sic loquitur lex pen. §. conductores in fi. D. de jur. immunit. id est, ante redditas rationes tutelæ, & reliqua præstira.

ἀπὸ πλάκτου τῆς &c.) *Absolvitur crimine falsi*.

Parcitur tamen stellionni] Vide librum ix. tit. xxxiv.

De tutore vel curatore qui satis non dedit**TIT. XLII.**

EX hoc tit. intelligimus non habere potestatem administrandi tutorem vel curatorem legitimum, aut petitum & datum simpliciter sine inquisitione, nisi satisfecerit rem pupilli vel adolescentis salvam fore, & quidquid gefit non præstita satisfactione, vel litigando, vel alienando, vel bon. possessionem agnoscendo nomine pupilli, vel alio quocunque modo, ipso jure nullum esse, l. 3. & 5. non eadem est condicio tutoris jure testamento dati, vel non jure dati, sed confirmati decreto prætoris vel præsidis: hic enim non satisfacit, etiam si confirmatus sit sine inquisitione, l. 4. ut puta cum à patre datus esset filio emancipato: quia approbatio patris pro satisfactione vel inquisitione est, eadem quoque condicio est petiti tutoris & dati vel confirmati ex inquisitione, quia idoneus pronuntiatus est, l. 5. D. de conf. tut. & generaliter quicumque ex inquisitione eligitur, non satisfacit, l. ult. §. item rescripserunt, D. de adm. rer. ad civ. per. Sed si plures tutores vel curatores dati sint testamento vel ex inquisitione, ex edictu prætoris qui ex eis obtulerit satisfactionem, causa cognita solus administrationem suscipit, l. 4. vel si plures satis offerant, idoneior præfertur, l. 18. D. de test. tut.

Enarratio.

TIT. XLII.

IPso jure nullum) Quia legitima persona non fuit, ut notant Græci. ἔχειν κύριον πρόσωπον.

Pro satisfatione) Paternum testamentum pro satisfatione sufficit, l. cum furiosus 7. §. 3. inf. de curat. fur.

Idoneus pronuntiatus est) Idoneus electus & pronuntiatus est Instit. de satisfat. tut. in princ. l. ult. §. item rescripserunt à cur. D. de administr. rer. ad civit. pertinent.

De suspectis tutoribus vel curatoribus.

TIT. XLIII.

V. tit. 28. lib. I. Instit. & tit. 10. lib. 26. D.

REcte superiori hic t. applicitus est : nam qui cum satisfare debet non satisfat, vel compellitur ad satisfationem, §. pen. Inst. de satisfat. tut. vel removetur quasi suspectus, sine infamia si inopiæ gratiâ hoc facit, cum infamia si dolo malo, l. 1. & 2. sup. tit. prox. sicut is qui cessat, vel compellitur ad administrationem, vel si in eadem contumacia perseverat, removetur tanquam suspectus, l. 2. & 3. hoc tit. videlicet cum administrare simpliciter per se non est vitium, l. 4. §. ult. D. eodem. quid enim si honorarius sit tutor? quid si notitiæ causa datus; quid si datio ipso jure nulla; Conjuncta etiam vicinitate

vicinitate tituli superioris, apparet satisfationem non exigi à tutore dato testamento patris, & tamen posse eum suspectum postulari, si res pupilli fraudulenter administrare coarguatur, l. 4. hoc tit. & electionem igitur patris exonerare satisfatione, non etiam crimine suspecti Hæc verò suspecti vel suspicionis actio, ut l. 2. inf. de diu. tut. nulla alia in re locum habet, quàm in causa minorum, vel aliorum quibus curatores dari solent ex XII. tab. favore earum personarum comparata & prodita omnibus etiam extraneis, & nonnumquam mulieribus, quin & eodem favore nomine agente, ultrò prætori suspectum quem habet tutorem remove licet, & statim tutor qui suspecti postulatus, est abstinere debet administratione, curatore interim dato ad administrandum, l. 7. non tutore, quia damnatione non postulatione desinit esse tutor, & huic actioni locus est manente, non finita tutela, aliter quàm tutelæ actioni, cui locus est finita, non manente tutela l. 1. & l. pen.

Enarratio.

TIT. XLIII.

Quid enim si honorarius sit tutor? Tutores honorarii non administrant, l. 3. §. 2. D. de administr. tutor.

Quid si notitiæ causa? De quo in l. quæro 32. §. 1. D. de testam. tut. l. 1. sup. tit. xxxviii. Notitiæ causa dari dicitur, qui ad instruendos contutores datur, quod pupilli facultates notas habeat, l. quod si forte 14. §. ei qui notitiæ, D

de solut. ex liberat.

Quid si datio ipso iure nulla?) L. 1. sup. tit. xxxviii.

Satisfactionem non exigi) L. testamento 17. D. de testam. tut.

Non etiam crimine suspecti] Accusatione suspecti.

In causa minorum) Minorum nomen commune est pupillorum & adolescentium, §. nunc admonendi. Institut. quibus alien. lic. vel non.

Vel aliorum quib. curat. d. f.] Dantur adolescentibus, & furiosis & prodigis, dantur mente captis, surdis & mutis, & iis qui propter invaletudinem rebus suis superesse non possunt.

Ex XII. tab.) L. 1. & 2. D. eod.

Omnibus] Suspicionis actio quasi publica est, d. l. 1. §. consequens.

Etiam extraneis) L. pietatis 6. §. 1. hoc tit.

Et nonnunquam mulieribus) d. l. 1. §. quin imo.

Nemine agente] L. 3. §. præterea, D. eod.

Et statim tutor.] Interim enim administratio interdicta ei videtur, l. quod si forte 14. §. 1. D. de solution. §. si quis autem, Institut. de susp.

Locus est manente non fin. tut.) Suspecti agimus pendente administratione tutelæ: id enim agitur ut tutor removeatur. Tutelæ actioni, finita tantum tutela, locus est, l. 1. in fi. & l. 4. D. de tut. & ration. distr. absurdum enim erat, à tutore rationem administrationis negotiorum pupilli reposci, in qua adhuc perseveraret, ut est in l. si tutor 9. §. & generaliter, eod. Cum eo tamen qui pro tutore nego-

tia gessit, etiam ante pubertatem agi posse certi juris est, quia tutor non est, l. i. §. cum eo, D. de eo qui pro tut.

De in litem dando tutore vel curatore.

TIT. XLIV.

IN hoc tit. agitur de tutore vel curatore, ad quem non omnium rerum pupillarium administratio pertinet, sed unius rei tantum, id est unius litis defensio, nempe ejus quem pupillus intendit tutore ex causa tutelæ vetustiore, vel tutor pupillo suo. nec enim ipse in rem, litemve suam pupillo litem inferenti vel excipienti auctor esse potest, l. i. D. de auct. tut. Ergo moribus receptum est, ut Ulp. scribit lib. Reg. ut tutorem justum habenti in eam litem specialis tutor detur, quo auctore pupillus experiatur, qui prætorius tutor dicitur, quia hoc solo casu à prætore tutor datur sine lege, hodie in judiciis extraordinariis non tutor, sed curator datur, §. ult. Inst. de auct. tut. l. 3. 4. 5. D. de tut. iure igitur ordinario tutor, jure extraordinario curator. & utrumque jus notat. l. 3. dum ait, tutor sive curator. & sane liberum est vel tutorem dare jure ordinario, vel curatorem extra ordinem, sicut in aliis causis, quibus tutorem habenti tutor datur, & curator dari dicitur, ut docui tit. 36. Et l. 4. ad litem tutorem dat absque, respiciens ad jus ordinarium eademque mens est l. 7. inf. de excus. Et l. ult. concedit quidem ex solemnitate juris ad litem dandum esse tutorem juxta l. curatorem, D. de auct. tut. & l. cum in una, D. de appell. siqui-

dem agatur solemnī, legitimo & ordinario jure, hodie verò quia plerunque agitur extra ordinem omissis solemnibus formulis, sufficere curatorem.

Enarratio.

TIT. XLIV.

ULpianus) Titulo xi. §. moribus.
Tutorem justum habenti] Tutorem
generalem habenti. Si tamen plures tutores
sint, curatorem litis causa dari necesse non erit,
quoniam altero auctore cum altero agi potest,
l. i. h. tit.

De eo qui pro tutore negotia gessit.

TIT. XLV.

V. tit. 5. lib. 27. D.

IN hoc tit. ostenditur, non tantum justum
tutorem vel curatorem teneri ex adminis-
tratione, sed etiam eum qui quasi tutor, vel
curator aliquid gessit cum non esset tutor, aut
esse non posset, ut miles, aut mulier, aut datus
à muliere, & quasi tutor protutelæ actione,
quasi gestor negotiorum gestorum, l. i. & 4.
sup. de test. tut. l. 4. sup. qui dar. tut. Quasi
curator, utili negotiorum gestorum, qua verus
curator tenetur, & in falsum curatorem de-
flexa.

Enarratio.

TIT. XLV.

Non tantum justum tutorem) Qui jure datus est.

Qui quasi tutor] Ceterum si quasi tutor aget nomine pupilli, poterit ei opponi exceptio, *si non tutor es*, ut legendum videtur in l. 2. h. t. formula est exceptionis. Scripti tamen codices nihil mutant: & ideo non facile recedendum à vulgata.

Ut miles] L. 4. sup. qui dari tutor.

Aut mulier) L. 1. h. tit.

Aut datus à muliere) L. 4. in fi. sup. de testament. tut.

Et quasi tutor protutelæ] Sive putet se tutorem, sive se esse fingat, l. 1. §. 1. D. de eo qui pro tut. quia munere tutoris functus est, & eo affectu negotia gessit.

Quasi gestor negot. gest.) Is qui pro tutore negotia gessit, etiam negotiorum gestorum actione tenetur. Vide Cujac. ad Paulum Sent. lib. 1. tit. iv. §. ult.

Quo verus curator) L. curatoris 17. C. de negot. gest. l. quicquid 7. inf. arbitr. tut. vide libri xxvii. D. tit. iii.

Si mater indemnitatem promiserit.

TIT. XLVI.

Hic titulus est de periculo administrationis, quod interdum suscipit mater pro-

mittendo securitatem pupillo, vel tutori ejus, & quidem si pupillo pro tutore, vel tutori pro pupillo sua sponte securitatem promiserit, intercessio est, quæ infirmatur S. C. Velleiano, l. 1. nisi specialiter decreto comprehensum sit, periculo matris, quæ tutorem petit, tutorem dari, l. 3. Sed si tutori pro tutore ipso indemnitate promiserit, forte dum cupit, tutorem sibi permittere administrationem rerum filii sui totam, aut in partem, intercessio non est: quia alii se pro alio non obligat, & idcirco ex ea re nihil juvatur S. C. Vellejano, l. 2. hoc tit. l. si mater, sup. ad Vell. l. tutor, l. quamvis §. 1. D. eod, ac si pupillus finita tutela elegerit tutorem, indemnem tutorem damno præstabit mater. Dico, elegerit: nam & cum matre ei est non quidem ex stipulatu tutoris, l. tutorem inf. arb. tut. sed negotiorum gestorum actio, l. si mater sup. de usur. & hæc electio in l. 2. significatur verbo, malunt. Ex hac l. 2. interpretanda est hæc sententia Pauli, Mulier quæ pro tutoribus, lib. 2. tit. ad S. C. Vell.

Enarratio.

TIT. XLVI.

INtercessio non est] Mater cōvenitur propter malam administrationem. καὶ εἰκότως. ἔκ τῆς ἰντερκεσίαν: & merito, non enim intercessio est. Græci.

Finita tutela] Cum pupilli legitimæ ætatis effecti fuerint, ut est in l. 2. ad quam Thaleleus notandum monet, legitimam ætatem dici pro pubertate, frequentius enim dici pro ætate, **XXV. annorum.**

Non quidem ex stipulatu) Mater pupillo non tenetur ex stipulatu, quia ei non promisit, sed tutori tenetur, cui securitatem promisit.

Si contra matris voluntatem tutor.
datus sit.

TIT. XLVII.

Hic titulus respicit ad 43. à quo propius habest, & ult. ut tutela etiam removeatur, qui datus est contra matris ultimam voluntatem, id est quem filio impuberi heredi instituto moriens mater tutorem dari vetuit. & hoc ignorans forte prætor si quem dederit, ut re cognita repellat. & quemadmodum matris voluntatem servat in tutore confirmando, quem mater dedit filio heredi instituto, habita inquisitione tamen, l. 4. sup. de test. tut. ita & in reprobando eo quem mater reprobavit, matris sequitur voluntatem, sed, ut sentio, ex inquisitione tamen, & sine infamia reprobati atque remoti. Addidit Tribonianus exceptionem, nisi & is jam fraudem in tutela admisisse convictus fuerit: tunc enim removetur cum infamia, ut l. ult. sup. tit. 43. & l. 2. tit. 42. Voluntas in hoc titulo, est ultima voluntas.

Enarratio.

TIT. XLVII.

Contra mat. ult. volunt.) Antonius Loissellus V. C. & doctissimus delebat vocem, *ultimam*, quæ nec est in tit. est tamen in veteri

Menagii. Theodorus interpres Basil. vel legit ut vulgo, vel certe interpretatur quasi ita legerit.

Ut causæ post pubertatem adsit tutor.

TIT. XLVIII.

Tutela finitur pubertate, periculum autem administrationis non ante finitur quam tutor rationes reddiderit, & tutelam omnem curatoris restituerit, l. ult. sup. de per. tut. & sententia quoque prætoris, aut præfidis, si qua opus sit, liberatus fuerit, l. 15. sup. de adm. tut. Et non transtulit omnem qui detinet instrumenta litis suo consilio cœptæ. Ergo periculum ejus litis ad eum pertinet, non ad curatorem.

Enarratio.

TIT. XLVIII.

Suo consilio cœptæ) Tutor quoad rationes reddiderit, pupillum debet defendere in lite contestata ante pubertatem. Theodorus.

Ubi pupilli educari debeant.

TIT. XLIX.

Pars administrationis præcipua, si negotia pupillaria spectas, est defensio causæ pupillaris. Si personam, educatio, quo nomine non tantum victus significatur & vestiarius & ha-

bitatio, l. ult. D. de alim leg. sed etiam institutio morum & liberalium artium, l. 2. tit. seq. educatio ingenii, ut in Comœdia, Bene & pudice dotum atque eductum ingenium. Et educantur verò plerunque apud matrem viduam, vel si ea de re non bene conveniat inter tutores, matrem. & cognatos, apud eum quem educatorem decreverit prætor aut præses, l. 1. qui utique non decernet temere educatorem eum qui pupilli successionem sperat, l. 2. licet eadem ratione ad eum redierit tutela legitima. Hoc autem distat hic tit. à 24. quod hic est de liberis orbat̄is patre, ille de habentibus patrem.

Enarratio.

TIT. XLIX.

ESt defensio causæ) L. ult. sup. tit. xxxvii. Non tantum victus &c.) Hierocles in aurea Pythagoræ: ἐπεὶ δὲ ἔ μόνον ἐν τροφαῖς καὶ γυμνασίαις ἐστὶν ἢ τῆς σώματος φρονεῖα, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν προσδεῖται, οἷον ἰματίων, ὑποδημάτων, σκευῶν παντοδαπῶν, καὶ τῆς πάντα ταῦτα ὑποδεχομένης οἰκίσεως: *Quoniam autem non in alimentis tantum atque exercitationibus, versatur corporis cultus, sed multis etiam rebus indiget, cujus generis vestimenta sunt, & calceamenta, & supellex varia atque domus, qua continentur ista omnia, &c.*

Ut in Comœdia] Terentius in Andria Act. I. Sc. v.

Apud matrem viduam) Quod igitur hoc loco dicitur, locum habet, morte soluto matrimonio. Nam si repudio solvatur, liberi ma-

nent apud eum parentem qui divortio causam non dedit, secundum Nov. cxvii. Theodorus.

Eum qui pupilli successor, sperat] Græci: ὑποπτοὶ εἰσιν οἱ ὡς τὴν κληρονομίαν ἐγγύπερ: suspecti sunt qui proximiores successores sunt.

Licet ead. ratione] L. i. D. de legit. tut.

De alimentis pupillo præstandis.

TIT. L.

Consequens erat docere alimenta constitui pupillo vel adulto, & præstari sine mora arbitrio tutoris, vel arbitrio prætoris aut præsidis pro modo facultatum, etiam si de statu ei bonisque paternis quæ possidet ex edicto Carboniano, vel suo jure controversia fiat, l. i. & aliquando tutius esse sine decreto magistratus ea constitui tutoris vel curatoris arbitrio nec enim posse minores probe recusare sumptus, quibus educti sunt liberaliter bona fide factos, l. 3. sup. de adm. tut. nisi eos alium quam tutorem fecisse probent, l. 2.

Enarratio.

TIT. L.

Pro modo facultatum] Ut in Adriani Sentent. apud Dositheum, καὶ δωραμὴν ἐν τῇ ὑποστάσει τρυφεῖα αὐτῶν παρέχε: Pro modo facultatis alimenta ei præsta.

Probe recusare sumptus] Improbe sumptus recusat, quasi vento vixerit, ut est in l. 2. Cujacius in Codice suo Plauri locum aliter quam

vulgo conceptum notaverat Truculenti act. v. *Non enim possunt militares viri à vento educier.*

Quibus educti sunt lib.) Plautus in Menæchi. Act. v. Sc. v. *Meo cibo & sumptu educatus est.* Quidam codd. *educatus.*

Arbitrium tutelæ.

TIT. LI.

V. tit. 3. lib 27. D.

Satis jam de contractu ipso dixit, i. officio & administratione tutelæ. Nunc venit ad actionem, quæ ex eo contractu nascitur, quam vocat arbitrium tutelæ, quod hujus judicii potestas omnis sit in arbitrio judicantis, qui excussis tutelæ rationibus ex bona fide statuatur quid tutorem pupillo præstare aut ruptare & pensare oporteat. Et est huic judicio sive arbitrio locus in tutorem. Videtur etiam dari in curatorem pupilli, l. 3. hoc tit. & est ratio cur & in eum detur, quia tutoris instar obtinet, saltem protutelæ: nam & sicut tutor, ita curator pupilli eo pubere facto deponit officium, l. 1. inf. tit. 60. l. 2. sup. 36 l. curatorem, D. de tut. & cur. da. & in ea sententia videntur fuisse Jurisconsulti quidam, ut Thalelæus ait in hanc l. 3. *ἢ ἰὼ γάμην νομικῶν λέγειται, τὸν τῆ ἀν' ἡβῆ κεράτωρα τῆ τετέλα. κατέχεοθαι, ἥτις νῦν ἔδαμῶς εἴρηται,* quibus accedat d. l. 3. Sed verius esse ait Ulp. l. 1. §. si curator, D. de eo qui pro tut. cessare tutelæ vel protutelæ actionem. Ceterum in hoc tit. etiam agitur de utili negotio-

rum gestorum, qua curator tenetur, l. 7. & ult. Et in utramque venit id quod interest, l. 4. hoc tit. Ut reddant rationes administrationis & quidquid reliquorum nomine debent qui negotia gesserunt, l. 9. quidquid dolo, aut culpa eorum lata vel levi minores amiserunt, vel non adquisierunt, l. 7. excepto casu l. 2. nimirum in nominibus paternis exigendis, qua in re remissior tantum negligentia & nimia cessatio. i. lata culpa arguitur, ut & in casu l. tutor §. competit, D. de adm. tut. Et utraque est bonæ fidei, & privilegiaria, & perpetua, & in utramque usuræ veniunt, utrique data est tacita hypotheca, utraque datur heredi & in heredem, in utraque ordo servatur, l. 6. In utraque venit quod post finitum officium gestum est cum esset administrationi connexum, & in utraque inventarii publicam fidem sequimur.

Enarratio.

TIT. LI.

Quia tutoris instar obtinet) Vide sup. tit. xxxvi.

Kαὶ ἢ γυῶν &c.] Erant quidam Jurisconsulti qui existimabant curatorem pupilli tutelæ teneri, quod nunc non obtinet.

Cessare tutelæ vel prot. act.) Datur igitur utilis negotiorum gestorum.

Vel non adquisierunt) Novum non est, teneri eos si quid minores non adquisierint: nam & minores in integrum restituuntur, sive quid amiserint, sive non adquisierint. Græci.

Excepto casu l. 2.] Ad quam Thalelæus no-

at, Imperatorem custodite dicere, latam culpam. & ad l. 7. eod. regulariter quidem tutorem levem etiam culpam præstare, sed in paternis rebus latam duntaxat culpam.

Utraque est bonæ fidei) §. actionum autem Instit. de action.

Et privilegiaria) L. dabimusque 19. §. i. D. de reb. auctor. judic. possid.

Et perpetua) L. tutores 8. hoc tit. utraque tricenaria est.

Usuræ veniunt] L. 3. §. usuras, D. de contr. tut. & l. 6. h. t.

Tacita hypotheca) L. pro officio 20. sup. de administr. tut.

Datur heredi) L. tutelæ 12. hoc tit.

In utraque ordo servatur) Prius convenitur qui administravit, l. 6. h. t. inf. tit. ltv.

Administrationi connexum) L. tutor 11. hoc tit. At si brevi tempore intermisso abstinuerit administratione, & rursus se ei miscuerit, tutelæ non tenebitur: nec enim connexa est hujusmodi administratio: tenebitur igitur utili negotiorum gestorum, l. si post pubertatem 14. D. de tut. & rat. distrah.

Publicam fidem sequimur) L. ult. vers. fin. autem, hoc tit.

De dividenda tutela & pro qua parte quisque tutorum conveniatur.

TIT. LII.

Hic tit. est de divisione administrationis & actionis tutelæ, & pro qua parte actio dividatur inter tutores. Et dividere trahit etiam

secum non dividere, sicut facere non facere, i. ubi de uno tractatur, necesse est etiam tractari de altero. Igitur quæstio omnis hæc eo pertinet, ut sciamus cum plures tutores sunt aut curatores [nam & tutores ad se pertrahunt curatores] pro qua parte in singulos agi possit, aut quando in unum ex pluribus in solidum. Dividere est agere pro parte in singulos. Non dividere est agere in solidum in unum è multis. Sic autem distinguendum. Aut divisa est administratio in parte, vel in regiones, sive provincias, aut in divisa. Si indivisa à testatore, vel à iudice, actio etiam tutelæ dividitur, ut pro ea tantum parte quisque conveniatur, quæ ei attributa est, non pro parte collegarum, nisi dolus ejus aut culpa arguatur, quod collegam suspectum non facerit, aut tardius everfis jam facultatibus, aut lusoriè fecerit l. 2. §. 1. hoc tit. l. si duo D. de adm. tut. Julianus antecessor in collectione quam fecit studiosis & operæprætio quæstionis hujus: Nisi aut cum oportebat contutorem removeere ut suspectum omnino non removit, aut tardius removit. Sin autem divisa sit tutorum conventionione sine iudice, singuli tenentur in solidum cum hac conditione, ut quem pupillus elegerit, ei cedat actionibus suis adversus alios, l. 2, in fi. hoc tit. quia conventio tutorum non potest in fraudem pupilli dividere officium tutelæ periculumque commune, l. 3. hoc tit. Denique perinde omnia servantur divisione facta ex tutorum conventionione, atque si pro indiviso omnes tutelam administrassent: quæ nunc diligentius explicabo. Si divisa sit administratio tutorum conventionione vel omnino indivisa, aus

communiter omnes tutelam gesserunt pro

diviso ex conventionem, vel pro indiviso, aut nulli, aut quidam gesserunt, quidam cessaverunt. Si omnes pariter pro indiviso sine conventionem, vel pro

diviso ex conventionem, vel nulli, eligere pupillus potest cum quo experiatur in solidum cessis actionibus adversus alios, l. 2. in pr. hoc tit. l. 6. sup. tit. prox. nisi omnes solvendo fuerint litis contestatae tempore: hoc enim casu is quem elegit pupillus, posita exceptionem desiderare potest actionem dividi inter omnes exemplo epistolae Adriani pro virilibus portionibus, aut pro rata ejus quod quisque gesserit. l. 1. §. nunc tractemus. D. de tut. & rat. distr. Vel si nemine electo pupillus agat cum omnibus, & condemnet omnes, aequè periculum sententiae dividitur inter eos proportionibus virilibus, l. 2. inf. Si pl. un. sen. Sed si tempore litis contestatae omnes solvendo non fuerint, si unus fuerit solvendo, ceteri non solvendo, ille solus convenitur in solidum, ut l. 2. D. de quibus cau. ad eund. jud. eat. cessis actionibus adversus collegas, l. ex plurib. D. de adm. tut. vel sine cessione datis utilibus, d. §. nunc tractemus, l. 2. inf. tit. 58. & hoc ubi unus convenitur ex culpa communi: nam si ex propria culpa, l. 2. inf. de con. ind. vel si ex dolo communi, ex contumacia communi, id est cessione omnium improba, quia doli nulla est societas, ei neque ceduntur directae, neque dantur utiles, l. 1. §. plane, D. de tut. & rat. distr. l. si plures, D. de adm. tut. Ad haec sciendum non statim onerari idoneum propter non idoneum: prius enim excutiendus est qui dicitur non esse idoneus, & fidejussor, &

2009 Ministerio de Cultura

magistratus municipalis, qui eum dedit, non exacta satisfactione, l. Lucius §. pen. D. eod. & si ab his rem pupillus servare non possit, tum demum, id ad contutorem idoneum, & unus tantum casus est quo idoneus statim in solidum convenitur in excusso magistratu, si ob id convenitur, quod contutorem suspectum facere aut satis exigere superfedit, l. 2. & §. D. de mag. con. l. 1. §. usque adeo D. de tut. & rat. dist. in quo (si non sint solvendo contutores) perspicue rectius vulgo Græci Latinique, quàm in Flor. & in illa Juliani collectione detracta negativa, male in eodem exemplari Flor. trajecta in subditis illo loco, ut & ipse Julianus legit, & Græci, Si contutor ob hoc conveniatur &c. Quid autem si quidam tantum gesserint, alii cessaverint? Prius conveniuntur qui gesserunt si solvendo sunt tempore finitæ tutelæ l. 6. inf. tit. prox. l. 3. hoc tit. l. 2. inf. de hered. tut. l. 1. inf. si tut. Reip. cau. ab Satis est fuisse solvendo eo tempore; nam si postea fiant non solvendo, hoc minoris aut curatorum nom contutorum qui cessaverunt periculo cedit l. 1. hoc tit. Si vero solvendo eo tempore non sint, neque fideiussores eorum, neque magistratus, tum conveniuntur utili actione tutelæ qui non gesserunt, quia suo periculo cessaverunt l. 4. §. 1. D. rem pup. sal. fo. l. tres tutores D. de adm. tut. Verum hic ordo non servatur in eo quod dolo communi periit l. 2. inf. si tut. non gess. l. tutores §. in eum D. de administr. tut.

Enarratio.

TIT. LII.

A Ut culpa arguatur) Si igitur culpa careat
ut si tempus ad remonendum non habue-
rit illo repente facultatibus lapsa, vel si mala
ejus administratio eum latuerit, hoc ei non im-
putatur. Græcus interpret.

Aut lusorie fecerit) Proditâ causa, & ideo
superior non evaserit.

Si tutorum conventionem) Et absque jussu
testatoris.

Epistolæ Adriani) Ex qua descendit benefi-
cium divisionis.

Græci Latinique) Basilic. lib. xxxviii. tit
III. εἰς τὰς μέρεις ἀποδοῦναι : omnes solvendo non sunt :

De in litem jurando.

TIT. LII.

Hic titulus est de jurejurando in litem in
Arbitrio tutelæ à iudice delato adolescen-
ti, vel curatori ejus, quod nihil aliud est, quam
æstimatio religiosa ejus rei de qua agit ado-
lescens vel pupilli adolescentisve tutor aut cu-
rator adversus tutorem aut curatorem. Vel,
pretium quod ponit rei suæ jurans quanti eam
faciat is, qui tutelæ agit, vel utili nego-
tiorum gestorum ex curationis causa. Rem
enim, & litem, & id quod interest promiscue
dicimus. Hæc vero aut à iudice æstimatur ju-
sto pretio si dolus absit & lata culpa ejus quo

cum agitur, l. 2. in fi. hoc tit. vel auctore jurato, si dolo, aut lata culpa adversarii res, de qua agitur, non restituatur, vel non exhibeatur. & utroque genere fit vera venditio rei sive litis: priore, justo pretio, posteriore, etiam injusto & immenso coercendi adversarii causa ob dolum ejus, vel latam culpam. Nec enim judex id defert ob levem culpam, l. videamus in fi. D. eod. & l. 4. hujus tit. nondum percepta mens hæc est, in tutorem jurari in litem si inventarium cæteraque instrumenta pupillaria exhibere nolit, quia non potest hoc non dolo malo facere, ut l. 7. §. 1. D. de adm. tut. l. si tutor, D. eod. Ergo ex dolo tutoris, vel lata culpa, quæ vulgo præsumitur esse dolus, auctori in tutorem juriurandum in litem deferri, in heredem autem tutoris conventum actione tutelæ ex dolo tutoris non deferri juriurandum in litem, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, sed ex dolo proprio tantum, vel ex lata culpa, l. 1. 2. §. hoc tit. l. 4. §. 1. D. de fit. tut. & hæc est sententia l. 4. hujus tit. Dico in heredem ex dolo defuncti non jurari in litem. Non dico, heredem tutelæ non teneri ex dolo defuncti, tenetur enim in solidum, etiamsi nihil ad eum pervenerit, l. ex depositi D. de obl. & act. maxime ex eo dolo quo res minoris deminutæ & dilapidatæ sunt, non temere ex alio quolibet, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, quæ est sententia l. 1. tit. seq. à me latius explicata & correctæ fideliter ex Basil. Obs. XIII. contra negationem, quam in eam simul atque in l. 2. inf. de mag. con. invexerat communis quæ dicitur imperitorum opinio. ex levi culpa defuncti heredem tutelæ non teneri, qui

tenetur ex delicto quod perinde est ac si diceret, ex contractu defuncti heredem non teneri nisi ob delictum defuncti, ac proinde delicti successorem eum tantum esse, non obligationis atque contractus, & ex d. l. 1. adhibenda est interpretatio ad §. aliquando, Inst. de perp. & temp. act. non dato exemplo ex §. plane Inst. de act. quia ea specialis actio depositi cum sit pœnalis, magis ex delicto videtur esse non ex l. quæsitum in fi. D. de prec. Nam quod ibi de interdicto de precario, idem l. 4. tit. seq. de actione tutelæ dicitur, qua tamen & in id quod ad eum non pervenit heredem teneri constat, ubi dolus defuncti damnum pupilli rebus attulit. & argumentum à contrario sensu non valet.

Enarratio.

TIT. LIII.

Rem enim & litem] Ut res inofficiosi in l. Papinianus 8. §. 1. D. de inoffic. testam. id est, lis de inofficioso.

Aut à judice æstimatur) Jurejurando in litem non delato.

Ob dolum ejus vel latam culpam] In l. 2. Cujacius legit, *dolo circumveniendi pupilli gratia*. & ita in veteri Menagii. nec aliter τὸ καὶ πόδας: καὶ δόλον περιγεγραπὴς παπίλλης ἐνεκεν.

Quia non potest hoc non dolo m. fac.) Basilica in interpretatione d. l. 4. Nam hoc ipso videtur dolo facere, quod reperta in bonis instrumenta supprimit.

Vel lata culpa, quæ vulgò pr. es. dolus] L. quod Nerva 32. D. de pos.

Nisi lis contestata fuerit cum def.) Licet heres ipse nihil dolo fecerit. nam post litem contestatam heredes principalium personarum iura habere videntur. Græci.

Observation. XIII.) Capite penultimo. vide quæ scripsimus ad tit. XXIV. §. 2. Instit. I.

Contra negationem) Negatio est in veteri Menagii & Brodæi.

Ex §. plane] Sententiam mutat. Vide ad leg. cxxi. in fine, D. de verbor. obligat.

Argumentum à cont. sensu) Non recte colliges : heres tenetur in id quod ad eum pervenit: ergo non tenetur in id quod non pervenit. Thalelæus : Non dicit, si lucrum ad heredes pervenerit, vel non pervenerit, sed hoc tantum, si tutor lucrum fecerit. adde : vel lucrum pervenerit ad alium gratia ejus & beneficio. alius interpretes Græcus ad l. 4. de heredib. tut. legem 1. eodem, indistincte loqui de lucro, sive heredes tutoris lucrum fecerint, sive tutor. Non videtur tamen d. lex 1. loqui de lucro heredum tutoris, sed de eo tantum quod tutor sibi captaverit, vel gratia alteri præstiterit.

De heredibus tutorum vel curatorum.

TIT. LIV.

QUod dixit supra titulo generali Arb. tut. tutelæ actionem dari heredi & in heredem l. pen. id specialiter exequitur in hoc tit. quod actio tutelæ, quæ heredi vel in heredem datur, alio jure sit, quàm quæ datur tutori, vel in tutorem : Nam ut jam occupavit dicere titulo superiore proximo l. pen. ex dolo in tutorem

juratur in litem, sed non in heredem tutoris ex eodem tutoris dolo. Et actio tutelæ quæ pupilli heredi competit, non est privilegiaria. l. ex pluribus, D. de adm. tut. l. dabimus, D. de reb. auct. jud. poss. l. 1. §. iidem principes, D. ad l. Corn. de fal. & in heredem tutoris non est famosa, l. furti §. si quis alieno, & §. pen. D. de his qui not. inf. Heredum nomine intelliguntur etiam heredes heredum, l. 2. sup. tit. prox.

Enarratio.

TIT. LIV.

EX dolo in tutorem) Ex dolo proprio, & ex lata culpa juratur in litem.

Non est privilegiaria) Id enim personæ pupilli favorabiliter præstatur, d. l. ex plurib.

Non est famosa] Quia heres in tutelam non succedit, d. §. penult. l. 1. D. de fidejuss. tutor.

Si tutor non gesserit.

TIT. LV.

DAt hunc titulum, ut resumat quod dixit titulo generali, l. 6. etiam eum qui nihil gessit arbitrio tutelæ teneri, utili scilicet, non directo, & excusso prius eo qui gessit, l. 2. hoc tit. in prima parte, l. 8. sup. de adm. tut. l. 3. sup. de divid. tut. l. 2. sup. tit. prox. Si nemo gessit, quia non apparet quis prior, quis posterior sit, quia est omnium contumacia par vel culpa lata, perinde omnes tenentur ac si com-

muniter tutelam indivisam gessissent, l. 2. in secunda parte. Ubi autem alii gesserunt, alii non gesserunt, post eos qui gesserunt, si solvendo aut minus solvendo inventi fuerint, conveniuntur qui non gesserunt vel culpæ nomine quod suspectos contutores non fecerint, l. 2. tit. seq. Vel si forte ceterorum tutorum patronus fuerit qui solus tutelam gessit, quod non ei postulaverint curatorem adungi, aliave qua ratione prospexerint rebus pupilli, l. 1.

Enarratio.

TIT. LVI.

Quia non apparet) Græci dicerent: εἰς ᾧ τὰ πρῶτα τὰ παρὰ μετὰ δὲ διοικηθέντα ἔκ' ἑστὶν εἰπεῖν. ἢ μὲν πρῶτον, ἢ ἡ δευτέρῳ εἶναι. πάντες ᾧ ἅμα ῥαθυμήσαντες ἐν ἴσῃ τάξει ἐνάσονται: Nam in iis quæ anem ine gesta sunt, non possumus dicere, hunc priorem esse, illum posteriorem: quandoquidem cum sit omnium par culpa, omnes ex æquo tenentur.

Aliave qua ratione) Potuerunt enim detracta remotionis petitione postulare, ut res pupilli tuto loco reponerentur. Græci heic.

De usuris pupillaribus.

TIT. LVI.

Etiam hoc titulo specialiter resumit quod attigit generali l. 3. in tutelæ arbitrium venire usuras centesimas, vel ex Constitutione Justiniani semisses, si pecuniam pupillarem tu-

tor in suos usus converterit, l. 1. ex causis relatis in l. 7. §. quæ autem D. de adm. tut. Ex ceteris venire secundum morem regionis à die quo in officio peccaverunt in diem condemnationis, aut redditæ tutelæ, ipso jure ex constitutione Severi. Et hæ sunt usuræ pupillares, quas tutor debet non tantum si ex sua persona conveniatur, sed & si ex persona contutoris, quod suspectum cum non fecerit, d. l. 7. §. pen. l. 2. hoc tit. Verum otiosæ pecuniæ. i. quam tutor non habuit cui fœneraret, vel ex qua non habuit prædia quæ compararet, in actionem tutelæ usuræ non veniunt, l. 3. hoc tit. l. cum plures §. ult. D. de adm. tut. Illud notandum, usurarum pupillarium cursum impediri duobus modis, Oblatione pecuniæ & obfignatione & depositione, l. 1. in fi. D. de usur. l. 28. §. 1. D. de adm. tut. & oblatione per denuntiationem facta sæpius, & ad extremum apud acta jus dicentis à tutore protestatione facta se paratum esse parem rationem cum pupillo facere, sine denuntiatione & depositione l. 4. hoc tit.

Enarratio.

TIT. LVI.

Usuras centesimas) Et ita usuras legitimas interpretatur Talelæus in d. l. 3. Basilica autem in l. 1. hoc tit. legitimas usuras interpretantur ἡμιέντοςιαίς, *semisses*, ex constit. Justiniani in l. eos qui 26. sup. de usur.

Secundum morem regionis] d. §. quæ autem.

Condemnat. aut red.] L. i. §. i. D. de usur. d. l. ult. §. ult.

Ipsa jure) L. cum vero 26. §. apparet, D. de fideicom. libert. ipso jure, id est, sine interpellatione.

Cui foeneraret) Si non potuit idoneis hominibus pecuniam credere, ut est in l. 3. Sic legitur in veteri Menagii & Brodæi: & ita etiam auctores Basilic. vertunt eniem *ἐν πρόοις πρὸς σὺν πρὸις.*

Protestatione facta) Græci observant, novum jus heic proponi, quo non exigitur à tutore ut obfignet, & deponat, sed hoc tantum, ut apud acta suam voluntatem declaret.

De fidejussoribus tutorum vel curatorum.

TIT. LVII.

Hic titulus ostendit de tutela vel cura non tantum agi cū tutore arbitrio tutelæ, vel utili negotiorum gestorum, cum curatore, sed etiam cum fidejussoribus eorum actione ex stipulatu, qui & ipsi usurarum pupillarium nomine tenentur, l. 10. Rem. pu. sal. fo. Et electionem adolescenti esse cum ipso tutore agere velit, an cum fidejussore ejus, vel divisis actionibus partim cum tutore, partim cum fidejussore, non in solidum cum utroque, ne bis idem consequatur, l. 1. hoc tit. l. 3. §. 1. D. de duob. reis l. grege §. etiam, D. de pig. quam electionem omnibus creditoribus adimit Justiniani No. 4. qua de causa in Basl non extant Constitutiones hujus tituli quæ sunt de electione

electione. & notanda distinctio l. 2. in quaestione illa, an electo tutore fideiussor liberetur: Multum enim interest, simpliciter acceptus sit, an in omnem causam.

Enarratio.

TIT. LVII.

Actione ex stipulatu) Fidejussores enim stipulanti promiserunt rem pupilli vel adolescentis salvam fere.

Qui & ipsi usur.pupill.) Alii fidejussores usuras non præstant, nisi si in omnem causam intercesserint, l. quæro 54. D. loc. l. fidejussores 68. §. D. de fidejuss. Græci: ἔστιν ἐν τῷτο τῶν πεπίλων ἰδικόν. καὶ δικαίως· ἔ γὰρ ῥητὸν περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ ἀζημίον τῶν πεπίλων ὁμολογεῖ: est igitur hoc in pupillis singulare: & merito: nec enim res certa, sed indemnitas pupillo promittitur, ad leg. 3. D. de fidejuss. tutor.

De contrario judicio.

TIT. LVIII.

V. tit. 4. tit. 27. D.

CUm de judicio tutelæ directo dictum sit, quod pupillo competit, ad contrarium veniendum est, quod tutori in pupillum datur finita tutela. In eo venit quod tutor impendit de suo in rem pupilli, l. 3. hoc tit. vel etiam quod pupillus ei debuit ex causa tutela vetustiore, l. 2. sup. de in lit. dan. tut. & quodcun-

que eo iudicio tutor consequi post, id etiam conventus directo, consequitur jure compensationis, d. l. 3. & 2. Illud notandum est ex l. 1. & 2. in contrarium iudicium non venire ut tutori qui solvit pro contutore condemnato in solidum, pupillus cedat actiones suas adversus condemnatum, quia post solutionem cum extincta sit tutelæ obligatio, nulla pupillo superest actio quam cedat, sed ei qui solvit, in condemnatum est actio negotiorum gestorum. Ante solutionem recte ceditur actio tutori, qui omne quod ex causa tutelæ debetur solvere paratus est pro se & pro collegis, vel in solutione ipsa si convenerit ut solventi tutori cederentur actiones adversus collegas, l. 1. hoc tit. l. Modestinus, D. de solut. l. cum is qui D. & fidejuss. vel sine cessione ei dantur utiles quasi ex cessione præsumpta, l. 1. sup. de obl. & act. sicut tutore condemnato ex communi culpa, cedendæ ei sunt actiones in collegas quod condemnatus consequitur in actione iudicati per exceptionem doli mali, vel sine cessione dantur utiles, ut dixi tit. 52. quod utique verum est etiam si absens & indefensus tutor post litem contestatam condemnatus sit, quæ sententia valet, l. ult. inf. quom. & quan. jud. & is sententiæ adqueverit ex fide bona i. non appellaverit, l. 2. hoc tit. Rectè, ex communi culpa. Nam si ex propria, nulla ei potest esse actio in collegas, neque item ex communi dolo, neque si suo nomine solverit.

TIT. LVIII.

IN condemnatum est actio negotiorū gest.)
Tutori qui soluit pro contutore condemna-
to utilis actio datur, l. 2. h. t. l. 1. §. & si forte,
D. de tut. & ration. distrah. Græci ibid. ἐπλίσαν
νεγχιόρσμε γεσόρσμε: *utilem negotiorum gestorū.*

Quasi ex cessione præf.) Græci ad l. 2. ὡς
δοξασίς γεγνέναι τῆς ἐκχωρήσεως, καὶ μὴ γέγνηεν:
quasi videatur facta cessio, licet facta non sit.

Sicut tutore condemn.) L. 1. §. nunc tracte-
mus, D. de tut. & rat. distr.

Quæ sententia valet) Lata scilicet in ab-
sentem & indefensum, qui litem contestatus
fuerat. Duo constitutio exigit, ut absens, & in-
defensus condemnatus sit.

Et is sententiæ adq.) Si ex justa causa adfue-
rit, appellare potest.

Nam si ex propria] d. l. 2. Nam si solus ex
suo delicto damnatus est: qualem cessionem
desiderare potest, ut aiunt Græci interpretes.

Ex communi dolo) L. 1. §. plane, D. de tut.
& rat. distr.

Si suo nomine solu.) L. ut fidejussor 39.
D. de fidejuss. l. cum alter n. inf. eod.

De auctoritate præstanda.

TIT. LIX.

V tit. 21. lib. 1. Inst. & tit. 2. & lib. 26. D.

EXplicatis actionibus quæ ex administra-
tione negotiorum nascuntur, dat titulum

de auctoritate tutorum, quoniam ab administratione veteres separabant auctoritatem, ut Ulp. lib. Regularum, dum ait, pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerere & auctoritatem interponere, mulierum autem tutores, ante scilicet quam earum tutelam lex Claudia sustulisset auctoritatem duntaxat: & tamen de auctoritate non minus quam de administratione rationem reddit tutor conventus tutelę judicio, l. si tutor, D. eod. & receptum etiam est ut sine tutoris auctoritate pupillus tutori obligetur contrario judicio, l. 1. D. de cont. tut. act. qui alii non obligatur sine tutoris auctoritate, nisi in quantum locupletior factus est ex Constitutione D. Pii, cum tamen alium sibi solus obligere recte. Dux autem sunt in hoc titulo Justiniani Constitutiones novę. Una, ut & in criminalibus causis necessaria sit auctoritas tutoris vel curatoris, l. 4. Jure enim veteri, ut cum servis & criminale judicium, ita & cum minoribus sine tutoris vel curatoris auctoritate, & ipsis accusantibus sufficit concilium & presentia tutoris vel curatoris, l. 2. D. de accus. l. 8. inf. ad l. Jul. de adul. & Paulus v. Sent. tit. XII. nec intervenire etiam ejus auctoritas debet. Altera est, ut si plures sint tutores, in omni re unius auctoritas sufficiat indistincte, præterquam si pupillus in adoptionem detur, quod jure fit ex constitutione Antonini, adhibita auctoritate omnium tutorum, ne sit in unius potestate finire tutelam, l. 5. hoc tit. Jure enim veteri non eadem omnium tutorum condicio est. Ex testamentariis, vel datis per inquisitionem unius auctoritas sufficit, licet in litibus litem denunciari om-

nibus opus sit, tam indivisa tutela quàm divisa his omnibus quibus conjunctim pars una attributa est, l. 1. Cod. Thod. de den. vel ed. ref. l. 2. sup. si ex pl. tut. om. &c. Legitimum autem omnium vel datorum ex inquisitione auctoritas necessaria est, ut idem Ulp. eodem lib. docet. Sed l. 5 hujus tit in hoc casu vult omnium tutorum parem esse conditionem, ut scilicet, excepta arrogationis causa, in nulla alia omnes auctoritatem suam accommodare debeant. In hoc inquam casu, eo quod in aliis differentia est, ut satisfactionis onere quod subeunt tantum legitimi, & dati sine inquisitione, & in spe actionis subsidiariæ, quæ ex Oratione D. Trajani pupillis competit in magistratus municipales, & locum habet in legitimis duntaxat tutoribus, & in his qui dati sunt sine inquisitione. Auctoritas est approbatio tutoris expressa, quæ interponitur perfecto eo quod pupillus eo præsentente gessit. Nec enim præsentia & taciturnitas tutoris auctoritatem imitatur.

Enarratio.

TIT. LIX.

UT Ulp. libro Regul.] Tit. xi. §. pupillorum.

Pupillus tutori obligetur) Civiliter.

Ex constitut. D. Pii, L. 1. & l. pupillus §. in pr. & §. 1. D. eod.

Sibi solus obliget recte] Instit. eod. in princ. l. 1. h. t. pupillus enim quantum ad adquirendum non indiget tutoris auctoritate, l.

pupillus 11. D. de adquir. rer. dom.

Ut & in criminalibus] Non modo in civilibus, sed & in criminalibus.

Ut cum serv. est crimin. jud.] L. hos accusare 12. §. si servus, & §. seq. D. de accusat.

Sentent tit. XII.) §. ætati ejus.

Sufficiat indistincte] Cujuscumque generis sint tutores.

Ex constitutione Antonini) Ulp. Regul. tit. VIII. §. per prætorem.

Ne sit in unius potestate) Qua ratione utitur Ulp. in l. nec ei 17. §. 1. D. de adopt.

Quam divisa his omnib. qu. comm.) Si unius regionis plures sint tutores, sufficit auctoritas unius ex illis, quibus ea regio attributa est.

Quod subeunt tantum legitimi & d. s. inq.) L. legitimos 5. §. 1. D. de legit. tutor. l. pen. sup. de tut. vel cur. qui sat. non ded.

Ex oratione D. Trajani) L. 2. D. de magistrat conv. l. pen. inf. eod.

Expressa] Tutor enim auctor fit, cum dicit se probare id quod agitur, l. 3. D. eod. & ideo mutus tutor esse non potest, quoniam auctoritatem præbere non potest, l. 1. D. de tutel.

Quæ interponitur perfecto) In ipso negotio, l. obligari 9. §. tutor, D. eod. vel perfecto negotio, argum. legis 1. & 2. D. de solut. l. si quis mihi 25. §. jussum, D. de adquir. vel omit. her.

Taciturnitas tutoris) Impuberibus tamen tacentibus auctoritas utiliter accommodatur, l. muto 6. D. de tutel. l. impuberes 13. D. de auctor. tutor. In quibusdam aliis causis taciturnitas consensum imitatur.

Quando tutores vel curatores esse
definant.

TIT. LX.

V. lib. 1. Inst. tit. 22.

LEx ultima superioris tituli cum docuisset
arrogatione pupilli finiri tutelam vel cu-
ram, additur hoc tit. & pubertate eam finiri,
vel ætate legitima, cujus definitio ex annis fu-
mitur, non voluntate pupilli sola, quia in viris
tutela continetur.

Enarratio.

TIT. LX.

Pubertate eam finiri) Cura etiam puberta-
te finitur, nempe si curatores tutoribus ad-
iuncti sint, l. 1. h. ti. cujus hæc videtur esse sen-
tentia: tutela & curatio hæc pubertate finitur:
hi enim curatores dantur quasi pupillis, græci
ibid. Itaque si tutor vel curator ante pupilli
pubertatem decesserit, tutor alius datur, vel
alius curator adjungitur. Auctores Basilic. sic
acceperunt, ut post pubertatem alii curatores
dentur.) Videtur tamen loqui de curatoribus
impubcri dandis, ut verba hæc dictæ legis,
propter ætatis infirmitatem, ad significant.

Vel ætate legitima] Ætas legitima dicitur
annorum XII. vel XIV. aut XXV. l. 2. sup. tit.
XLVI. l. 1. inf. tit. LXX. & l. 2. C. Theod. de
donat.

Ex annis) Inspectione necessariæ partis
cessante , l. 3.

Non volunt. pup.) L. 2.

Invitus tut. contin.] Cui etiam invito
tutor datur , l. 6. D. de tutor. & cur. dat.

De actore à tutore seu curatore dando.

TIT. LXI.

ET non finiri absentia tutoris sola , ut tutor
vel curator alius dari ob eam solam cau-
sam possi , ut l. 10. sup. qui dat. tut. l. tutores,
D. de tut. & cur. da. Sed dari actorem à tuto-
re vel curatore. Dari dicitur à tutore vel cura-
tore , quoniam decreto prætoris aut præsidis
postulante tutore & ejus periculo datur plerun-
que litium causa , unde auctoris nomen , cum
aliquo tutor profecturus & aliquandiu abfutu-
rus est, l. qui negotia §. pen. D. de neg gest. l.
tutor , D. quan. ex fac. tut. l. 10. inf. de app. l.
i. hoc tit. nec enim propter absentiam solam ,
ut dixi, dari tutor alius vel curator potest, quia
ne Reip. quidem causa absens desinit esse tu-
tor, & procuratorem etiam relinquere non po-
test ex sua persona cum litis dominus non sit ,
l. neque sup. de proc. nec ex persona pupilli si
fortè absit vel nesciat fari , §. ult. Inst. de cur.
l. decreto , D. de adm. tut. Igitur necesse est
actorem constitui ad lites, adiutorem ad cete-
ra negotia , l. solet. D. de tutel.

Enarratio.

TIT. LXI.

UNde actoris nomen) Theophilus putat
actorem dictum ex eo, *quia per acta con-*
stituitur, tit. de curation. in fi. vide tamen
Cujacium ibid.

Absens definit esse tutor] Et ideo curator
loco ejus datur, §. 2. Instit. de excus. tut. vide
que ibi dixi.

De excusationibus & temporibus
earum.

TIT. LXII.

V. lib. 1. Inst. tit. 25. d. lib. 27 D. tit. 1.

FIniri tamen tutelam plerunque excusatio-
ne, de qua etiam cum jam sepe dictum sit
in titulis superioribus, tutorem puta jure da-
tum, ex quo scivit se datum suo periculo ces-
sare si se non excusaverit, l. 6. sup. de test. tut.
l. 1. D. de leg. tut. l. 9. Qui da. tut. l. 19. de adm.
tut. & non jure datum non indigere excusatio-
ne, l. 1. de conf. tut. tempus est tandem ut di-
cat & de temporibus earum, quæ duæ sunt par-
tes tituli hujus. Excusatio est allegatio vaca-
tionis seu immunitas à tutela vel curatione,
quam haber aliquis ex privilegio, vel ex justa
causa: Quam allegari oportet re integra, l. 2.
tit. seq. & vel in partem, veluti ab administra-
tionem rerum quæ in alia provincia sunt l. 2. &

II. vel in totum, ut ex causis justis relatis in hoc tit. & injustis interea rejectis. Altera pars est de temporibus excusationum, ut tutor testamentarius vel dativus ex decreto prætoris aut præfidis statim ut datus est, necesse non habeat appellare, sed ex ordine constituto à D. Marco intra L. dies se excuset, & excusatione non recepta tum demum appellet, & sic inventio veteranis quoque vocatis ad munera personalia remitti appellandi necessitatem, l. 9. inf. quan. pro. non est nec. Quæ tamen ceteris & ad alia munera vocatis non remittitur. Legitimi tutoris excusatio quæ eum prorsus liberet onere tutelæ, jure ipso nulla est. Nam nec ætas olim eum liberabat.

Enarratio.

TIT. LXII.

EX privilegio) Quidam in perpetuum excusantur, ut Illientes, l. non tantum 17. D. eod. quidam privilegio, quod personam eorum non egreditur, l. peto 69. §. mater, D. de leg. 2. vide quæ dixi ad Instit. eod. t.

Necesse non habent] l. 13. D. eod. l. 18. h. t. nisi excusatio rejecta sit, l. 15. h. t.

Oportet re integra) Nam audiri quis non solet postquam semel tutelæ se immiscuit, Theoph. §. 2. Institut. eod. Maritus tamen potest se excusare licet tutelam attigerit, §. pen. Instit. eod. tit.

Et injustis interea rejectis) Quæ proponuntur in l. 1. 7. 8. 9. & 21.

Quæ tamen ceteris & ad alia mu. voc.) l. 1.

§. alia causa est, D. qu. appell. fit.

Legitimi tut. excusatio) Ex cujaciai sententia tutores legitimi excusare se non possunt. ait prorsus, quoniam ex causa superveniente ad tempus possunt se excusare, l. 10. D. cod. vide ipsum ad l. 13. eod.

Nam nec ætas cum liber.] L. ult. sup. tit. xxx.

Si falsis allegationibus excusatus sit.

TIT. LXIII.

Excusatio recepta liberat periculo cessationis, l. 22. sup. tit. prox. nisi, ut hoc tit. ostenditur, falsis allegationibus circumventa religione judicantis recepta sit, veluti allegando non attigisse tutelam, quam jam attigerit, l. 2. hoc tit. Decreta enim aut sententiæ elicite ex falsis instrumentis, testationibus, allegationibus facile rescinduntur, l. 5. inf. præd. min. & lib. 8. tit. Si ex fal. instr. l. qui testamento, D. de excus.

Enarratio.

TIT. LXIII.

Falsis allegationibus) δικαιολογίαις ἐψευσμέναις, Theophil. Glossæ: δικαιολογία, *allegatio*.

Non attigisse tutelam] Tutelæ & administrationi se non miscuisse, cum se jam immiscuerit.

Si tutor vel curator Reip. causa aberit,

TIT. LXIV.

QUod dixit tit. superiore l. 2. non nisi re integra excusationibus locum esse, ab eo excipit causam novam, quæ contigerit post tutelam inchoatam, ut si tutorem Reip. causa abesse oporteat, qua ex causa ab ea tutela excusatur donec redeat, & à nova tutela pro præmio impensæ in Remp. operæ anni excusationem habet.

Enarratio.

TIT. LXIV.

DONEC redeat) Excusantur quatenus Reip. causa absunt, ut est in §. 2. Instit. de excus. id est, quandiu R. c. abs. Glossæ: *ἕως ἄρτι*, quoadusque, quatenus. &: *μέχρις ἄρτι*, donec, quatenus.

Et à nova tut.) d. §. 2. & l. 2. h. t. l. 2. *ἕως ἄρτι*
 10. §. 2. D. de excus. tut.

De excusationibus veteranorum.

TIT. LXV.

PRO præmio navatæ in Rempub. operæ, & pro præmio igitur impletæ militiæ. Nam & milites Reipub. causa absunt: & majorem quoque immunitatem habent stipendiis confectis, quàm ceteri qui abfuerunt ex alia cau-

sa, qui post regressum anni tantum vacationem habent. Qui vero vicena stipendia in militia meruerunt, nec sunt dimissi cum infamia, in perpetuum excusantur à tutelis & curationibus, & ceteris muneribus civilibus, præterquam ab una tutela vel cura filiorum conveterani, aut una cura militis, à qua tamen etiam anni vacationem habent, ut l. 8. D. eod. Hi sunt veterani, quibus & alia privilegia concessa sunt in pœnis, & in testamentis, & in successioneibus,

Enarratio.

TIT. LXV.

Milites Reip. causa abs.) L. milites 34.
D. ex quib. caus. maj.

Anni tantum vacat. hab.) L. 2. sup. tit. pr.

Vicena stipenda) Militiæ justum tempus
xx. anni. antea xxv. Jerocles *ἱππιατρικῶν* libro
I. Dixi ad tit. de milit. testament. Instit.

Nec sunt dim. cum infamia) *ἀφέσεως ἐντίμης*
τυχόντες, ceu loquitur Julius Orat. 1. *dimis-*
si cum honore, Tacitus hist. iv. quibus oppo-
nuntur, *ἀτιμῶς ἀποστρατευσάμενοι*, cum infamia
dimissi.

Conveterani) *συμβετεροῦς*, qua voce præter
Modestinum IC. utitur Theodorus in l. 2.
heic. Melius Basilica, *συναποστρατευθέντος*.

Quibus & alia privilegia) L. 1. C. de veter.
In pœnis) Milites ad bestias non damnan-
tur, nec in metallum, nec fustibus cæduntur,
l. 1. & 2. D. de veter.

In testamentis) Filiifam. de castrensi pecu-
lio testari possunt, & in ceteris voluntas mili-

tis pro jure servatur.

Et in success.) Vide tit. D. de veter. success.

Qui numero liberorum se excusant.

TIT. LXVI.

V. tit. 25. lib. 1. Instit.

SEquitur alia specialis excusationis causa, si Romanus tres liberos habeat incolumes, vel Italus iv. vel provincialis v. Nam & hic numerus excusat à ceteris muneribus civilibus, & liberorum nomine continentur etiam nepotes ex filio jam ante defuncto, non ex filia, non ex filio superstite, l. 2. hoc tit. l. 3. inf. de his qui num. lib.

Enarratio.

TIT. LXVI.

TRES liberos) De quorum statu non ambigitur, l. 1. *εἰ γὰρ ἀμφιβάλλεται, οὐκ εἰσὶν αὐτῶν παῖδες*; nam si ambigatur, non sunt liberi ejus, ut aiunt græci interpretes.

A ceteris muneribus civilibus) L. ult. inf. de iis qui num. liber.

Nepotes filiorum) Et unius locum sustinent, l. 2. §. 1. D. de excus. tutor.

Non ex filia] quia non succedunt in locum matris, Cujac. Inst. de excus. tut. nepotes ex filio succedunt in locum patris.

Filio superstite) quia patri suo profunt, l. 2. h. tit.

Qui morbo.

TIT. LXVII.

ET alia ob morbum, si tutor post susceptam tutelam captus oculis fuerit, vel mente, vel lingua, vel auribus, aut in valetudine perpetua. Nam ab initio qui his morbis affecti sunt, tantum abest ut tutores vel curatores dari possint, ut his ipsis sit curatoribus opus. Ergo morbi nomine significatur etiam cæcitas & surditas, ut in tit. de ædil. ed. ut rectè Galenus definerit, morbum esse causam, qua impediuntur actiones totius corporis, vel actio certæ partis, veluti oculorum, linguæ, aurium.

Enarratio.

TIT. LXVII.

CAptus oculis) L. 3. sup. qui dare tutor. in qua rectè liber antiquus Menagii: *Luminibus captum curatorem haberi falso tibi persuasum est.* id est, luminibus captus curator esse non potest: nam ille titulus docet, qui dari non possint, non qui habere.

Sit curatoribus opus) §. 4. Instit. de curat. nib. Cæco tamen curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem constituere potest, Paul. Sentent. lib. IV. tit. XII. §. ult.

Ut in tit. de ædil. ed.) De cæcitate in l. I. §. sed sciendum, D. de ædil. ed.

Galenus) De sympt. diff. cap. I. ἡ νόσος ἀγ-

2005 *Διαισί ἐστι παρὰ φύσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται.*

Vel actio certæ patris) Gellius IV. 2.

Qui ætate.

TIT. LXVIII.

ET alia ob ætatem longævam, quæ scilicet excedit annos LXX. ut & legendum esse docuimus in l. ult. inf. qui æt. se exc. & placet quod ait Aristoteles, τὴν μὲν νόσον εἶναι γῆρας ἐπίκλιτον, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικὴν, quod ea ratione nihil referat, ut in Basil. & libris quibusdam, ætati subjungas morbum, an contra. i. huic titulo superiorem, aut hunc superiori.

Enarratio.

TIT. LXVIII.

POST susceptam tutelam] L. post susceptam
40. D. de excus. tut.

Aristoteles) Libro v. de generat. anim. cap
IV. Morbum esse senectutem adscitam, senectutem autem *morbum naturalem*. Morbos & senectutem jungit Virgilius Georg. III. —
Subeunt morbi, tristisque senectus. & l. XII.
tab. *Si morbus æ vitasve vitium escit,* apud Gellium xx. I. Denique, senectus ipsa morbus est, Gelenus lib. I. *ὀξείων*. vide tamen eundem
ὀξεί μὲν εἶναι μὲν.

Qui numero tutelarum.

TIT. LXIX.

SEquitur species alia excusationis, ut à quarta tutela vel cura, non etiam ab alio munere civili, l. 3. inf. de exc. mun. excusemur, non dico quandiu tutelas, sed quandiu trium tutelarum onera sustinemus. Nec enim quælibet tutela onus est. Et ad extremum expositis variis excusationum causis, absolutoque jam isto tractatu, notatur in Constitutione hujus tit. imperfectas diversas excusationum species nihil proficere, ut l. 1. §. ult. D. de vac. mun.

Enarratio.

TIT. LXIX.

TRium tutelar. onera) Tria onera tutelarum excusant, §. 5. Instit. de excus. tut. l. 3. & 5. D. eod. nam defunctoriè & per fuforiè susceptæ, cujusmodi sunt vilissimæ, non excusant, l. 15. §. ult. D. de excusat. Theop. d. §. 5.

Imperfectas] Fac te duos liberos habere, & lx. annorum esse, unamque tutelam habere: hæ tres causæ imperfectæ pro una non habentur. Quæ per se singulæ non præbent excusationem, nec junctæ prosunt, nec juvatur qui proponit τῆ πάντων ὁμῶ συνδρομῆ, ut aiunt Græci, concursu omnium.

De curatore furiosi vel prodigi.

TIT. LXX.

Hic titulus ostendit, etiam finita tutela & cura minorum, curatores dari posse majoribus xxv. an. si mente lapsi aut furiosi sint, vel si eis quasi prodigis prætor bonis interdixerit, & sui juris sint. Nam homini alieni juris nunquam tutor vel curator datur. His vero personis agnati & gentiles legitimi curatores sunt ex XII. tab. & cognati fratres ex Constitutione Anastasii l. 5. sed hodie possunt etiam à prætore dari extranei, l. 1. l. sepe, D. eod. l. ult. §. si autem testamentum, hoc tit. & dati ab eodem semper sunt adolescentibus & majoribus xxv. an. qui negotiis suis superesse non poterant, veluti surdis, mutis, cæcis, fatuis, debilibus, aut perpetuo captis morbo, non etiam furiosis & prodigis, nisi ut eleganter docet Ulp. lib. Reg. tit. de curatoribus, prodigis aut furiosis ingenuis testamento patris heredibus scriptis, quia lex tantum ab intestato faciebat curatores legitimos, & prodigis libertinis sive ex testamento, sive ab intestato patri naturali heredes extitissent, quia & his lex XII. non dabat curatores, quia nec ullo jure patri heredes fieri poterant, qui nec patrem aut matrem civilem habere videbantur, quatenus cognatio in servitute contracta jure civili nulla est.

Enarratio.

TIT. LXX.

ETiam finita tutela, vel cura) Impuberi furioso tutor datur ut pupillo, vel curator ut adolescenti, non ut dementi, l. 3. §. 1. D. de tutel. Majoribus xxv. annis si furiosi sint, vel si eis quasi prodigis bonis interdictum sit, curatores dari possunt.

Si mente lapsi] Ut in Augusto Suetonii cap. XLVIII. & Senecæ controv. XXI. lib. II.

Nam homini alieni juris) Theophilus de tutel. in princ.

Adgnati & gentiles) Lex XII. Si furiosus existit, aut prodigus, adgnatorum gentiliūque in eo pecuniaque ejus potestas esto.

Dari extranei Sunt ergo honorarii curatores, non legitimi.

Veluti furdis, mutis &c.] L. 20. D. de reb. auct. jud. possid.

Cœcis] Vide sup. tit. LXVII.

Fatuis) L. 2. D. de postul. l. 21. D. de reb. auct. jud. possid.

Debilibus] L. dabimusque 19. cod. his propter infirmitatem Prætor curatorem dare solet, l. item 4. De post. quod eis recenti morbo levatis nondum constans valetudo sit.

Aut perpetuo captis morbo] L. & qui 5. D. de postul. Nec enim æquum est ut aliena administret qui propter invalentiam rebus suis superesse non potest.

Prodigis aut fur. ing.) Vide Notas posteriores ad titulum de curation. §. 3. Inst.

De prædiis & aliis rebus minorum sine,
decreto non aliendis vel
obligandis.

TIT. LXXI.

V. tit. 9. lib. 27. D.

IN hoc titulo proponitur Oratio Severi & Antonini & S. C. de non alienandis vel pignerandis prædiis mancipiisve rusticis aut suburbanis pupillorum vel adolescentium sine decreto prætoris vel præsidis, quod jam tit. superiore l. 2. docuit porrigi etiam ad ceteros, quibus curatores dari solent, ut l. 8. i. l. 11. D. eod. & id quoque supra dicimus l. 22. de adminst. tut. edicto Constantini esse porrectum ad prædia mancipiaque urbana & mobilia queque pretiosa earum personarum, non tantum si æs alienum urgeat, sed & si dos minori aut donatio propter nuptias constituenda sit. Præcessit S. Consulti productio & interpretatio latior S. C. ipsum, cui hic tit. proprie dicatus est, & ut in Digestis ex edicto Constantini titulorum conditor maluit reponere rebus pro, prædiis, ita & in hoc tit. addidit. Et aliis rebus, licet omnes Constitutiones sint de prædiis tantum rusticis, & suburbanis, & de causa æris alieni tantum, non de aliis secundum Orationis verba, & de servis. serva legem cum quasi §. si plures, D. de fid. lib. ut non alienentur vel obligentur ob æs alienum, quod falso non fuerit allegatum, temere neque examinata neque facta rei cognitione, causaque probata

puſ a ſta , & pro tribunali decreta ſolemniter interpoſito. Verbo alienationis continetur venditio , permutatio , tranſactio , datio in ſolutum , cautio reddendæ rei donatæ , diviſio , & uſucapio , aut longa poſſeſſio , multo magis donatio , ut ait l. 4. quod accipio de donatione propter nuptias , & munere ſponſalicio , & dote , ut non valeat ſine decreto , d. l. 22. & de donatione ſimplici , ut ne ex decreto quidem , l. ult. inf. ſi ma. fac. al. Excipitur venditio quæ fit jure pignoris contracti à patre vel auctoritate magiſtratus , ut l. 1. §. ſi communis , l. 3. D. eod. l. 1. & 2. hoc tit. quæ decretum non exigunt. Aliæ alienationes quæ ſunt ſine decreto . i. ſine cauſæ cognitione & ſententia prætoris pro tribunali , ipſo jure nullæ ſunt , manetque rei venditæ vendicatio pupillo cum fructibus , ſi ſciens eam emerit emptor , l. 2. inf. ſi quis ig. rem min. reddito emptori pretio ſi probaverit pecuniam minoris lucro ceſſiſſe cum uſuris , quibus pecunia emptoris minor ſolutus eſt , & meliorationibus l. 2. 4. 10. 14. 16.

Enarratio.

TIT. LXXI.

QUod falſo non fuerit allegatum) L. 5. h. t. Si falſo allegatum fuerit , decretum ipſo jure nullum erit : nam & excuſatio ex falſis allegationibus admitti non poteſt , ut dictum tit. LXIII.

Cauſaque probata] L. 6. & ult. h. t.

Continetur venditio , permut. tranſ.) L. 4.

2009 Datio in ſolutum) L. ſi minor 15.

Cautio reddendæ rei donatæ) L. 7. Basilica:
ἐπειδὴ ἀπόκτησις ἐστίν: quia alienatio est.

Divisio] Duo minores communem fundum habentes non possunt invicem agere communi dividundo iudicio: nam & divisio species alienationis est. Sed si unus sociorum major sit, potest alterum majorum provocare ad divisionem, l. 1. §. 1. D. de reb. eor. qui sub. tut.

Et usucapio) L. 3. §. pen. D. de reb. eor. qui sub tut.

Et multo magis donatio) Græci: *Recte multo magis: multi enim possunt vendere, qui donare non possunt, ut qui habent liberam peculii administrationem.*

Jure pignoris contracti à patre) Et ita Basilica speciem ponunt l. 1. h. t. libro xxxviii. tit. ix. cap. xli.

Minor solutus est) Quas minor præstiturus esset.

Quando decreto opus non sit.

TIT. LXXII.

PROPOSITO S. C. de non aliendis vel obligandis prædiis minorum sine decreto, vel auctoritate magistratus, subjicit certos casus, quibus sine decreto earum rerum alienatio vel obligatio valet. Si ut alienaretur, parens à quo profectæ sunt caverit testamento aut codicillis, quod & Oratione Severi fuit nominatim exceptum. idémque est si ex conventionem parentis fundus revendi debeat venditori, l. 1. hoc tit. Item si alienationem permiserit princeps nominatim: nec enim sola ætatis venia alic-

nationem permittit. Item ex edicto Constantini constat recte vendi sine decreto res quæ tractu temporis deteriores fieri possunt & jumenta aut pecora supervacua. & ex eodem edicto poterat mulier minor xxv. an. res suas vendere sine decreto adhibito consensu mariti & subscriptione, quæ pars abrogata est l. 3. Cod. Theod. de cont. empt. Et ex Constitutione Justiniani, potest etiam tutor vel curator obligare res minoris pro cautione Judicatum solui, quam minor exigitur: nam in l. ult. §. defensionem, sup. de adm. tut. cautio litis est cautio judicatum solui, non iudicio fisci, quæ personæ cautio est, non litis.

Enarratio.

TIT. LXXII.

SI ut alienaretur parens &c.] L. 1. D. de reb. eorum qui sub tut.

Parens, à quo &c.) Vel alius, qui pupillum heredem instituit l. 3. h. t. si venditio è re pupilli sit: alioquin licet patris vel alii ultimam voluntatem contemnere, ut l. 5. §. pen. D. de administr. & peric. tut. Græci ad d. l. 3.

Si alienationem permisit princ.) L. 2. h. tit. *αρκεί γδ ἀντὶ ἀποφάσεως ἀρχοντος ἢ βασιλικῆς ἀελευσεως quia jussio Principis pro decreto Præsidis sufficit: Basilica lib. xxxviii. tit. ix. cap. lxi*

Nec enim sola ætatis venia) L. pen. sup. de his qui ven. ætatis imp.

Item ex edicto Constant.] In l. lex quæ, 22. sup. tit. xxxvii.

Et jumenta aut pecora supervacua) Animalia

supervacua in d. l. 22. §. ult. & l. ult. hoc tit. Græci notant, animalium appellatione servos non contineri: servi enim alienari prohibentur, d. l. 22. §. ante omnia. Lex autem Aquilia servis exæquat quadrupedes, l. 2. §. 2. D. ad leg. Aquil.

Ex constitutione Justin.) L. penult. sup. de his qui ven. ætat. impetran.

Quam minor exigitur] Pro, quæ à pupillo vel adulto exigitur, ut apud Cæcilium, *exigor portorium*, apud Non. in *exigor*. & in l. 5. inf. tit. prox. *duo vicaria mancipia exigatur*.

Cautio litis est cautio jud. sol. non jud. sup.) Auctores Basil. de cautione judicio sisti accipiunt, lib. xxxviii. tit ix cap. xli. Græci ibidem: *ὅτι τῆς δικατοῦς λύσει ἰσχυροδότην λέγει, ὅτι ἔπαρξουσιν αὐτῶν οἱ ἐπιτεροποι*: de satisfactione judicatum solus dicit, non præstari eam à tutoribus.

Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparaverit.

TIT. LXXIII.

SI his casibus exceptis contra S. C. sine decreto facta sit venditio rerum minoris, ab emptore bonæ fidei separandus est emptor malæ fidei, id est qui scivit prædium minoris esse ab eo qui hoc ignoraverit & duæ in hoc titulo differentiæ proponuntur. Una, ut bonæ fidei emptor tueri se possit præscriptione statuti temporis, si post perfectam ætatem domini sine controversia eam rem statuto tempore possederit, quam tamen præscriptionem non ha-

bet

bet emptor malæ fidei, l. 1. & 4. hoc tit. l. 2. & 3. tit. seq. Et statutum tempus l. 1. & 3. hoc tit. & l. 2. tit. seq. quinquennium intelligere oportet ex Constitutione Justiniani, id est, l. 3. tit. seq. si res pupilli vel adulti obligata, aut vendita sit. Breviore tempore confirmatur venditio quæ jure antiquæ valuit. Sin autem donata sit, quia nec ex decreto valet donatio simplex, statutum tempus est longum tempus, id est decem annorum præsentente domino, xx. absente, ea enim est in jure perpetua longi & diuturni temporis definitio. Et inde l. 4. hujus tit. quæ de longo tempore loquitur, etiam de re donata loquitur, non de re vendita. Altera differentia pertinet ad fructus rei venditæ quos emptor bonæ fidei lucratur, etiamsi non impleverit tempus præscriptionis, non emptor malæ fidei, l. 2. hoc tit. l. bonæ fidei, D. de adq. rer. dom.

Enarratio.

TIT. LXXIII.

Quinquennium intellig. oportet] Continuum.

Breviore tempore) Id est, silentio quadriennii, l. ult. sup. de tempor. in integ. restitut.

Longi & diuturni temp. defin.] Paulus Sentent. libro v. tit. II. §. longi, & tit. v. §. rei olim.

Etiam de re donata loq.) Ex persona donatarii rem definit, non ex persona emptoris, cui donatarius vendidit.

Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit.

TIT. LXXIV.

Silencio domini majoris effecti secundum definitionem & distinctionem l. 3. hujus tit. confirmatur alienatio facta contra S.C. & multo magis speciali ratihabitione, ut l. 6. sup. arb. tut. Ratihabitio est silentium expressum sive promissum expressum. Silentium, ratihabitio tacita. Silentium, inquam, quinquennij in rebus minorum sine decreto alienatis vel obligatis, & silentium longi temporis in rebus donatis, quod numeratur à die, quo dominus rerum major effectus est, & heredi quoque ejus, si minor sit, tempus silentij, quod reliquum est, tantum cedit ab eo die, quo & ipse major effectus est. quæ est sententia l. 3. in fi. comprobata l. interdum, D. de min. & l. 5. sup. de temp. in int. res. Hoc autem distrat. hic tit. à tit. 45. lib. 2. quod hic est de causis quæ ipso jure nullæ sunt, ille de causis quæ ipso jure valent, sed nisi ratæ habeantur, rescindi possunt per restitutionem in integrum.

Enarratio.

TIT. LXXIV.

SI silencio domini] Cessat restitutio si major effectus id quod minor gessit, facto, vel silencio comprobavit, Paulus Sentent. lib. 1. tit. ix. §. si major.

Silentium longi temporis) Decennii inter
præsentes, vicennii inter absentes.

Major effectus est) Probat igitur Cujac.
vulgatam, quæ tam veteri Menagii codice
quam Brodæi confirmatur: quod post ejusdem
heredis minoris ætatem silentio transactum sit.
Ipse tamen ad Paulum d. tit. ix. §. si minor,
ex veteribus libris, ut ait, legebat, post ejusdem
ætatem, heredis minoris silentio transactum sit,
Certe ita legebatur in codice qui alias apud
me fuit. Prior lectio placet. De herede igitur
minore, eodemque herede etiam minoris ex-
cipienda est d. l. 3. Nec recte aliter interpre-
tantur Græci, quorum verba refert Cujacius
ad d. §. si minor., ex libro x. Basilic. tit. iv.
cap. ult.

De Magistratibus conveniendis.

TIT. LXXV.

V. tit. 8. lib. 27. D.

MERITO hic titulus ultimum locum occu-
pat: nam ultimum auxilium, quo mino-
ribus succurritur, qui alia ratione servari in-
demnes non possunt, est actio utilis vel in fac-
tum ex S. C. sive Oratione Trajani, quæ in
hoc tit. proponitur in magistratus, municipa-
les sive Duumviros, qui tutores vel curatores
dederunt, aut nominaverunt, nec ab eis satisfac-
tionem exegerunt, Rem minoris salvam fo-
re, aut minus idoneam exegerunt. Itaque ad
tutores tantum vel curatores hæc actio perti-
net, qui satisfacere debent. quales sunt legitimi

& dati sine inquisitione, non ad testamentarios, vel datos ex inquisitione, l. ult. sup. de auct. præst. Et subsidiaria actio dicitur, quia priusquam eatur ad Duumviros excuti oportet bona tutoris vel curatoris, & revocari actione Pauliana, si quæ alienaverit in fraudem minoris: excuti etiam bona fidejussoris ejus, & collegas qui suspectum eum non fecerunt, l. 1. 4-5. & si ab his indemnitati minoris non satisfiat, tum itur ad Duumviros divisa actione si ambo solvendo sint, l. 3. vel ad heredes eorum, si non ex dolo vel lata culpa eorum conveniantur, præterquam si lucrum captaverint sibi vel alii ex damno minoris, ut exposui in tit. 53. Et si forte magistratus ipsi in dando tutore suæ indemnitati satisfactione prospexerint, nec sit solvendo tutor aut fidejussor, qui de indemnitate pupilli cavet, liberantur cedendo actiones suas adversus fidejussores, qui eis de indemnitate sua caverunt, vel etiam minori sine cessione dantur utiles, l. 1. quia dum indemnitati suæ cavet magistratus, per consequentias & indemnitati pupilli cavet. Et hæc in provinciis: nam in urbe si prætor tutorem dederit, non quidem in prætorem, sicut nec in provinciis in præsidem, sed in scribam V. C. qui satis exegerit, actioni subsidiaræ locus est.

Enarratio.

TIT. LXXV.

EX SC. sive Orat. Trajani] L. pen. h. r.
 In magistratus municipales] Quos Græci *σπαθηγούς* vocant.

Aut nominaverunt] τὰ διορίζουσι αὐτῶν τῶν
 ἀρχόντων πέμψαντες : *tutorum nominibus ad Prae-*
sidem missis. Basilica




Et revocari actione Pauliana] L. i. h. t. ex
 qua Thalelæus interpretatur verba illa legis
 3. *nec alias servari pupillo indemnitas potest :*
 δὲ ἀνατροπῆς τοῦτον, inquit, ἔπι ἀεὶ γενομένη
 ἀπομυθῶν : *per rescissionem puta eorum quæ in*
fraudem gesta sunt.

Si ambo solvendo sint) Nam si unus solven-
 do non sit, agitur cum altera.

Si non ex dolo vel lata culpa eorum) Nisi
 conveniantur ex dolo & lata culpa eorum Cu-
 jacius existimat abundare negationem in l. 2.
 h. t. quæ tamen extat in libris veteribus Me-
 nagii & Brodæi. Vide quæ diximus ad tit. xxiv.
 Institutionis primæ.

Suæ indemnitati satisfd. prospex.] Si magi-
 stratus à tutoribus datis satisfdationem accepe-
 rint rem pupilli salvam fore, & separatim ipsi
 stipulati sint se ejus tutelæ nomine indemnes
 damno futuros, & in hanc rem alios fidejusso-
 res acceperint, d. l. i.

In scribam V. Cl.] Ut in Novella xciv. τῆ
 λαμπροτάτῃ τε ἀκρίβειᾳ : Clarissimi scribæ. Vide
 quæ dixi Institut. de satisfdat. tutor.





C O D I C I S
J U S T I N I A N I
L I B E R S E X T U S.

De servis fugitivis & libertis mancipiis-
que civitatum artificibus & ad diver-
sa opera deputatis & ad rem privatam
vel dominicam pertinentibus.

T I T. I.

L I B R O superiore contractu dotis
exposito, & his omnibus quæ cir-
ca eum contractum vertuntur, ac
deinde exposita obligatione tute-
læ vel curæ, quæ quasi ex contra-
ctu descendit, hoc libro proponitur alia obli-
gatio, quæ etiam ex contractu descendere vi-
detur, nempe successio & adquisitio heredita-
tis bonorumve defuncti. nam & is qui adiit
hereditatem, vel immiscet se bonis defuncti,
contrahere videtur, quatenus æs alienum de-
functi contrahit, & creditoribus hereditariis,
legatariis, fideicommissariis obligatur perin-
de atque si cum eis negotium aliquod gereret,

l. 3. §. ult. l. 4. D. quib. ex cau. in poss. ac si-
militer qui hereditatem recipit ex S. C. Trebel-
liano, l. non enim, D. ad Treb. & qui bonorum
possessionem agnoscit, l. pen. in fi. D. de separ.
Alia autem est hereditas sive successio liberti-
norum, alia ingenuorum. & in hoc libro pri-
mum agitur de successione libertinorum, in
qua certum est leges & edicta patronis multa
& varia jura detulisse. hæc enim una est pars
juris patronatus, ut in libertorum bonis succe-
dant patroni, sicut in bonis clientum jure ap-
plicationis. Sunt & aliæ partes juris patrona-
tus, quas conditor hujus libri omnes explanare
& exequi parat, ut jus patronatus quam sit am-
plum aperiat studiosis, & in eo potissimum
constat quod est de successione libertinorum.
ac primum quidem ostendit vim juris patro-
natus consistere in operis, quas liberti patronis
debent, quo erga patronos officio cum dece-
dant fugitivi, inde apparet primum titulum
hujus libri, qui est non tantum de servis, sed
præcipuè de libertis fugitivis, respicere ad ter-
tium de operis libertinorum, in quo & l. ult. est
de libertis fugitivis. In hoc autem tit. de eis-
dem est l. 5. sed illa de libertis privatorum, hæc
de liberis civitatum, quorum artificio & ope-
ris Resp. utebatur. & gravior pœna sollicitan-
tis servum aut libertum civitatis, quàm priva-
ti hominis. De servis publicis pop. Romani est
l. ult. De his qui ad rem dominicam rei priva-
tæ i. ad dominium principis, sive fiscalem per-
tinent l. pen. Ceteræ de privatorum servis, qui
sunt in fuga, & susceptoribus vel occultato-
ribus eorum.

Enarratio.

TIT. I.

Sicut in bonis clientum jure applicationis)
De quo vide Turnebum Adversariorum li-
bro xxiv. cap. xxxii.

Gravior pœna soll. serv. aut lib. civ.] Qui
servum privati hominis fugitivum suscipit,
eum reddit cum alio pari, vel xx. solidos. Quod
si solvendo non sit, castigatur, l. 4. ad quam
Thalelæus notandum monet, eum qui in deli-
ctis pœnam legibus definitam, sive multam
pendere non potest, castigari, id est, corpora-
liter puniri, ut ait Theodorus ad d. leg. 4. Qui
vero servum Reip. sollicitat ad fugam & reci-
pit, damnatur in duplum, & hoc amplius xii.
solidos Reip. infert, l. 5.

Est lex ult.) Ex qua servi publici, qui se con-
tuberniis alienarum ancillarum miscuerint,
statim redduntur cum contubernali sua, & li-
beris ex contubernio natis, & ad eam Græci
notant, natos ex duobus servis patrem sequi:
nam regulariter cedunt matri.

L. penult.) Ex qua qui servos fiscales occul-
taverint, extra rem ærario xii. argenti libras
inferunt. Thalelæus adnotaverat, *in heredes
susceptoris pœnam non competere*, quæ Græci
inservere libris Basilic. ut ibi monent inter-
pretes.

De furtis & servo corrupto.

TIT. II.

V. lib. 4. Instit. tit. 1. lib. II. D. tit. 3. lib. 13. tit. 1. lib. 47. tit. 2. & seqq.

Titulus est generalis, qui non sine causa sequitur vicinitatem tituli de serv. fug. nam & fuga servorum species furti esse intelligitur, l. 1. sup. eod. l. ancilla, D. de furtis, l. 6 sup. de his qui ad eccl. conf. quantum ad usucapionem vel longi temporis præscriptionem attinet, cui etiam in reb. mobilibus aliquando locus est, l. rescriptis D. de diu. temp. præf. l. si liberam, sup. quod cum eo. l. 1. inf. Si adv. cred. præf. Et qui fugitivum celat, fur est, l. 1. D. de fug. l. qui servo §. ult. D. de fur. Imo, ut Sabinus scripsit, & qui collectu togæ ne fugitivus à domino videretur obstat. forte & qui sciens fugitivo viam monstrat. Item vix unquam fugit servus quin secum furto auferat rem aliquam pecuniamve domini, d. l. qui servo §. ult. l. ult. D. de fug. l. 12. inf. ad leg. Fab. Itaque vitia hæc duo conjuncta & proxima sunt, & propria servorum probra, fuga & furtum. Martialis: A pedibus didicere manus peccare protervæ, Non miror furem qui fugitivus erat. & inde in venditionibus servorum cautiones illæ, Fugitivum non esse, Furem non esse & eleganter D. Hieronymus in epistolam ad Titum, cum audiente viro apprimè gravi laudaretur judex quidam, quod fur non esset, refert illum dixisse, Laudas optimum servum, si nec fugitivus est. quod scilicet liberum hominem florere

oporteat laudibus longe majoribus quam quibus servi collaudantur, & longissime abesse vitiis servilibus. & videtur id Hieronimus sumpsisse ex Apollonio Philostrati, apud quem Iarchas rex Indorum, dari perquam inepte laudem magistratibus eandem quam vœnalitarii dant vœnalibus suis, quod fures non sint. Et quod attinet ad secundam partem hujus tit. quantam communionem habeat cum titulo primo ejusdem tit. l. 5. demonstrat, quæ de sollicitatore loquitur servi fugitivi. is est corruptor, in quem est actio mista ex edicto, De servo corrupto, vel, ut novi edicere cœperunt, ne quis servum duntaxat aut servam deintegratam intelligeret, de servo deteriore facto, quanti ea res erit in duplum, quæ Græcis *δσλαππιτίας δίκη*. & ex d. l. 5. gravior actio sollicitato servo Reip. deputato publicis operibus. Et sunt in hoc tit. duæ tantum Constitutiones ea de re l. 4. & l. 20. Ceteræ sunt de furtis, & actione furti nec manifesti, quæ privatis datur ex XII. tab. in duplum, fisco in quadruplum, l. 16. D. rer. amot. l. aufertur §. ult. D. de jur. fisc. Et manifesti quæ privatis datur ex prætoris edicto. Proponitur etiam in l. 18. specialis actio furti ex edicto prætoris in eum qui ex miserrima naufragorum fortuna, vel ex incendio quo forte conflagrabant ædes alienæ, aliquid cepit, amovit, abstulit, corrupit, qua tenetur etiam nec manifestus intra annum in quadruplum, post annum in simplum, non ei tantum cuius interest, sed etiam fisco, in tantum scilicet fisco in quantum ei cuius interest, l. 3. §. ult. D. de inc. rui. & nauf. præter criminalem executionem & pœnam corporalem in eum

statutam XII. tab. l. 1. §, 1. l. qui ædes D. eod. Criminalis executio si legitima & ordinaria sit non excludit civilem in duplum vel quadruplum. Extraordinaria excludit. Et quod hodie non sunt in usu actiones furti in duplum vel quadruplum, id ex eo manat, quod sint hodie omnia judicia extraordinaria, & nunc plerunque, ut ait l. ult. D. de fur. furti agatur criminaliter & extraordinem, quam viam qui eligit ulciscendi furis, renuntiasse videtur civili & ordinariæ actioni in duplum, uel quadruplum, & simplo ei satisfacit, l. interdum §. qui furem, D. de fur. nec tamen si malit agere in duplum vel quadruplum, jure prohibetur d. l. ult. c. a judicibus ordinariis cessant potius quàm extincta sunt.

Enarratio.

TIT. II.

QUantum ad usucapionem] In servo fugitivo quasi in furtivo, nec usucapio, nec longi temporis præscriptio locum habet, l. 1. sup. tit. prox. nam & in rebus mobilibus præscriptioni aliquando locus est, ut etiam docent Græci ad d. l. 1.

Ut Sabinus scripsit) Apud A. Gellium libro XI. cap. ult.

Fuga & furtum) Salvianus IV. de providen. D. *Ex servis enim fures ac fugitivi sunt: ex servis enim gulæ ac jugiter ventri servientes. Verum est, esse hæc vitia servorum &c.* Servius in illud Eclogæ III. *Quid dominis facient, audent cum talia fures? Pro servo, inquit, furem po-*

suit : Furta enim specialiter servorum sunt & c.
Horatius Sat. i. lib. i. — *servos, Ne te complent fugientes.* & i. epistol. 16 *Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Servus.*

Fugitivum non esse) Mancipium enim empturi hoc in primis spectant an usquam aufugerit : sive ut ait Dio Chrysoptom. Orat. xxxi. *αὐτὸ ἐξαποδοῦν μὴ τὴν ἀναιδέως, εἴποτε ἀπὲρ ἐρασκοπέϊ.*

Martial.] XV. 55.

Fugitivum non esse) Seneca libro III. *Controv. xxi. in fine* : *Triarius dixit : fugitivum, erronem, non esse. Blandus dixit : Relegamus auctoritatis tabellas : Furtis, noxaque solutus. Sparcius dixit ? Prior dominus promisit, fugitivum non esse.*

In epistolam ad Titum) Capite i.

Philostrati) Libro III, cap. VII.

Deintegratum) Nonius : *deintegrare, deminuerere. Cæcilius : Nomen virginis, nisi mirum est, deintegravit.*

Quæ privatis datur ex Præt. ed.) Actio furti manifesti in quidruplum est e jure prætorio, Cujac. ad §. iv. Instit. de noxalib. act.

Ex miserrima naufr. for.) Dio Chrysoptomus oratione VII. *μη γδ εἴη ποτε, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν, ἀλλ' ἐκ κορδαῖων κόρδος τοιούτων ἀπὸ ἀνθρώπων δυσυχίας.* Vide Nicetam Chon. in Andronico Combeno lib. II. pag. 209. e dit. Regiæ.

Ex miserrima & c) Ex l. 3. §. ult. D. de incend. ru. & naufr.

In tantum scilicet) Tantum infert fisco quantum ei cujus interest, præter pœnam olim statutam, ut est in d. l 18. quæ verba Græci omnes interpretantur, præter pœnam edicti: id est ut det tantumdem fisco, ex d. l. 3. §. ult.

De operis libertorum.

TIT. III.

V. tit. 1. lib. 38 D.

JAM à primo titulo primum de operis libertorum dicere proposuit, priusquam alia exponeret quæ in libertos habemus jure patronatus, quia & initio quoque edicti prætor operarum judicium dedit l. 2. D. eod. Operæ sunt diurnum officium quod libertus præsentis patrono jurat vel promittit libertatis causa. i. sine quo libertas data non esset, l. in liberto, D. de sol. Jurat autem vel promittit manumissus statim in ipso tempore manumissionis, vel post tempus. Non debentur jure civili nisi promissæ vel juratæ civili actione de operis, l. 1. inf. ad leg. Vis. naturali jure debentur, l. si non fortem §. libertus, D. de cond. ind. Et juratæ debentur ex jurejurando speciali jure: namque alias ut ex pacto vel pollicitatione, ita ex jurejurando jure civili non nascitur obligatio. Cum vero dicimus, operas esse diurnum officium, ut l. 1. & 3. D. eod. operarum editionem esse officii præstationem, l. cum patronus, D. eod. hoc dicimus, operas quas patronus à liberto postulat & libertus patrono jurat vel promittit, officiales esse operas. Jurat enim vel promittit quas operas sibi indixerit patronus daturum se officii causa, non semper adjicit: quas indixerit patronus, sed intelligitur, quia ex commodo patroni edendæ sunt. nec debentur igitur antequam petantur. neque verò promissio.

officii vel jusjurandum alii quàm patrono factum, ullam obligationem parit Porro indicit patronus liberto operas fabriles si sit faber, pictorias si pictor, medicas si medicus, mimicas si mimus, aut petit ut sibi scribat quosdam libros si antiquarius sit, vel insularium facit ut custodiat ædes, vel postulat ut se sequatur, ut secum moretur aliquandiu, secum peregre proficiscatur, vel negotium suum exerceat, hæ sunt officiales operæ, quæ postulanti patrono debentur libertatis causa: quarum longe alia condicio quam fabrilium, vel aliarum cujuscunque artificii, quas quis extraneo, vel patrono ut extraneo non libertatis causa stipulanti promittit, quæ non in officii, sed quasi in pecuniæ præstatione consistunt. Intercidunt vero officiales variis ex causis, quæ in hoc tit. proponuntur.

Enarratio.

TIT. III.

EX jurejurando speciali jure) Ex lege Julia & Papia. Vide Cuj. sup lib. iv. tit. i.

Ex commodo patroni edendæ sunt) L. quoties 24. D. eod.

Alii quam patrono) L. servus 10. & duabus sequentibus.

Antiquarius sit) κειλλονογράφος, βιβλιογράφος.

Insularium) εἰσικολόγην.

Quam fabrilium) Officiales soli patrono debentur: fabriles extraneo, vel patrono ut extraneo.

Quasi in pecuniæ præst.) L. fabriles 6. D. eod.

De bonis libertorum & jure patronatus.

TIT. IV.

V. tit. 1. lib. 37. & tit. 2. lib. 38. D.

Juri judicióque operarum officialium, quas patronis liberti debent, addit in hoc titulo jus succedendi in bonis libertorum, quod per eminentiam jus patronatus vocat, ut l. 11. sup. tit. prox l. 14. D. de tut. & cur. da. Id vero quam varium fuerit atque multiplex, Institutiones docent tit. de succ. lib. & tit. de bonor. possess. & Ulp. lib. Reg. tit. 29. nempe aliud fuit ex XII. tab. aliud ex edicto prætoris, aliud ex lege Julia & Papia, & hodie longe aliud ex Constitutione Græca Justiniani l. 4. hujus tit. cujus fit mentio in Institutionibus multis locis. & extat integra 59. βασιλικῶν tit. 1. Id vero ea potissimum agit, ut quantum potest recidat & imminuat jus patronatus & quemadmodum tit. superiore, ut ostentat quibus modis tollatur operarum obligatio, ita hoc titulo quibus modis jus patronatus intereat, aut cesset, ut si quis servum emerit ejusdem servi nummis, & manumiserit, l. 1. si patrono connivente libertus junxerit se ancillis vel colonis fiscalibus, l. 2. Si patronus jus suum remiserit, & liberto dederit liberam testamenti factionem ex l. 3. ejusdem Justiniani. quod olim solius legis erat, aut principis, & aliis plerisque modis, quæ idem l. 4. studiosè collegit cupiens abolere servorum & libertinorum condicio-

nem, quod assequi non potuit nisi gradatim nam ut paulatim jus civile crescit, ita non nisi paulatim decrescere potest. Et acciso primum in hoc tit. quantum potuit jure patronatus, accisa portione debita verecundię patronali & ex semisse redacta in trientem, & jure succedendi libertinis dato liberis & cognatis patronorum finito ad quintum gradum, & cetera penę in successionebus exęquatis libertinis & ingenuis, quod integra Constitutio Gęca declarat, deinde libertinos omnes cives Romanos facit sublata Latinorum & Dedititorum condicione, ut jam in successione libertinorum non sint separandi cives Romani à Latinis, quorum nulla erat successio, l. intestato, D. de suis & leg. her. l. i. Cod. Theod. de pet. her. §. ult. Instit. de succ. libert. Et tandem No. 78. nullos in Rep. voluit esse libertinos, eos qui manumitterentur omnes ingenuos esse pronontians salvo jure patronatus, cui non poterat sine injuria derogare.

Enarratio.

TIT. IV.

ET exstat integra) Vide Cuj. lib. xx. Obs.
 Ecap. xxxiv.

Quod olim solius legis erat] L. 3. D. qui testam. fac. poss.

Aut Principis) Mutus aut surdus liberam testamenti factionem impetrat à Principe, l. si mutus 7. D. qui testam. fac. milites, l. i. D. de milit. testam. l. si quando 6. sup. de inoffic. test. l. libertus, l. 3. D. de bon. libert. Hodie pa-

tronus liberto dat liberam testam. factionem.

Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta est.

TIT. V.

V. tit. 5. lib. 38. D.

Additur de bonis libertorum in hoc tit. ut si quid ex eis bonis dolo malo libertus ad fraudem patroni alienaverit, id post mortem liberti pro parte sibi debita patronus rescissa alienatione revocare possit, nisi eam fecerit ratam, per formulam Fabianam vel Calvisianam. hæc intestato liberto competit, illa testato & hanc solam inter has actiones Græci differentiam agnoscunt in l. quod si in dotem §. idem scribit, D. de pet. her. & l. 2. D. Si à par. quis man. fu. adjiciunt, utramque esse in factum. Et de alienatione titulus loquitur, non de manumissione: nam manumissio ex lege Ælia Sentia ipso jure nulla est.

Enarratio.

TIT. V.

Græci differentiam agnoscunt) Libro XL. Basilic. tit. VI. cap. II. & libro XLII. tit. I. cap. XVI. §. IV.

Ex lege Ælia Sentia nulla est) L. in fraudem 27. D. qui & à quib. man. lib. non fi.

De obsequiis patronis præstandis.

TIT. VI.

V. tit. 15. lib. 37. D.

NON est semper eadem ratio parentum & patronorum: nam quæ datur patronis actio Fabiana vel Calvisiana tit. superiore, non datur etiam parentibus manumissoribus, l. 2. D. Si à par. quis man. fu. & quæ patronis debentur officia. i. operæ officiales, non debentur etiam parentibus, l. pen. D. de obs. par. & pat. pr. At obsequia de quibus in hoc tit. agitur jure naturali æque debentur patronis & parentibus. Officia sive operæ separantur ab obsequiis. & quod de officio est in l. 2. ne id præstet patrono liberta, quæ voluntate patroni jure alii nupsit, licet de operis fit, non de obsequiis, tamen argumentum titulus præbet ut existimem eam esse trahendam ad obsequia, & quod tam in obsequio quam in officio solius mariti conveniat esse mulierem. Aliquando officia appellantur obsequia, ut l. 6. sup. tit. 3. Imò vere dici potest officia esse obsequia operarum, obsequia autem officia pietatis, honoris, reverentiæ, officia grati animi & obnixi, quæ liberi parentibus, liberti patronis debent etiam tacitis nec petentibus, cum tamen officia non debeantur nisi petentibus & indicentibus. ac præterea operarum actio est, non obsequiorum, sed ob violata obsequia ingrati est actio de qua tit. seq. Item operæ non debentur patroni heredibus extraneis, l. liberti sup. tit. 3.

obsequia debentur, atque etiam privignis, l. pen. hoc tit. l. pen. tit. seq. No. 78. qua in re etiam patroni à patribus distant: nam patribus solis debentur obsequia, non cæteris liberis, aut heredibus patrum.

Enarratio.

TIT. VI.

Non datur etiam parentibus) Est enim iniquum filiis liberam rerum suarum alienationem adimi, ut est in l. 2. citata à Cuj.

Non debentur etiam parentibus] Nam pietatem liberi parentibus, non operas debent, d. l. pen.

Jure alii nupfit) Cujacius Græcos sequitur, qui ut ipse adnotaverat in Codice suo, non habent, aut. est tamen in libris vett.

Ac præterea operar. actio est) L. 2. D. de oper. libert.

De libertis & eorum liberis.

TIT. VII.

IN hoc titulo proponitur actio ingrati, actio impietatis in libertos, qui contra obsequia debita patronis vel minimum deliquerunt, per quam probatis causis ingratitude rescissa manumissione retrahuntur ad servitutem, que obtinuit etiam in Atheniensium & Massiliensium Rep. eodémque actio datur patribus contra liberos emancipatos rescissa emancipatione, & contra donatarios rescissa donatione, sed contra hos vel illos non nisi ex magnis cer-

tiſque cauſis l. 1. inf. de ingr. lib. l. ult. inf. de reu don. In libertinos etiam ex levi offenſa l. 2. hoc tit. ob violata, non ob deſerta obſequia. Coërcentur magis libertini qui plerunque redeunt ad nequitiam ſervilis iugenii l. pen. hoc tit. Plautus in Perſa.

Ita pars libertinorum eſt, niſi patrono qui adverſatus eſt.

Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi nec ſatis honeſtus,

Ni id efficit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus eſt.

Actio eſt extraordinaria l. 1. hoc tit. quia legibus non eſt prodita actio ingrati, aut ſi qua prodita eſt. veluti lege Ælia Sentia, in deſuetudinem habiit. De libertorum liberis, quæ eſt altera pars huius tit. hoc habemus in l. 2. ut libertina redacta in ſervitutem ex ea poſtea nati liberi ſervi naſcantur, & in l. ult. ut filii libertinorum ex cauſa ingratitude, tametiſi ingenui ſint, in ſervitutem redigi poſſint, quia patrono paterno ingenuitatem acceptam ferre debent, ut No. 22. & l. 2. ſup. de in jus voc. & ita eis quoque morientibus ſine legitimis heredibus, ab inteſtato patronus paternus ſuccedit ex l. 4. ſup. tit. 4.

Enarratio.

TIT. VII.

IN Athenenſium & Maſſil.) Valerius Maximus lib. II. cap. VI. & VII.

Plautus in Perſa) Actus V. Sc. II.

Veluti lege Ælia Sentia] Vide Cujacium ad NOV. LXXVIII.

De jure aureorum anulorum & denatilibus restituendis.

TIT. VIII.

V. tit. 10. & 11. lib. 40. D.

Recte dici potest hunc titulum esse subiectum VI. & VII. quod libertini natalibus restituti obsequiis soluti sint, & iudicio ingrati, quia per omnia & omnibus ingenui sunt, l. 6. inf. de suis & leg. her. non etiam qui jus aureorum anulorum impetraverint, quod plerunque dabatur libertinis ditioribus, ut Arnobius ait lib. IV. pecuniam donare anulos aureos, & loca priora in spectaculis. Habentibus igitur in bonis milia quadringenta, qui census erat equestris. Suetonius in Julio: Jus anulorum cum milibus quadringentis.

Enarratio.

TIT. VIII.

JUdicio ingrati] L. pen. sup. tit. IV.

Quia per omnia & in omn.) Omne jus patronatus tollitur, denique ingenuitas mera libertis competit, d. l. pen.

Qui jus aureorum an. impetr.) Anulus quidem libertatis insigne est, Cyrillus apud auctorem catenæ in Lucam cap. XV. Petrus Chrysologus sermone V. *Anulum honoris, titulum libertatis*. Liberti autem anulis donati aureis, equestri dignitate ornabantur. Plutarchus in

Galba : ἕτος μὲν ἔν εἰς ταῖξιν ἔντιμον προήχθη τῶ
 δὲ ἀπελευθέρω δακτυλίς τε χρυσεύς ἔδωκε. Dio
 libro XLVIII. δακτύλοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ
 εἰς τὸ ἴσπεύων τέλος ἐσέγραψεν. & hi jura inge-
 nuitatis habent salvo jure patronatus, l. ult. D.
 de ju.aur.anul. Deniq; beneficium Principis his
 quibus jus aureorum anulorum datum est, do-
 nec advivunt, imaginem tantum, non statum
 ingenuitatis præstat, l. 2. h. t. in qua Cujacius
 legendum putat, *libertinis*, pro *libertinitatis*,
 repugnantibus libris veteribus.

Sueton. in Julio] Cap. xxxiii.

Qui admitti ad bonorum possessionem
 possunt, & intra quod tempus.

TIT. IX.

V. lib. 3. Inst. tit. 10. de bon. poss. & tit. 1.
 lib. 37. D.

HActenus dixit de successione libertino-
 rum & ceteris partibus juris patronatus,
 & nunc dicturus de successione ingenuo-
 rum, quod ex vel jure prætorio obveniant vel
 jure civili, incipit à jure prætorio. i. à bono-
 rum possessionibus. Prætor bon. possessionem
 dat, lex hereditatem. Utroque nomine signifi-
 catur successio in universum jus defuncti. Et
 bonorum possessio propriè jus persequendi pe-
 cuniam sive rem, quæ cujusque cum is moritur
 fuerit. i. formula, auctoritas, titulus quo nan-
 ciscimur actiones hereditarias, ut ait l. facta §.
 si in danda, & §. seq. D. ad Treb. & petitio-

nem hereditatis & interdictum, Quorum bonorum, & tanquam heredes omnia jura quæ heredibus competunt. & additur in definitione bonorum possessionis, jus retinendi. Nam & petitori & possessori bonorum possessio datur l. 3. §. parvi & §. seq. D. de Car. ed. Et additur, patrimonii sine rei, ut in lege Falcidia, sam pecuniam sãsque res. quoniam latior est rei quam pecuniæ vel patrimonii appellatio. Duæ autem sunt partes hujus tit. Una, qui admitti ad bon. possessionem possunt. & ex testamento admittuntur scripti vel præteriti. ab intestato, proximiores; & filiusf. ad delatam sibi bon. possessionem etiam ignorante patre, quæ admissio jure veteri inutilis est ratum non habente patre, jure novo proficit filio. Pupillus quoque ad bon. possessionem sibi delatam admittitur cum tutoris auctoritate, vel judicis, qui ignarus ætatis ejus non sit: Et tutor nomine pupilli, qui tamen nomine pupilli adire hereditatem non potest, quæ una est differentia inter jus civile & jus prætorium, & alia quæ antea subnotata est, ut ratihabitio patris sufficiat in bonor. possessione, in hereditate jussum exigatur. Infantis quoque nomine tutor, & pater, & quilibet admitti ad bon. possessionem potest, & post eam agnitam infante mortuo, transmissioni locus est. Altera pars tit. est de temporibus petendæ bonorum possessionis, vel admittendæ, quæ notum est largiora dari liberis & parentibus, quàm ceteris, & utilia esse, & ideo ignorantibus factum non cedere. Continua enim ignorantibus cedunt l. genere §. 1. D. de his qui not. inf. & hac. in re etiam jus civile distat à prætorio. Nam jus ad eundem hereditatis perpetuum

est: nisi testator aditioni præstituerit diem, ut in cretionibus, vel iudex urgentibus creditoribus, vel filiis exheredaris.

Enarratio.

TIT. IX.

L Ex hereditatem) §. 2. Instit. de bon poss.
Et bonor possessio) L. 3. §. 2. D. de bonor. poss.

Et petitionem hereditatis) De qua in tit. de possessor. heredit. poss.

Et interdictum quorum bonor.) De quo in tit. quorum bonor.

Et tanquam heredes omnia jura] In omnibus enim bonorum possessores vice heredum habentur, l. 2. D. de bonor. poss.

Sam pecuniam fasque res) Ut apud Lucretium III.

Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit.
Festus in sos. Pseudocornutus in 1. Persii.

Lator est rei quam pecun. vel patr.) L. rei §. & l. rei 23. D. de verbor. signific.

Scripti vel præteriti) §. 3. Instit. de bonor. possessor.

Ab intestato proximiores) L. 2. h. tit. omnis successio proximiori defertur, Paul. Sent. tit. VIII. §. in hereditate.

Et filiusfamil. ad delatam.) L. 1. h. tit.
Inutilis est rat. non hab. pat.] L. ult. §. 1. D. quis ordo in bonor. poss. serv.

Jure novo proficit filio) Pleno jure, l. ult. §. 1. inf. de bon. quæ lib.

Pupillus quoque) Major infante: nam lex

7. non loquitur de infante, sed de pupillo, id est, qui excessit infantiam, ut notant Græci.

Vel iudicis) Sine tutoris auctoritate.

Qui ignarus æt. ei. non s.) Quique sciat, pupillum sine tutore bonorum possessionem petere.

Et tutor nomine pup.) L. si infanti 18. inf. de ju. deliber.

Qui tamen nomine pup. ad hered.) L. 5. eod.

Quæ una est differ.] De qua vide Cujac. Observat. lib. 1. 34.

In hereditate iustum) L. si quis mihi 25. §. iustum, D. de adq. vel obmitt. heredit.

Tutor & pater) L. servus 7. §. 1. D. de bon. poss. l. 1. D. de bon. poss. fur. inf. l. 2. §. sed si infanti 9. D. ad Senat. Tertull. d. l. si infanti, & l. 2. inf. tit. XII.

Transmissioni locus est) Lex 3. ait bonorum possessionem competere, id est, bonorum possessionem tamquam sibi competentem ad heredes suos transmittit, ut est in Basilicis.

Largiora dari lib. & par.] datur eis annus utilis, l. 1. §. largius 6. D. de success. ed. l. filii 6. D. ad SC. Tertull. 2. l. & 4. h. tit. §. liberis 9. Instit. de bonor. poss.

Utilia esse] L. 2. D. quis ordo in bon. poss.

Ignoranti factum non cedere] L. 5. hoc tit. nam si jus ignoravit, tempus ei cedit: adeo ut juris ignorantia heic mulieri non profit, l. 6. hoc tit.

Jus adeundæ heredit. perpet. est) Ut Græcio placet ad leg. 4. hoc tit. v. ad tit. xxx. inf.

Ut in cretionibus] Ut in cretione adjici solebat, cernitoque in dieb. centum proximis, Ulp. tit. xxii. §. cretio.

Vel iudex urg. cred.) Vide quæ dixi ad §. x.
Instit. de bonor. poss.

Quando non petentium partes petentibus
adcrefcunt.

TIT. X.

EX pluribus ejusdem juris & gradus, quibus
ejusdem generis bon. possessio defertur, si
qui intra id tempus, quod dedit tit. superiore,
non petant, vel admittant bon. possessionem,
in hoc tit. docet portionem eorum adcrefcere
his solis, qui bon. possessionem petierunt vel
admiserunt, ut si defuncto intestato plures sint
liberi non habentes jus legitimum, veluti eman-
cipati, uno ex eis non petente bon. possessio-
nem Unde liberi, ceteris qui petierunt tacito
jure adcrefcit illius portio, exemplo juris civi-
lis. Et omittere in Constitutione hujus tit. est
non petere intra id tempus.

Enarratio.

TIT. X.

Non habentes jus legitimum vel emanc.]
Cessante legitima success.] L. un. hoc tit.
Raphael Fulgosius: Exemplum, inquit, poni
potest in filiis emancipatis, qui legitimi succes-
sores non sunt, §. emancipati, Instit. de hered.
quæ ab intestato defer. Idem Azo in Summa, &
Odofredus.

Exemplo juris civilis) Paulus lib. iv. Sent.
tit. viii. §. ult. l. si ex pluribus 9. D. de sup. &

legit. hered. §. ult. Instit. de SC. Orphit.

De bonorum possessione secundum
tabulas.

TIT. XI.

V. tit. II. lib 37. D.

DOcuit qui admitti possent ad bon. possessionem, & intra quæ tempora, & non petentium partes quibus accederent, quo præmisso, bon. possessionis species aggreditur. Et cum alia ex testamento competat, alia ab intestato, ab ea quæ ex testamento competit, initium facit. ea verò aut est contra voluntatem testatoris, aut secundum voluntatem, l. 6. §. 1. D. de bon. poss. & prius quidem in edicto prætoris proponitur ea quæ est contra voluntatem. i. bon. possessio contra tabulas, l. 2. in pr. D. de bon. poss. sec. tab. qua re dicitur etiam in libris nostris primum edictum de bon. possessione, vel prima pars edicti, & hic ordo servatur in titulis Digestorum, in titulis hujus libri interturbatur. Prior enim est titulus de bon. poss. sec. tab. Hæc datur heredibus scriptis tabulis testamenti supremis & obsignatis non minus quàm vii. testium signis, & quæ factæ irritæ semel per capitis deminutionem, non perseveraverint irritæ esse usque ad mortem testatoris, quem etiam testamenti tempore habuisse testamenti factionem omnimodo exigit prætor. & hæc si concurrant non admodum spectat an injustum sit testamentum, vel nullum, vel ruptum jure civili, vel irritum, vel

falsum : sed si postea tale id fuisse appareat , & alium potio- rem heredem esse, bonor. possessio sec. tab. quam dedit, sine re constituitur. Nam ut qui data est actio non semper rem obtinet , ita nec is cui data est bon. possessio. Utrumque est jus persequendi & bon. possessio nonnunquam actio appellatur. Jure autem directo bonorum possessio non datur secundum voluntatem defuncti , nisi extent tabulæ. Secundum nuncupationem non datur : & testamenta non scripta solum jus civile tuetur , l. 2. hoc tit. §. ult. Inst. de test. ord. At placet etiam ut detur utilis bon. possessio secundum nuncupationem, vel contra , ut d. l. 2. l. ult. inf. de cod. l. 2. tit. 13. l. si ita scriptum §. ult. D. eod.

Enarratio.

TIT. XI.

Primum edictum] L. ideo 4. & l. scriptus heres 12. D. de Carbon ed.

Tabulis testam. supremis) Post quas nullæ factæ sunt, l. 1. §. 1. D. de bonor. possessione secund. tab.

Obsignatis non minus quam septem testium signis] L. cum tabulæ 7. eod. & l. 2. h. t. testamentum obsignatum dicitur quod testium signis signatum est. Tacitus Ann. xvi. *Vt testamentum Antei nemo obsignaret.* Hinc obsignatores pro testamentariis testibus apud M. Tullium.

Non perseveraverint irritæ esse &c.] §. non tamen 6. Instit. quib. mod. test. infirm. l. 1. §. exigit Prætor , D. de bon. poss. secund. tab.

An injustum sit testam.] In quo juris solemn-
nia defuerunt.

Vel nullum] In quo filius suus præteritus est.

Ruptum vel irritum) L. postumus 12. D. de
ini. rup. Vlp. tit. xxiii. §. si septem.

Vel falsum) L. i. h. t. salva eorum discepta-
tione.

Sine re constituitur) Id est , sine effectu , l.
quod vulgo 19 D. de bon. poss. cont. tab.

Nonnunquam actio appellatur) Bonorum
possessio contra tabulas dicitur actio præteriti
id Nou. Valentiniani de testam. & in Basilicis
bonorum possessio unde vir & uxor. dicitur *αὐτῶν*
γῶν, actio , libro xlv. tit. v.

Nisi extent tabulæ) L. i. §. i. D. de bonor.
possess. secund. tab.

De bonorum possessione contra tabulas
quam prætor liberis pollicetur.

TIT. XII.

V. tit. 4. lib. 37. D.

Bonorum possessio contra tabulas parentis
virilis sexus & per virilem sexum cogna-
tione juncti datur præteritis liberis naturalibus
suis & emancipatis, nec in adoptionem datis, &
postumis natis, qui sui futuri erant , & adopti-
vis non emancipatis rescindendarum earum
tabularum causa, l. i. D. de leg. præst. l. ut li-
beris, inf. de collat. Et liberi præteriti dicun-
tur qui silentio prætermiſsi sunt à patre atque
neglecti in testamento , id est neque heredes
instituti, neque ut oportet exheredati, ut apud

Festum præteriti Senatores qui sunt neglecti à censoribus, quod erat ignominiosum, & ipsa quoque præteritio patris ignominiosa est, l. quidam, inf. de fideicomm. non minus quam exheredatio, quam emendat querela inofficiosi testamenti, hanc bon. possessio contra tabulas, quæ liberis emancipatis, quia non habent jus legitimum necessaria est, suis non necessaria est, & non inutilis tamen: Quia enim si signatum sit testamentum, in quo filius suus præteritus est, non minus quam VII. testium civium Romanorum signis, prætor petenti heredi scripto dare potest bon. possessionem secundum tabulas, ideo ut ei occurrat filius suus præteritus, non erit inutile eum admittere bon. possessionem contra tabulas. Hanc enim agnoscendo heredem scriptum præveniet, & impediet ne admittatur ad bon. possessionem secundum tabulas, l. 2. hoc tit. l. quod vulgo, D. eod. Est & alia differentia inter suos & emancipatos, quod petita bonorum possessione contra tab. sui nullis præstent legata, l. is qui D. de leg. pres. l. pen. §. legata, D. eod. tit. emancipati præstent exceptis edicto personis, & rescindant primas, non secundas tabulas, sui utrasque.

Enarratio.

TIT. XII.

Parentis virilis sexus) Præteriti à matre, vel avo materno pro exheredatis habentur: & ideo datur eis querela inofficiosi testamenti, §. ult. Institut. de exhered. & tit. de inoff.

in princ. non bonorum possessio contra tabulas, l. illud 4. §. ad testamenta 2. D. de bonor. poss. cont. tab.

Naturalibus suis & emancip.] L. 1. in pr. & §. & sui juris 4. D. eod. §. eadem 12. Instit. de heredit. quæ ab int. def. §. 3. Instit. de exheredat. liber.

Nec in adoptionem datis] Quia in alienam familiam transferunt.

Et postumis natis) d. l. 1. §. 2.

Non emancipatis) Quia ex liberis non sunt d. §. 4. & d. §. 12. §. 4. Inst. de exhered. liber.

Neque heredes instituti &c.) d. §. eadem.

Neque ut oportet exhered.] Id est, nominatim, l. 2. h. t.

Ut apud Festum) In v. præteriti.

Non minus quam exhered.) Exheredatio notat, l. non putavit 8. D. de bonor. possess. cont. tab.

Quam emendat quer. inoff. test.) Liberi sui queruntur inique se exheredatos, Instit. de inoff. test. in pr.

Non habent jus legitimum) Liberi enim emancipati jure civili nihil juris habent : & ideo necessaria eis est bonorum possessio contra tabulas, qua rescindatur testamentum, l. ut liberis 17. inf. de collation.

Suis non necessaria) Paulus apud Rufinum tit. xvi. Quia testamentum ipso jure nullum est, l. 1. D. de ini. rup. l. ult. inf. de liber præter.

Emancipati præsent.) Lex 1. accipienda est de liber. emancip. ut & vulgo accipi solet.

Exceptis edicto pers.) Liberis & parentibus, l. filium 20. §. legata 3. D. eod. l. si filius 20. D. de legat. præst. & uxori, vel nurvi dotis no-

mine, l. virilis 8. §. ult. eod.

Non secundas tabulas) L. ex duobus 34.
§. 2. D. de vulg. & pupill. subst.

Sui utrasque) Nam testamentum ejusmodi
mero jure nullum est, & suus præteritus intes-
tati hereditatem obtinet, l. is qui 15. citata à
Cujac.

De bonorum possessione contra tabulas
liberti quæ patronis, vel liberis
eorum datur.

TIT. XIII.

*V. lib. 3. Inst. tit. 8. de succ. lib. & tit. 2.
lib. 38. Dig.*

Subjicit titulum de bon. possessione contra
tabulas liberti, non tam ut tractet de suc-
cessionem libertinorum, de qua satis primore lo-
co dixit, & maxime tit. 4. in Constitutione
Græca, quàm ut vel ex diversitate titulorum
tacitus ostendat, differentiam inter bon. pos-
sessionem contra tab. patris, & bon. possessio-
nem contra tab. liberti. hæc datur contra he-
redem scriptum, sicut querela inofficiosi testa-
menti, & ex his tantum duabus causis in here-
dem scriptum est petitio hereditatis, l. per ser-
vum, D. de pet. her. illa datur contra lignum,
contra testamentum. Hæc in partem legibus
datam verecundiæ patronali, partiendæ here-
ditatis liberti cum extraneo herede testamen-
tario: aut eo omittente, in assem. l. sed cum
patrono, D. de bon. possess. l. si libertus præ-
terito, D. de bon. lib. illa in assem. Constitu-

tiones hujus tit. docent. hanc dari etiam ei qui ex fideicommissio debitam libertatem solvit, ut l. 3. §. 1. D. de suis & leg. her l. qui ex causa D. de bon. lib. & non dari ei qui semel post mortem liberti elegit donum, munus, operas impositas defuncto, ut l. sicut D. de jure patr. l. ult. Cod. Theod. de codic. l. 2. hoc tit. quam ex d. l. ult. & l. ult. inf. de cod. hodie constat esse Theodosii non Anastasii. Ait, vel liberis, quoniam & liberi patronorum patroni sunt l. eum patronum, D. de jure patr.

Enarratio.

TIT. XIII.

HÆc datur contra heredem scriptum) Id est, oportet hereditatem aditam esse, aut bonorum possessionem petitam, l. etiamsi 3. §. ut patronus, D. de bon. libert. bonorum vero possessio contra tabulas, datur contra testamentum, l. illud 4. contra lignum, l. quod vulgo 19. D. de bon. poss. cont. tab.

Sicut querela inoffic. testam.) L. Papinianus 8. §. si conditioni, D. de inoffic. testam. l. pen. §. ult. C. eod.

Hæc in partem] Jure veteri, in semissem, jure novo, in trientem, §. 1. & §. sed nostra 3. Institut. de success. libert.

Constat. esse Theodosii) In libro veteritatis Brodæi, quam Menagii tribuitur Theodosio.

Unde liberi.

TIT. XIV.

V. tit. 6. lib. 38. D.

Titulus sic explanandus est: Pars edicti unde liberi ab intestato vocantur ad successionem parentum. Nam expositis bonorum possessionibus, quæ ex causa testamenti competunt, ab hoc tit. incipit proponere eas, quæ competunt ab intestato, & quemadmodum ex testamento primo capite edicti liberis præteritis suis, vel emancipatis prætor pollicetur bonorum possessionem contra tab. ita ab intestato eisdem primo capite pollicetur bonorum possessionem. Unde liberi, l. §. rectè, D. si tab. test. nul. ext. & quod ait l. 2. ex testamento, vel ab intestato existente filio, vel nepote suo herede neminem alium ab intestato heredem esse posse. i. priorem potiorémque causam sui heredis esse, secundum jus civile est: Nam jure prætorio idem est existente filio vel nepote non suo. & similiter quod ait l. 2. inf. de usuc. pro hered. existentibus suis heredibus, etiamsi abstinerint se nihil alium ex defuncti bonis pro herede usucapere posse, quod scilicet qui abstinerunt se nomen & jus suorum heredum retineant, nec possint jure legitimo venire agnati illis existentibus, licet jure prætorio venire possint, quoniam eos qui abstinerunt se prætor pro heredibus non habet, id quoque est secundum jus civile. Nam jure prætorio etiam suis heredibus existentibus, pro posses-

fore usucapio procedit. Est autem emancipatis liberis maxime necessaria bonorum possessio Unde liberi, suis non est necessaria, l. 7. D. de inof. test. quia ipso jure heredes existunt.

Enarratio.

TIT. XIV.

NAm jure prætorio idem est) L. si quis 5. D. si tab. testam. nul. exstab.

Prætor pro heredibus non habet.) Etiam qui abstinuit se, heres est, l. cum quasi 30. §. sed etsi quis, D. de fideicommiss. libertat. Sed Prætor abstinentes se pro heredibus non habet.

Prs possessore usuc proc.) Pro bonorum possessore.

Suis non est necessaria] Ut de bonorum possessione contra tabulas dictum est sup. tit. XII.

Existunt) *αὐαφαίνονται*, apparent.

Unde legitimi & unde cognati,

TIT. XV.

V. tit. 7. & 8. eod. lib.

Secunda pars edicti vocat legitimos. i. agnatos, vel cognatos, qui legibus, S. C. aut Constitutionibus ad hereditatem vocantur, legum tuendarum causa, non admodum necessaria. Tertia vocat cognatos, & necessaria est l. 2. ult. hoc tit. De secunda est l. 4. hujus tit. Ceteræ de tertia.

Enarratio.

TIT. XV.

Legum tuendarum causa) L. sed cum pa-
trono 6. §. 1. in fi. D. de bon. poss.
Non admodum necessaria) L. 3. inf. ad SC.
Orphitian.

De successorio edicto.

TIT. XVI.

V. tit. 9. eod. libro.

Quarta pars edicti, quod successorium edi-
ctum dicitur, dat successionem inter libe-
ros & inter cognatos. i. in jure liberorum & in
jure cognatorum, ut scilicet liberi vel cogna-
ti, qui primum gradum obtinent, si omittant
vel repudient successionem, eam transmittant
ad insequentem gradum. Successio est trans-
missio ad insequentem gradum, Græce ἐπινοί-
σασις. In jure autem suorum, vel in jure legiti-
morum, non est successio, non est locus huic
edicto, nisi in jure legitimorum ex l. 4. sup. de
bon. lib. & est cur hac in re separantur sui à
legitimis. Nam sui heredes existunt, nec desi-
nunt esse abstentione: non possunt igitur non
obstare sequentibus gradibus: Legitimi non
existunt, sed fiunt aditione. Si igitur non ad-
jerint, non male dicitur eos non obstare se-
quentibus, licet subtili jure obstant, eò quod
proximiores fuerint delatæ hereditatis tempo-

re. & hoc quidem genere successionis, de quo est hic titulus, gradus cognitionis gradui succedit eodem jure, puta secundus gradus liberorum, vel cognatorum, & hodie etiam adgnatorum primo: Aliud est genus successionis quo gradus intestati successionis gradui succedit diverso jure, ut secundus gradus Unde legitimi primo Unde liberi, & tertius Unde cognati secundo. Quod fit non tantum in diversis personis, puta non petentibus liberis, succedunt legitimi, non petentibus legitimis cognati, ut jure civili suis repudiantibus vocantur consanguinei, l. 6. inf. de leg. hered. sed etiam in una eademque persona puta omissa ab aliquo vel repudiata bon. possessione Unde liberi, idem postea occupare potest bonorum possessionem Unde legitimi, vel hac omissa, Unde cognati, l. 2. in pr. D. unde leg. l. 1. §. sed videndum, D. de suc. ed. Denique hoc genere idem sibi ipsi succedere potest, illo non item, l. ult. D. eod. & de hoc genere successionis non est hic tit. sed in Digestis tit. Qui ordo in bon. possess. serv. Gradus igitur bifariam accipiuntur, pro gradibus cognationis, & pro gradibus intestati successionis ut l. 1. D. eod. l. 1. D. si tab. test. nul. ext. qui & partes edicti, & capita, & ordines dicuntur.

Enarratio.

TIT. XVI.

GRæce ἐπιφανέως) Basilica in l. 1. §. 2. D. de jur. & fac. ignor. sive ἀγνοχὴ.

In jure autem suorum) L. 1. §. sciendum

est, D. de su. & legit. hered.

Nisi in jure legitimorum] Ulp. tit. xxvi. §. si plures, Cujacius apud Licin tit. xvi. Paulus Sentent. lib. iv. tit. viii. §. in hereditate. Ex nova constitutione Justiniani successioni locus est, §. placebat autem 7. Instit. de legit. adgnat. success.

Et est cur. hac. in re separ. sui) Idem sentit Joannes Faber heic, & ad d. §. placebat, dissentiente Glossa & Fulgosio.

Nec desinunt esse abstentione) L. cum quasi 30. §. sed & si quis 5. vers. sed et si suus, D. de fideicomm. libert.

Et hodie etiam adgnatorum) Ex constitut. Justin. d. §. placebat.

Qui & partes edicti] L. 4. D. de Carbon. ed. l. 1. §. sed videndum, D. de success. ed. l. 2. h. t. l. 1. §. pen. D. de jur. & fac. ign. & tit. Digest. quis ordo in possess. serv.

De Carboniano edicto.

TIT. XVII.

V. tit. 10. lib. 37. D.

Post edictum successorium, proponit aliud quod Carbonianum dicitur, quod tamen in ordinatione edicti perpetui non sequebatur edictum successorium, sed edictum de bonor. possessione contra tabulas promissa liberis præteritis l. 4. C. eod. Nam & Carbonianum edictum potissimum respicit ad bonor. possessionem contra tab. & liberos ætate parvos præteritos testamento patris, quibus fit controversia

bonorum paternorum alio hereditatem suam
vocante, simul atque status. i. qui negantur
esse ex liberis defuncti, & ex eo edicto causa
cognita interim eis usque ad pubertatem bon.
possessio contra tabulas datur, favore puerilis
ætatis dilata plerumque controversia status &
bonorum in tempus pubertatis, ne de statu si-
mul ac de bonis periclitentur antequam suæ
tutelæ facti sint, ut quasi iusta præsumptione
præsumpta pro eis possideant bona, & alantur
ex eis sine metu repetitionis, & exercent ac-
tiones hereditarias, & eis conferatur si fortè
frater emancipatus concurrat. Decretalis est &
extraordinaria bon. possessio, non edictalis &
ordinaria: Nam ex edicto ipso Carboniano
non defertur, sed edicto id tantum compre-
hensum est ut impuberi ex decreto bon. pos-
sessio detur, interquiescente omni adversus
eum lite status & hereditatis paternæ donec in
suam tutelam venerit. Videtur Cu. Carbo au-
ctor edicti fuisse, quem legimus apud Vale-
rium V. VI. Pompeii pueritiæ & bonorum
patris ejus, de quibus controversiam patieba-
tur, acerrimum defensorem & protectorem
fuisse, interposito, ut opinor, decreto, cum præ-
turam gereret, quo lis omnis differretur in
tempus pubertatis. & inde cum decretum Car-
bonianum dicatur l. 2. D. de inf. ven. & cus.
par. puto id quod in ea causa fuit interpositum,
valde probatum & translatum in edictum, &
in jus commune fuisse. Edictum pertinet, ut
dixi ad bon. possessionem contra tabulas, vel
potius subsequitur ei que subservit, sed porri-
gitur etiam ad unde liberi, & nonnumquam ad
secundum tabulas, & ut actio de peculio, & hæc

bon. possessio comparata ad exemplum Carbonian. decreti hodie est τ *πρόσι*, non propria quædam bon. possessio, nisi quatenus pupillaris pubertate finita, nec perpetuum jus tribuens. Edictum quoque loquitur tantum de controversia, an puer sit inter liberos defuncti, quæ quæstio est de statu familiæ, sed porrigitur facillimè etiam ad statum capitis, ut l. 1. hoc tit. l. 1. §. sed & si quis D. eod. Nam ut ait, magis consulendum est his quibus majus periculum intenditur, & majus periculum est capitis quàm familiæ, & ita Herodes *ὡς ἐπὶ πολιτείας. οἷς κίνδυνος οἰκοιότατος γίνεται, τῆτοις ἀν' ἀσκαῖ ὄν ἐσι μάλιστα μόλειν.* Derogari huic edicto per edictum de custodiendo partu, si qua eo migrasset, ostendit l. 2. hujus tit. & l. 2. D. de inf. ven.

Enarratio.

TIT. XVII.

UT quasi justa præsumpt.] L. 3. §. ult. D. eod. & l. 3. §. ult. D. ne vis fiat ei qui in possess. miss.

Exerceant actiones heredit) L. pen. D. eod.

Et extraordinaria) L. 3. §. ult. D. eod.

Apud Valerium v.] Cap. 111. 5.

Et vi. Pompeii) Cap. 11. 8.

Ad bonor. poss. cont. tab.) L. 1. §. Pomponius & l. 3. D. eod.

Et ut actio de peculio) Vide ad lib. iv. tit. xxv.

Quatenus pupill. pubert. fin.) L. 3. §. 2. D. eodem.

Nec perpetuum) Sed in tempus pubertatis.

Per edictum de custod. partu) Finge quem decessisse relicta uxore pregnante, nec eam denuntiasse proximioribus cognati defuncti se esse pregnantem, & ut mitterent, si vellent legitimas personas, quæ ventrem inspicerent, & custodirent : edito partu, si fiet controversia status, & bonorum paternorum, edicto Carboniano locus non erit.

Unde vir & uxor.

TIT. XVIII.

V. tit. II. lib. 38. D.

Post edictum successorium, quo datur successio inter eos qui ex parte Unde liberi, vel Unde cognati, vel etiam secundum Justinianum ex parte Unde legitimi vocantur, & post edictum Carbonianum, quod etiam his omnibus edicti partibus aptari constat, meritò subjicitur ea pars edicti qua post cognatos prætor virum & uxorem vocat ad conjugis intestati hereditatem, quia ad hanc partem neque successorium, neque Carbonianum edictum aptari potest, Nam & plures in eo ordine personæ non sunt: quàm vir & uxor, & ex eis nemo pupillus est. Et huic parti igitur locus est si deficient omnes superiores, & si justum sit matrimonium, & si uxor in manu viri non fuerit: Nam quæ est in manu viri cum filiis communibus marito ab intestato succedit in lege XII. tab. tanquam filia & suus heres patri, vel ex prima parte Unde liberis bon. possessio deferretur. Et rectè Theod. & Valent. l. ult. C. Th.

de leg. her. fisco nostro jura matrimonii præponimus.

Enarratio.

TIT. XVIII.

NEquè Carbon. edict. aptari potest] Ut qui omittat successionem vel repudiet, eam transmittat ad insequentem gradum.

Si justum sit matrimonium) Uxor ὡς κυρίας
ἢ καὶ νόμιμα γαμωτὴ καλεῖται: Uxor enim proprie
vocatur conjux legitima, Thalelæus heic.

Et si uxor in manu viri) Vide Ulpiani tit. ix.
xxii. xxvi. & Observ. vi. 40.

De repudianda bonorum possessione.

TIT. XIX.

Hic titulus respicit ad edictum successio-
rium quo repudiandæ vel petendæ bonor.
possessioni præstituta sunt certa tempora, vide-
licet ut primis intra ea tempora repudiantibus,
vel non petentibus sequentes ex edicto succe-
dant: Nam qui semel repudiat in jure & solem-
niter omnes jus suum perdit, ita ut recipere
id nullo modo possit, l. i. §. qui semel D. de
succ. ed, l. i. §. plane si tempora, D. si tab. tes.
nul. ext. l. i. hoc tit. & sequentes statim vo-
cantur. & notandum quod ait l. 2. filios. dela-
tam bon. possessionem, cujus emolumentum
patri pleno jure adquiri potest si filius eam
agnoverit jussu aut voluntate patris, patrem
repudiare non posse in fraudem filii sine con-

sensu ejus, ne scilicet ei fiat præjudicium & injuria, & mox fortè patrif. factò non sit integra & incolumis adquisitio bon. possessionis, quod obtinet etiam in hereditate, legato, fideicommissò delato filiof. l. renitente inf. de jur. del. l. ex repudiatione inf. de fideic. & longe alia ratio liberi hominis & servi: Nam servo delata dominus repudiare potest etiam invito servo, l. legatum, D. de leg. 1. l. 1. §. per servum, D. de succ. ed. quia servus pro nullo habetur l. 1. D. de jur. del. & ita est accipienda l. 2. hujus tit. & vero semper in interpretatione legum ille casus assumendus est, qui est difficilior, quique plus dubitationis habet, l. quod Labeo, D. de Carb. ed.

Enarratio.

TIT. XIX.

Patrem repudiare non posse] Forte enim bonorum maternorum, aut aliorum cognatorum possessio competebat filio, ut est in Basilicis. Græci etiam hanc constitutionem accipiunt de bonis quæ acquisitionem effugiunt. Sed verius est, constitutionem procedere & in his quæ patri pleno jure adquiri possunt, ut heic scribit Cujacius. Quod igitur paterfamilias factus eam possessionem agnoscere possit, merito pater filiofamilias delatam possessionem repudiare non potest id fraudem filii. Eademque ratione utitur heic Fulgosius.

Et ita est accipienda) Nam si legem illam accipias de filio emancipato, sive de filiofamilias & bonis castrensibus, quæ ei deferuntur, nec

possunt adquiri patri, nullus est labor, ut ait Cujacius in recitatione.

De collationibus.

TIT. XX.

V. tit. 6. & 7. lib. 37. ff.

Hic titulus terminat & claudit tractatum de bon. possessionibus, & propriè respicit ad bonorum possessionem contra tab. quæ datur potissimum liberis emancipatis præteritis etiam existentibus suis heredibus, si modo ut edicto prætoris comprehensum est emancipati parati sint suis heredibus. i. fratribus qui in potestate manserunt heredibus institutis, vel etiam præteritis, bona propria, quæ moriente communi patre habuerunt in medium conferre re ipsa. i. divisione, vel cautione collationis, ut l. 1. §. jubet, D. eod. vel cautione defensionis, ut l. 2. hoc tit. vel remissione, & ut Græci loquuntur, *παρὰ τοσούτον λήψει*, ut l. 5. hoc tit. l. cum post §. pen. D. de adm. tut. nam ut eleganter Ulp. ait lib. Reg. æquissimum putavit prætor, neque emancipatos bonis paternis carere per hoc quia non sunt in potestate, neque præcipua bona propria habere cum partem sint ablaturi suis heredibus. Ratio igitur una injungendæ collationis hæc est, quia suos emancipati injuria quodammodo & incommodo adficiunt, dum eis bonorum paternorum partem detrahunt beneficio prætoris, qui in omnia bona vocabantur soli jure civili, & altera, penè eadem, quia emancipati qui in

bona patris concurrere volunt cum fratribus qui in potestate manserunt, jus suorum heredum habere volunt cum fratribus qui in potestate manserunt, jus suorum heredum habere volunt. Suorum autem heredum quæ sunt, patris sunt, itaque ea quæ sua sunt, tanquam sui heredes in commune redigere debent, ut qui se adæquant cum suis, nihil etiam ut sui sibi proprium aut præcipuum esse ducant, excepto peculio castrensi, aut quasi castrensi, quia & id in potestate manentes præcipuum haberent l. cum duobus §. idem Papin. D. pro soc. Et aptatur etiam hic tit. ad bon. possessionem Unde liberi, & ad querelam inofficiosi testamenti l. 4. & 9. ut liberis hoc tit. & aliquatenus etiam ad causam publicatorum bonorum l. 8. inf de bo. prof. & generaliter collatio fit inter suos & emancipatos ab intestato, & est commistio igitur sive confusio bonorum propriorum cum paternis, quæ fit inter fratres ab intestato, ut ea omnia inter se partiantur ex æquo. Ex testamento vero emancipati, qui successionem obtinent jure institutionis, vel legati, aut fideicommissi, collatione non funguntur l. 1. hoc tit. l. 23. D. si quis om. cau. test. l. ut sup. com. utr. jud. nisi hoc ipsum testator jusserit, quia ex testamento liberi non veniunt ut liberi, sed ut extranei, l. 1. §. Pomponius D. de Carb. ed. l. 10. hoc tit. & æqualitas illa atque communio quam collatio constituit eis tantum apta & conveniens est, qui succedunt in bona demortui jure liberorum, qui que simul veniunt jure fraternitatis, quod ipsum per se nomen nihil aliud est quam æqualitas & communio. Verum ex No. 18. etiam ex testa-

mento locus est collationi, quod præsumatur per oblivionem patrem omisisse collationis præceptum, & omissa per oblivionem plerumque haberi in jure soleant pro expressis l. ult. D. de lib. leg. l. Seia D. de instr. leg. l. quingenta, D. de prob. §. sed fœminini, Inst. de exh. lib. Conferunt autem emancipati suis jure veteri tam adventitia quàm profectitia, quæ quæsierunt ante mortem patris, & habuerunt tempore mortis ejus, deducto ære alieno, ut l. 6. hoc tit. l. 1. §. qui ab hostibus, & §. si emancipato D. eod. quoquo modo emancipati sint. Jure novo profectitia tantum. Sui quoque qui proprium aliquid habent, veluti dotem profectitiam, aut adventitiam jure veteri, vel donationem propter nuptias, vel quæ alia bona adventitia, non etiam jure novo, l. 2. inf. de bo. mat. quia & hæc & illa dos filio filiaevæ familias proprium patrimonium est, non quasi patrimonium. Emancipatis autem sui non conferunt dotem adventitiam, l. 4. hoc tit. ne duplici incommodo adficiantur, concursu emancipati & collatione dotis adventitiæ, dotem profectitiam conservat, quia hanc æquius est suæ origini restitui & confundi cum bonis paternis, cum & morte filiaæ soluto matrimonio redeat in bona paterna, adventitia autem apud maritum remaneat. Cur verò sui suis cōferant, emancipati emancipatis non conferant l. 9. h. t. l. 1. §. ult. l. 2. §. si tres, l. 3. §. quotiens, D. eod. si quæras, respondebo, suos eos tantum fungi collatione qui proprium aliquid habent, & in eo quod proprium habent pro emancipatis, sive patribus. haberi, & quasi emancipatos id inter se conferre. Cætera autem

bona emancipati invicem non conferunt, quia alteri oneri vel incommodo non est, cum jura eorum sint omnimodo paria, excepta dote & donatione propter nuptias profecta à parente eo in cujus bona veniunt, ne meliore conditione sint quam sui, qui & ea inter se conferunt. Est & eorum collatio inter eos liberos, qui parenti defuncto, veluti matri aut avo, vel proavo materno, nec inter suos sunt, nec inter emancipatos l. 17. & inter cognatos transversi ordinis, sed parvos tantum, amitas, avunculos, materteras, & filios fratrum, sororumque pariter succedentes defuncto parenti, ita ut patruus & cæteri in medium conferant dotem vel donationem propter nuptias pro se datam vel promissam, filii autem fratrum vel sororum dotem pro suo patre vel matre datam, vel donationem propter nuptias patris & cæteris l. 19. & dotem pro seipsis datam non patris, sed invicem, ut l. 1. §. si fit nepos, D. de coll. do. l. 1. §. ult. De con. cum em. lib.

Enarratio.

TIT. XX.

SI modo ut edicto Præt.) Ulp. tit. xxviii.
emancipatis.

Et ut Græci loquuntur) Ad leg. 5. hoc tit.

Ulp. ait libro Regul.) Apud Licinium Rufinum tit. xvi.

Injuria quodammodo] Ut in l. 3. D. de dot. collat.

Æqualitas & communio) Ut in Eumenii gratiarum actione Flau. nomine, v. sup. libro

iv. tit. pro socio.

Jure novo profectitia tantum) l. ult. hoc tit. & usumfructum adventitiorum : hæc enim si in potestate remansissent, parentibus quæfivissent, ut addunt Basilica.

Sui quoque qui proprium al. hab.] Suis sui conferunt dotem profectitiam, vel donationem propter nuptias, quæ alia quædam dos est, *αὐτὴν πρῶτον*.

Proprium patrimonium est) l. filium 4. D. de collat. bonor.

Suos eos tantum fungi collat.] Nam simul veniunt ad bona intestati patris.

Sive patribusfamil.) Ut in castrensi peculio l. 2. D. ad Senat. Macedon. l. pater 15. §. 2. D. de castr. pec.

Est & eorum collatio] Dotis vel donationis propter nuptias, quæ profectæ sunt à matre vel avia, quibus simul succeditur, vide Cui. libro III. Observ. capite xxx.

De testamento militis.

TIT. XXI.

V. tit. I. lib. 29. D. & tit. II. lib. 2. Instit.

POSTEAQUAM egit de bonorum possessionibus, quarum beneficio jure prætorio velut heredes in bona de mortuorum succedimus, transit ad hereditates, quæ jure civili deferuntur, & servat ordinem legis 12. tab. quæ prius de judiciis testantium, & sic deinde de successione ab intestato loquitur, quem ordinem etiam in suis edictis sequuntur prætores & proconsules

consules. Cùm autem testantium alii testentur jure singulari ut milites, alii jure communi civium Romanorum, ante omnia vult se expedire jure singulari dato titulo de testamento militis. Et nuda quælibet voluntas militis de divisione bonorum suorum, vel rei familiaris decretum à milite quoquo modo factum contemplatione mortis, justum & legitimum testamentum est ex Constitutionibus principum, quæ veniam dant imperitiæ & simplicitati eorum, l. impuberi, D. de adm. tut. si quid forte in testamento faciendo minus perire minùsve legitime fecerint. & aliis in bonis, alióve tempore eos patiuntur esse testatos, aliis bonis, alióque tempore intestatos. & silentio permittunt ut possint exheredare filios suos. & ut legata quæ reliquere in testamento suo solida præstentur sine deminutione Falcidiæ. & ut directo in secundum casum extraneo heredi scripto vel filio puberi substituunt non inutiliter. & pleraque alia quæ pagani non habent. Milites sunt qui in numeros relati stipendia merent, & in expeditione occupati sunt.

Enarratio.

TIT. XXI.

Servat ordinem legis XII. tab.) ut vel ipsa lex XII. ostendit his verbis concepta: *Paterfamilias uti legassit*, cui subjicitur, *Ast si intestatus moritur, &c.*

In suis edictis seq. Prætores.] Nam primore loco proponuntur bonorum possessiones ex testamento, *si tubula testamenti extabunt*, tum

bonor. poss. ab intestato, si tabula testamenti
nulla extabunt.

Minus perite] Ex l. pen. §. ult. D. de leg. 2.

Aliis in bonis] Veluti in paganis, tantum
vel in castrensibus, l. 1. & 2. hoc tit. eo colore
quasi duorum hominum duæ sint hereditates,
l. si certarum 25. D. famil. ercisc.

Alioque temp. intest.) Miles potest heredem
ad tempus instituere, l. certi 8. h. tit.

Et silentio permittunt] Si sciat se filium ha-
bere, alioquin testamentum nullum est, l. 9.
& 10.

Solida præstentur) Lex Falcidia in militis
testamento cessat, l. 12. h. tit.

Et ut directo) l. 6. h. t. Paganus precario
tantum §. ult. Instit. de pupill. substit.

In secundum casum] In casum acquire
hereditatis & mortis.

In numeros] l. 4. l. quod dicitur 38. l. ex eo
42. D. de testam. mil.

In expeditione occup.) l. pen. h. t. *ἐν στρα-
τοπέδῳ*, in castris, Inst. eod. in princ. & §. sed
hactenus.

Qui testamenta facere possunt
vel non.

TIT. XXII.

V. tit. 12. lib. 2. Instit.

EXplicato jure singulari, quod in testamen-
tis militum locum habet mox, transit ad
ordinem jusque commune. i. ad regulas juris
secundum quas pagani testantur. & quia prior

est quæstio semper de personis quam de solemnitate juris, l. quidam, D. de jur. cod. l. 4. D. qui test. fac. poss. ideo hoc titulo in primis declarat, qui testamenti factionem habeant. Pendet verò hæc res ex XII. tab. in quibus ita scriptum est, *Paterfamilias uti legassit super pecuniæ tutelæve suæ ita jus esto.* Non dat testamenti factionem filios. non de pecunia aliena, sed de sua, quo nomine continetur etiam communis, ut super ea quisque pro parte sua testari possit, l. 1. hoc tit. Et de tutela quod additur, hoc est, ut liberis tantum suis impuberibus testamento, non alienis tutorem instituere paterfamilias possit. De spadonibus quod est in l. 5. vel ad Eunomianos hæreticos respicit, l. 17. cod. Theod. de hæret. vel ad cubicularios principis, l. 2. inf. de præ. fac. cub. l. 2. inf. de privil. eor. qui in pal. mil. Cætera in hoc titulo facillima sunt.

Enarratio.

TIT. XXII.

Paterfamilias) Auctor ad Herennium 1.
Ulpian. tit. XI. l. 120. D. de verb. sign. vide
Instit. de lege Falc.

Sed de sua] l. testandi 13. inf. tit. prox. l. conficiuntur 8. §. si post factum, D. de jure codicil.

Testamento] vel codicillis testamento confirmatis, l. 3. D. de testam. tut.

Non alienis) Tutela jure patrio mandatur, l. impuberi 40. D. de admin. tut. emancipatis igitur pater non jure tutorem dat, datus ta-

men sine inquisitione confirmatur, sicut confirmandus est, quem extraneus impuberi heredi instituto dedit, l. 1. & 4. D. de confirm. tut.

Tutorem instituere.] Sic loquitur Cicero pro Sextio, & alibi.

At Eunomianos hæreticos] Vide librum xvii. Observ. cap. xxiv. & Samuelem Petitem Observ. libro ii. cap. vii. & Jacobum Gothofredum in Philostorgii historiam Ecclesiasticam libro ix. cap. iii. Petito Cujacii sententia non probatur, Gothofredus Theodosii constitutionem emendare conatur.

De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinantur.

TIT. XXIII.

V. tit. 10. lib 2. Instit. & tit. 1. lib. 28. ff.

DE testamentis, id est, de variis generibus testamentorum, deque eis aperiendis, & apud acta publicandis ab ipso testatore, ut, si quando intercidant, sit unde fides eorum peti possit. Et quemadmodum testamenta ordinantur. i. de solemnitatibus & regulis juris, quas in testamentis servari opus est. quæ duæ inspectiones ita invicem conjunctæ sunt atque connexæ, ut simul explicari possint & debeant. Et est quidem aliud genus testamenti, quod mysticum dicitur, cujus solemnities explicat l. 21. Aliud quod fit per nuncupationem d. l. 21. 3. per nuncupationem, quorum in utroque seprem **Classici** testes exiguntur. Est & aliud

quod fit precibus principi oblatis ex l. 19. & No. Valentiniani de testam. Alia genera testamentorum antiqua obsoleverunt, & nominatim id quoque, quod per æs & albram fiebat, boletur l. 15.

Enarratio.

TIT. XXIII.

QUod mysticum dicitur) Constantinus Harmenop. libro v. tit. i. §. xxxii.

Classici testes] Festus: *Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur.*

De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt.

TIT. XXIV.

V. lib. 2. Inst. tit. 14. & lib. 28. ff. tit. 1.

Quia heredis institutio caput & fundamentum est totius testamenti, ideo prælato generali titulo de testamentis, de partibus eorum dicturus ab heredis institutione initium facit, à qua etiam plerumque testatores ipsi incipere solent. Certe ex heredis institutione vel substitutione testamentum cognoscimus, non codicillos defunctum facere voluisse, l. 14. sup. tit. prox l. illud §. 1. D. de ju. cod. nec enim alio genere, quam testamento heres institui vel substitui potest. Idcirco ait, De heredibus instituendis, quia omnino heredes iustituendi

sunt, si quis testamentum facere velit. & vel sola heredum institutio testamentum est. Sequitur, Et quæ personæ heredes institui non possunt, puta incertas personas institui non posse, vel incerta corpora, veluti collegia, nisi id eis specialiter concessum sit, l. 8. Collegio Judæorum non est concessum, l. 1. sup. de Judæ. Collegio Christianorum est concessum, l. 1. sup. de sac. eccl. sed & civitatibus omnibus ex l. 12. Olim non utique omnibus, quia civitates incerta sunt corpora, non populis omnibus, non populo Romano sine auctoritate Senatus hereditatem delatam alieno testamento adire fuit permissum. Peregrini quoque & advenæ heredes institui non possunt: nam & testatorem, & testes, & heredes cives Romanos esse oportet, l. Divus, D. de jur. fis. l. 1. hoc tit. l. 36. Cod. Theod. de hæret. nec servi alieni, vel communes si cum domino eorum testamenti factio non sit l. 10. nec proprii sine libertate justa. i. quæ Civem Rom. faciat nec instituti ut filii, vel ut fratres, vel ut liberti ab eo qui non aliter instituturus eos erat quam si filios aut fratres, aut liberos suos esse credidisset, ad hereditatem venire possunt, l. 5. sup. tit. prox. l. 3. & 4. & 7. hoc tit. l. 1. §. ult. D. de Carb. ed. l. auferatur in pr. D. de jur. fis. & servanda differentia l. 4. & 7. ut portionem adoptivii fratris tanquam indigni non auferat fiscus, suppositivii auferat. in hoc esse indignitatem, non in illo.

Enarratio.

TIT. XXIV.

CApit & fundam. est] §. ante heredis, Instit. de legat.

A qua etiam plerumque) l. 1. D. de hered. instit.

Quam testam.) §. codicillis, Inst. de codicil.

Quia omnino heredes instit.) Inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale jus est de heredibus instituendis: nam vis & potestas testamenti ab heredis institutione incipit, Ulpianus tit. xxiv. §. ante heredis.

Et vel sola heredum) d. l. 1. §. 3.

Quæ pers. hered. inst. non poss.) Qui institui possint, intelligemus, si scierimus qui non possint Ulpianus vero promiscue docet, qui heredes institui possint, vel non, tit. xxii.

Putat incertas personas) Quia certum consilium debet esse testatis, Ulp. d. t. xxii. §. incerta.

Quia civitates incerta sunt corp.) Ulp. d. tit. §. nec municipia.

Adoptatitii fratris) quem quis adoptavit in locum fratris, cujusmodi adoptio nulla est: adoptio enim naturam imitari debet: nemo autem sibi fratrem gigni, ut ait Interpres Græcus ad leg. 7. h. t. Sed si quis aliquem ut filium instituat, qui est supposititius, quem non instituisse, si nosset supposititium, institutio non valet, & ei supposititio fiscus hereditatem eripit tanquam indigno. In supposititio est indignitas quædam.

Supposititii) Qui subditicius in l. 4. Sic enim legitur in cod. Menagii & Brodæi. Glossæ: ὑποβολιμαῖος, *subditicius*, quanquam non male in aliis legatur, subditus. Glossæ Philoxeni *subditus*, ὑπολιμαῖος. Terentius Heaut. Actu v. Sc. III.

De institutionibus & substitutionibus, seu restitutionibus sub conditione factis.

TIT. XXV.

V. tit. 7. lib. 26. ff.

Hic titulus est de conditionibus, quæ injiciuntur instit. & substit. precariis, quæ restitutiones dicuntur, quia Græci ἀποκαταστάσεις etiam substitutiones precarias vocat. De directis substitutionibus est l. ult. sed non de conditionibus eis oppositis, quia etsi substitutio omnis directa videatur esse conditionalis, quod concipiatur in casum, tamen ut ipsa non est conditionalis, nisi alia quam juris ex ipso testamento ei sit inserta conditio, veluti si navis ex Asia venerit, l. qui liberis, D. ne vulg. sub. & facile tamen fero poni ultimo loco hujus tit. eam legem propter vicinitatem tituli seq. qui est de substitutionibus directis. Nulla vero in hoc tit. proponitur substitutio directa conditionalis, & ut in l. 6. illo loco, substitutioni vel restitutioni, & l. 7. illo, ἀποκαταστάσει ἢ ὑποκαταστάσει, & in l. ult. inf. Com. de leg. Substitutione vel restitutione, item, Quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutione

posita, ita in hac rubrica articulum, Seu, non ampliandi, sed explicandi causa additum opinor. Institutio est scriptura prima testamenti, quæ primo heredi hereditatem defert, vel statim à morte testatoris si sit pura, vel ex conditionis casu. Restitutio vel substitutio precaria est hereditas per fideicommissum ab herede relicta. Conditio est futuri eventus casus incertus, vel huic titulo accommodatus, lex adjecta institutioni aut fideicommissio, quæ effectum ejus differt in futurum & incertum eventum. Vel, lex certa qua testator probabili consilio ductus alium ad testamentum suum invitatur. Et alia potestativa, quæ est in potestate & arbitrio heredis instituti, alia in casu & eventu futuro fortuitoque, quæ casualis dicitur alia mixta, cujus eventus pendet, partim ex voluntate heredis instituti, partim ex casu, l. unica §. fin. autem aliquid inf. de cad. tol. l. ult. inf. de nec her. inter quæ genera conditionum differentia quædam notatur in l. 4. & aliis legibus de plerisque aliis horum genorum conditionibus tractatur, quæ vel remittuntur, ut conditio divortii, vel non remittuntur, & de earum interpretatione, & de tempore quo implendæ sunt.

Enarratio.

TIT. XXV.

Quia Græci ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς) Nov. xxxix. cviii. cxxii. cap. xxxvii.

Scriptura prima testamenti] Quia vis & potestas testamenti ab heredis institutione inci-

pit, Ulp. tit. xxiv. institutio est veluti caput & fundamentum totius testamenti, §. ante heredis, Instit. de legat & ab ea testatores initium facere debent, l. i. D. de hered. instit.

Quæ primo heredi] Heredes instituti dicuntur, qui primo gradu scripti sunt, Ulp. tit. xxi. §. heredes.

Differentia quædam notatur in l. 4.) Filius in potestate sub conditione potestativa recte instituitur, l. 4. D. de hered. inst. nec in ejus defectum necessaria est exheredatio, sub casuali non potest: nisi in defectum ejus exheredatus sit, l. 4. hoc tit. sed neque sub mixta. Filia autem vel nepos suus sub omni conditione institui possunt, l. i. §. sciendum est, D. de su. & legitim. hered. non subdita exheredatione. Ita Cujac. & è veteribus Fulgosius ad d. l. 4. Odofredus putat, idem esse in nepotibus quod in filio.

Ut conditio divortii) l. 5. vel conditio liberorum in constitutione Græca, quæ in hoc tit. desideratur.

Vel non remittuntur) L. 2.

Et de earum interpretatione) In l. generaliter 6.

Et de tempore) In l. si quis heredem 7.

De impuberum, & aliis substitutionibus.

TIT. XXVI.

V. lib. 2. Inst. tit. 15. & 16. & 28. D. tit. 6.

Dixit titulo superiore de substitutionibus precariis & conditionibus earum, hoc ti-

tulo dicturus est de directis, quæ post institutiones sequentem partem locumve in testamenti occupant, de quibus etiam antevertit dicere, l. ult. tit. superioris, ut hoc veluti nudo hunc ei connecteret, cui similem adnotabo tit. 59. Et ut primum constituamus quid sint directæ, sunt institutiones heredum, quos vel nobis ipsis facimus in priorum locum, vel quibusdam liberis nostris non habentibus testamenti factionem. His verbis notamus duos tantum substitutionum casus, ut l. precibus hoc tit. qui & eventus dicuntur, l. jam hoc jure, D. eod. & causæ, l. cum ex filio §. filio D. eod. Primo casu, si primo gradu institutus heres esse nolit, aut non possit, alium in locum partemve ejus nobis heredem substituimus. & hæc est substitutio vulgaris, quæ communi jure fieri ab omnibus & omnibus potest. Secundo casu si liberi nostri moriantur antequam habeant testamenti factionem, puta impuberes aut mente capti, heredem eis damus, quem substitutum vocamus, quod post heredem, quem nobis instituimus prima parte testamenti, eum subjiciamus & substituamus liberis, quos in potestate habemus, ita ut duo testamenta sint, unum quod facimus nobis, alterum quod facimus liberis nostris impuberibus, quod dicitur pupillare testamentum, pupillaris substitutio, pupillares tabulæ, secundæ tabulæ. appellatio enim secundarum tabularum pupillari tantum substitutioni convenit & secundi heredis quàm secundarum tabularum latior appellatio est: nam & substitutus vulgariter, & coheres adjectus primo loco heredi instituto, secundus heres est. Vulgaris sub-

stitutio primarum & principalium tabularum locum obtinet, & coheredis adjecto multo magis. Porro ad exemplum pupllaris etiam liberis mente captis, quos in potestate habemus in similem casum, Si mente capti decesserint, substituere possumus ex Constitutionibus Justiniani. namque olim moribus hoc tantum datum erat parentibus, ut liberis impuberibus testamentum facerent in hunc casum, Si impuberes decederent, non mente lapsis in illum, nisi ex speciali beneficio principis, l. ex facto, D. eod. Hodie idem possunt etiam sine venia principis ex l. humanitatis h. tit. liberis autem mutis, aut surdis, nec hodie sine venia principis. Si igitur casus substitutionum spectes, duæ tantum sunt species substitutionum. & vero casus potissimum spectari oportet, quia causæ hi sunt substitutionum. Si personas quibus fiunt, aliæ fiunt liberis impuberibus, aliæ mente captis ipso jure, aliæ mutis aut surdis beneficio principali, sive instituti sint, sive exheredati in secundum casum, aliæ extraneis, vel liberis quibuscunque heredibus institutis in primum casum. Et rursus, vel fiunt expresso alterutro casu, quæ simplices substitutiones dicuntur, vel utroque expresso, quæ duplices & vulgari pupillares, vel nullo generaliter & compendio orationis, veluti, Heredes meos invicem substituo, vel, Illum illi substituo, ut l. precibus, vel Sempronius Plotii heres esto, cum est Plotius primo gradu à testatore heres institutus, l. ult. sup. de her. inst. vel cum est Plotius testatoris filius impubes, cujus testator potestatem habuit.

Enarratio.

TIT. XXVI.

Post institutiones seq partem] Substituti
secundo gradu, vel sequentibus scribuntur,
Ulp. tit. xxii. §. heredes.

In priorum locum) Si nobis heredes non
exstiterint.

Vel quibusdam liberis nostris &c.) Liberis
nostris impuberibus, quos in potestate habe-
mus, quique per ætatem sibi testamentum fa-
cere non possunt.

Aut non possit] Ut in l. 3. sup. tit. xxiv. & §.
quum autem, Instit. de hereditat. quæ ab in-
test. defer.

Quæ communi jure fieri) Ut jus commune
dicitur, quo utuntur pagani & milites in l. 15.
D. de vulg. & pupill.

Ab omnibus & omnibus) Fit liberis etiam
puberibus à patre vel à matre. Imo & extra-
neus extraneo quoque utiliter ita substituit.
Pupillaris liberis impuberibus à patre, non
etiam à matre vel extraneo.

Aut mente capti] De his inf. dicetur.

Prima parte testam.) Horatius serm. ii.

v. — *Qui prima secundo*

Cera velit versu : solus multisne coheres.

Eum subjiciamus) Substituere est in locum
deficientis heredis alterum subrogare & sufficere

Quos in potestate habemus) Emancipatis
igitur eo modo substitui non potest, l. 2. D. de
vulg. Miles tamen jure proprio emancipato
filio substituere potest, l. miles 41. §. 3. D. de

testam. mil.

Ita ut duo testamenta sint) Duo quodammodo testamenta, aut certe unum testamentum duarum hereditatum, §. 2. Instit. de pupill. subst. l. 1. §. 4. D. de vulg. l. si is qui testamentum 25. D. qui test. fac. poss. unus enim testator est.

Nam & subst. vulg.] Substitutus vulgarimodo secundus heres est, l. ex facto 43. §. 2. D. de vulg. Sueton. Julii c. LXXXII. Augusti cap. ult.

Coheres adjectus] Substitutus ab herede adjecto differt, l. qui non militabat 78. §. ult. D. de heredib. instit. nam hic coheres est, l. verbis 7. D. de vulg. l. si heres 7. D. famil. exercisc. §. ult. Inst. de legat. Substitutus non item. Imo & secundus heres est, l. si is qui testamentum 25. D. de hered. instit.

Primo loco her. inst.) Heres institutus primo loco scriptus dicitur, Paul. sent. III. tit. v. §. si inter.

Principalium tabularum] Principale testamentum, principales tabulae pro testamento paterno, l. post legatum 5. §. qui principale, D. de his, quae ut indig. l. 2. §. 1. D. de vulg. l. sicut II. D. testam. quemadm. aper. pupillare testamentum, secundae tabulae, d. §. qui princ. & d. l. II. & passim, & pupillo substitutus, heres secundus Horat. serm. II. 5.

— & scribare secundus

*Heres, & si quis casus puerum egerit oreo,
In vacuum venias.*

Porro ad exemplum pupill.] §. 1. Instit. de pup. & l. 9. h. t. unde exemplaris vulgo dicta.

Quos in postate hab.) Mater igitur hoc

modo non substituit, vide quæ dixi ad notam
posteriorem Cujacii §. 1. Instit. de pupill.

Libertis mente captis.] Quid si mente capti
sint impuberes? Plerique non putant distin-
guendum. Joannes Faber ad d. §. 1. num. 9. &
10. & Odofredus heic. Fulgosius putat, impu-
beri quasi pupillariter non substituti, ad l. hu-
manitatis num. 5. argumento legis 3. D. de tu-
tel

Namque olim moribus) Vulgaris substi-
tutio descendit ex lege XII. tab. l. verbis 120.
D. de verb. signific. pupillaris moribus intro-
ducta est, id est, jure civili, l. ex facto 43. D.
de vulg.

Nec hodie sine venia princ.) Jus novum stri-
cte accipitur, etiamsi eadem sit ratio, ut notat
Glossa, & DD. in authent. quas actiones sup.
de sacros. eccles. Fulgosius ad leg. VII. inf. de
his quæ ante apert. tab.

Aliæ mente capt. ipso jure) Citra benefi-
cium principis.

Sive exheredati] Pupillis exheredatis pupil-
lariter substitui potest, §. non solum 4. Instit.
de pupill. subst. quia substitutio pupillaris ju-
re potestatis fit. Sed & mente captis exhereda-
tis substitui potest. vide Cujacium ad d. l. ex
facto.

Vel libertis quibuscumque] Impuberibus
vel puberibus, sive in potestate sint, sive sui
juris: nam eis ut extraneis substituitur.

Hereditibus institutis) Nam in persona exhe-
redati inepta est substitutio vulgaris.

Quæ simplices substit. &c. L. 1. §. 1. & 14. §.
2. de vulg.

Et vulgari pupillares] Theoph. Instit. de

pupill.

Heredes meos invic. subst.) ut in d.l. §. 1. & substitutio mutua dicitur in l. cūm proponeretur 64. D. de legat. 2.

Illum illi substituo] Si filius meus intra annum xxv. decesserit: vel: quodocunque filius meus decesserit: Mævium illi substituo.

Plotii heres esto) Hæc est vulgaris: inest enim conditio, si Plotius heres non erit.

Filius impubes) Substitutio pupillaris non expressa conditione, si impubes decesserit.

De necessariis heredibus instituendis vel substituendis.

TIT. XXVII.

V. lib. 1. Instit. tit. 6. in pr. & lib. 2. t. 19. in princ.

CUm ante dixisset de heredibus instituendis vel substituendis, nunc heredum qui instituuntur vel substituuntur divisionem & qualitatem exequi parat. nec enim omnium heredum eadem est qualitas, non idem omnium jus in omne jus mortui. Alii sunt necessarii, alii voluntarii, & rursus necessarii alii sunt sui, alii necessarii tantum, non sui. De necessariis tantum est hic tit. De suis xxviii. & xxix. De voluntariis xxx. Et necessarii quidem sic dicuntur, quod dominis à quibus heredes instituti, aut substituti sunt, vel liberis dominorum impuberibus, ignorantes & inviti heredes existunt, adeo ut & pœna coërceantur si eam hereditatem spernant, l. 4.

hoc tit. l. pen. inf. de ju. del. & beneficium abstinendi non habeant, quod tamen prætor dat suis, qui tametsi necessarii sunt, non tamen adeo necessarii sunt, ut à prætore illa necessitate absolui non possint data abstinendi licentia: illi omnino necessarii sunt, ut nec abstinendi beneficium habere possint, l. necessariis, D. de adq. her. Causa autem instituendi necessarii heredis est pudor & existimatio defuncti, quia ab eo plurimum qui solvendo non est, necessarius heres instituitur, ut heredis potius nomine quàm suo bona distrahantur à creditoribus, quod erat infame, adeo ut nec sit honestum heredem dicere, hereditatem non esse solvendo, l. sed & si alio, D. ad Treb. & recte dicat, l. servus C. Th. de inof. test. necessarium heredem infamiam magis, quàm patrimonium consequi, & hæc ratio efficit ut valeat libertas data unico servo in fraudem creditorum, creditoribus non obligato specialiter, l. i. hoc tit. sed & alia pleraque singularia admittit l. etsi sine, §. sed quod Pap. D. de minor. l. fratres, sup. de inoff. test. l. qui potuerunt, D. de man. test. Alia autem est heredum necessariorum juris veteris, alia juris novi definitio. Vetus definitio hæc est: Necessarii heredes sunt servi proprii, qui in eadem causa permanserunt eodem gradu & testamento cum libertate heredes instituti, vel substituti in primum, aut secundum casum. Demas illa verba, Eodem gradu, & testamento cum libertate, & erit definitio juris novi.

Enarratio.

TIT. XXVII.

NEcessarii alii sunt sui) Ulp. tit. XII. §. inter necessario. Huc referri posse videtur illud. Apuleii Metam. libro x. *Habebat filiam parvulam de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulae quod leges necessariam patris successionem deferrent sustinebat ægerrime.*

Quod dominis, &c.] l. 2. §. prius autem l. sed si plures 10. §. 1. D. de vulg. & pup.

Et beneficium abstin. &c.] Ulp. d. §. inter necessarios, l. nam nec emancipatus 89. D. de leg. 1.

Pudor & existimatio def.) defuncti pudori parcitur, ut potius servi quam defuncti nomine bona veneant. Vide Cujacii notas ad §. 1. Instit. qui & quib. ex caus. manum. non poss.

Sunt servi proprii) Nam servus alienus necessarius non est, l. 3. h. tit.

Qui in eadem causa permans.) Nam servus à domino institutus, & post testamentum ab eo manumissus extraneorum numero est, §. cæteri, Instit. de hered. qual. & differ. & voluntarius igitur, non necessarius heres.

Dem. illa v. eodem gradu) Nam ex l. 4. nihil refert. quo gradu servo libertas adscribatur.

Et testamento cum libert.) Nam ex lege pen. §. 1. licet libertas codicillis relicta sit, tamen testamento data præsumitur propter hereditatem quæ testamento data. Sed & libertas ex ipsa scriptura institutionis ei data intelligitur.

De liberis præteritis exhæredatis.

TIT. XXVIII.

V. lib. 2. Inst. cap. 13. & lib. 28. ff. tit. 2.

Hic titulus est de liberis: ergo de suis heredibus; hi sunt liberi, qui in potestate morientis & gradu proximiores sunt delatæ hereditatis tempore, vel de his quos prætor inter suos heredes vocat: hi sunt liberi emancipati, quos prætor adæquat suis denique hic titulus est tam de liberis qui sunt in potestate quàm de emancipatis. Sui & necessarij heredes sunt jure civili. Emancipati voluntarij heredes sunt, quia alieni & extranei heredes cum in familia morientis non sint, nec illi sui dicuntur nisi ad discretionem alienorum, quales sunt emancipati & omnes heredes voluntarij, atque etiam necessarij tantum: nec enim sui sunt. Et præteriti dicuntur qui neque instituti, neque rite exhæredati sunt, etiamsi legata eis, aut fideicommissa relicta sint. Vel, qui in institutionis aut substitutionis gradu, aut in omnibus gradibus silentio omissi sunt. Vel, quorum testator in instituendis, aut substituendis heredibus mentionem nullam fecit. Exhæredati autem sunt, quos parentes à successione sua certo judicio summo verunt. quod fit varie. alii enim inter ceteros exhæredantur, si respicias ad jus vetus, alii nominatim, alii præteritione atque silentio solo, alii ab uno gradu, alii ab omnibus, & in omnem casum.

Enarratio.

TIT. XXVIII.

DElatae heredit. temp.] vide Cujac. ad §. 7. Inst. de heredit. quæ ab intest. defer.

Quos Prætor inter suos her. voc.] Institut. de legit. adgnat. succ. in princ. & de success. cogn. in princ.

Quia alieni & extr. her.) L. ex facto 17. §. ult. D. ad Senat. Trebell. §. extraneis autem, Inst. de hered. qual. & differ.

Et præteriti dicuntur) §. eadem 2. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. L. non putavit 8. §. 2. D. de bonor. poss. cont. tabul. l. pen. inf. de fideicomm.

Etiamsi legata) L. 3. in fi. D. de bon. poss. cont. tab.

Aut in omnibus gradibus] l. i. h. t.

Alii enim intre cæteros) Filius nominatim exheredandus est. Filia, nepos, neptis, & cæteri liberi, vel nominatim, vel inter cæteros, Ulpian. tit. xxii. §. filius, & §. nepotes.

Si respicias ad jus vetus) Quod sublatum est, l. 4. h. t. §. 5. Institut. de exheredat. liberor.

Alii præteritione) ut præteriti à matre, vel avo, aut proavo materno, à liberis, fratribus, aut sororibus, à milite. vide Cujac. ad §. ult. eod. tit.

Alii ab uno gradu] Puta ab instituto tantum, vel substituto.

Alii ab omnibus) ut puta si ante omnes gradus, vel inter institutionem & substitutionem,

vel denique si post omnes gradus exheredentur, & testator id senserint, d. l. 1.

De postumis heredibus instituendis vel exheredandis.

TIT. XXIX.

V. titulos superiores.

Hic quoque titulus est de suis heredibus: nam est de postumis, i. de his qui sunt in utero, quiq; nati nobis sui heredes futuri sunt heredibus instituendis vel exheredandis. i. non prætermittendis. superior tit. est de jam natis hic de nascituris, de quibus etiam cum fuerit finis superioris tituli, ex eo quam bene hic titulus mox illi coaptatus sit intelligi potest. Separati autem dantur tituli de liberis & de postumis, quia sunt & inter liberos superstites & postumos separationes, sive differentiarum plures. Extant hodie quatuor, quintam sustulit finis superioris tituli.

Enarratio.

TIT. XXIX.

Quique nati nobis) §. postumo 26. Instit. de legat.

Vel exheredandis) Hodie postumi exheredatio nulla est: nec enim elogium illi adscribi potest, qui in rebus non est, & sine causa legitima exheredatio non procedit.

Extant hodie quatuor) Prima hæc est. In li-

beris servabatur differentia sexus. In postumis non item : præteriti enim cujuscumque sexus sint , agnascendo rumpunt testamentum , licet postumus illico postquam in terram cecidit , vel in manibus obstetricis decesserit , ut est in l. 3. Statius v. Sylvarum :

— *tellure cadentem*

Excepi. Claudianus in Rufinum :

*Rufinus quem prima meo de matre cadentem.
Suscepi gremio.*

2. Si filius præteritus vivo patre moriatur , non convalescit testamentum , Instit. de exheredat. liber. in princ. Si vero postumus vivo patre nascatur , & illico decesserit , testamentum convalescet , l. postumus 12. D. de ini. rup.
3. Filii jam nati præteritione testamentum statim nullum est : postumi autem nativitate rumpitur , quod ab initio constitit. , l. 3. §. 2. eod. 4. differentia extat in l. 5. eod. Quinta in l. ult. sub fin. sup. tit. 1. quam ibidem sustulit Justinianus.

De jure deliberandi, & de adeunda
vel acquirenda hereditate.

TIT. XXX.

V. tit. 8. lib. 28. & tit. 2. lib. 29. ff.

Hic titulus est de voluntariis heredibus : nec enim jure civili aliis quàm voluntariis heredibus competitus deliberandi , id est , potestas & arbitrium consultandi , utrum expediat adire hereditatem necne , quia inviti non adeunt suo periculo , cùm sint voluntariæ.

Jure prætorio competit etiam suis, quia se abstinere possunt. Necessariis neque civile neque prætorio jure competit. Et ad deliberandum quidem, vel à testatore datur dies, hoc est cretio, vel à judice, hoc est propriè deliberatio, cui dandæ ne omnino esset in arbitrio principis vel judicis præscripta est prescriptio certa in l. ult. §. sed quia h. tit. At si neque à testatore, neque à principe, aut judice datum sit tempus ad deliberandum, fortè nullis postulantis creditoribus, aut liberis exhereditatis, jus ut opinor adeundæ hereditatis est perpetuum, l. 1. inf. de suis & leg. lib. & ita Græci notant ad l. 4. sup. qui adm. τὸ πολιτικὸν δίκημιον χρόνῳ ἐκὰ ποκλείδαι, quibus crediderim magis quam argumentis Latinorum malè ductis, vel ex l. 8. hujus tit. vel aliis locis. Quod autem sequitur in hoc tit. Et de adeunda, etiam ostendit hunc titulum esse de voluntariis heredibus, quibus solis aditio necessaria est, suis aditio aut bon. possessio non necessaria, l. 7. D. de inoff. test. l. 13. hoc tit. Et editio quidem alias accipitur pro cretione, quæ dicitur intra temp⁹ à testatore constitutum. i. pro aditione solemnī, alias pro aditione simplici, sive nuda contestatione amplectendæ hereditatis, qua hodie utimur detractis cretionis solemnib⁹, detracta infinitate superstitum, detractis formulis, detracta corporis hereditarii apprehensione, detracta percussione digitorum. Effectus tamen cretionis manet, & effectu solo inspecto dicitur aditionem hereditatis, esse actum legitimum. Nam & pure fit, & semel, & per heredem ipsum, non per procuratorem nisi Cæsaris, non per tutorem, nisi pupillus infans sit, sed per patrem

rectè volente filioſ. vel etiam eo non volente ſi infans ſit. Quod additur in hoc tit. Vel acquirenda, cauſam aliam præbet, ne ſuos heredes ab hoc titulo omnino ſummoveamus: Nam acquirendi verbum generale eſt, quod complectitur, & cretionem, & aditionem, & immiſtionem, & pro herede geſtionem, & exiſtentiam, & animi deſtinationem ſolam. His enim omnibus modis hereditas acquiritur. & ſuis heredibus aut neceſſariis exiſtentiâ, quæ à Græcis *αὐτὰφαιρος* dicitur, & immiſtione propriè. Rectè igitur dixeris, quòd ſit hic tit. de omni genere acquirendæ hereditatis, & quod prætor etiam ſuis heredibus det tempus ad deliberandum, hunc titulum potiffimum eſſe de voluntariis heredibus, ſed nonnihil etiam ad ſuos pertinere, de quibus eſt l. 3. 8. 13. & initium 19. quorum præcipuum jus in tranſmiſſione delatæ hereditatis, aliquatenus communicatum tamen voluntariis heredibus Conſtitutionibus tribus l. 18. & 19. hoc tit. & l. 1. inf. de his qui ant. ap. tab. Imò acquirendi verbum propriè reſpicere ad ſuos rectè dixeris, ut titulus qui ſequitur, de repudianda vel abſtinenda, convenienter opponatur huic, De ad-eunda, vel acquirenda. Et ſerva hereditatem adiri, vel adquiri triplici via, recta ſi adeas incunſtanter, tardiore ſi habita deliberatione hoc facias, utraque lubrica, & tutiore tertia, quam aperit Juſtinianus in l. ult. ſi factò inventario bonorum defuncti ex fide bona.

Enarratio.

TIT. XXX.

NEcessarius neque civili) Vide sup. tit. XXVII.

Est perpetuum) Quæ fuit sententia Glossæ, Azonis, & aliorum, & refert. Joannes Faber ad l. 19. h. tit. Vide Fulgosium ad l. 8. & quæ dixi libro I. tit. XVIII..

Pro adit. solemnibus) De qua vide Cuj. Observ. libro VII. cap. XVIII.

Pro aditione solemnibus] Aditio non erat antiquitus sine cretione. Itaque actus legitimus erat. hodie sublata cretione, nihilominus manet actus legitimus, ut alibi lib. II. Sem. fusius doceo, cum tu antea semper cretionem ab aditione separasses. P. Faber.

Detracta infinitate superstitum] Infinitas, ut in l. 2. §. omnibus 13. sup. de vet. ju. enulc. & apud Tullium de Offic. I. vide librum IX. Observat. cap. XXIX.

Superstitum) Festus Pompeius: *Superstites presentes testes significat.*

Detractis formulis) De his solemnibus dico ad §. ult. Inst. de hered. qualit. & diff.

Et pure fit & semel) l. eum qui § 1. §. ult. D. de adq. hered. l. si solus §. ult. eod.

Non per procuratorem) l. per procuratorem §. 90. eod. nisi sit procurator Cæsaris, l. 1. §. ult. D. de offic. procur. Cæsar. non per tutorem nisi pupillus infans sit, l. potuit §. l. si infanti 18. §. 2. h. tit. l. servo invito §. si pu-

Cod. Tom. II.

y

pillo, D. ad Senat. Trebell. sed per patrem recte volente filiofamilias, l. filiofam. 4. & l. renitente 11. h. tit. vel etiam sine voluntate filii, si infans sit, d. l. si infanti.

Et suis heredibus aut necess.] Vide recitat. ad titul. de necess. hered. instit. sup.

In transmiss. delatae hered.) Adde legem apud hostes 8. inf. de su. & legit. liber.

De repudianda vel abstinenda hereditate.

TIT. XXXI.

Hic titulus opponitur superiori de adeunda vel acquirenda hereditate, ita ut verbo adeunda ex adverso respondeat verbum repudianda, & verbo acquirenda verbum abstinenda, quæ collatio ostendit in superiore titulo verbum acquirenda propriè pertinere ad suos heredes, qui per immistionem hereditatem acquirunt, sicut in hoc tit. verbum abstinenda constat propriè ad suos pertinere, & sic l. ult. sup. tit. prox. Si respuendam, inquit, vel abstinendam hereditatem esse crediderit. Duæ autem in hoc tit. regulæ potissimum constituuntur: Eum qui acquisivit hereditatem etiamsi damnosa sit, repudiare eam non posse suo jure, beneficio restitutionis posse si minor sit xxv. an. Et eum qui repudiavit, rursus ad ea bona quæ repudiavit redire suo jure per suam personam nullo modo posse, propter alium posse, & jure quoque restitutionis in integrum propter ætatem si res sit integra. Majorem ætate neque suo jure, neque per restitu-

tionem quod repudiavit acquirere posse, si sit extraneus heres: Namque suus heres etiam major xxv. an. si. abstinuerit se postea ipso jure non petita restitutione bonis quibus se abstinuit se permiscere potest, si res sit integra, l. si quis suus, D. de ju. del. quod Justinianus limitat in l. ult. hujus tit. & est hac quoque in re differentia inter suum & extraneum heredem.

Enarratio.

TIT. XXXI.

SI minor sit xxv.) §. extraneis, Instit. de hered. qualit.

In l. ult. hujus tit.] Hunc tit. satis explicat Cujacius ipse in recitatione. Hoc tantum moneamus in d. l. ult. vulgo non male legi, *ei remissum*, pro, *permissum*. & in vet. Ægidii Menagii & Juliani Brodæi. Dositeus in Adriani sententia, quæ incipit ab his verbis, *ἐν τοσούτω ἐπίτρεψον ἐν μοι*: remitte ergo me. Male igitur, ibi corrigunt, *permitte*.

Quemadmodum testamenta aperiantur inspiciantur & describantur.

TIT. XXXII.

A Ut tabulæ testamenti aperiantur & publice insinuantur apud acta vivo testatore, ut major eis fides accedat, l. 2. 18. 23. sup. de testam. aut. post mortem testatoris, ut innocescant heredibus, & legatariis, & fideicom-

missariis, & servis manumissis, & fisco cui hereditatum vicesima dabatur, & aliis quorum interest. Et ex lege Julia & Papia non erat extraneis heredibus jus adeundæ hereditatis ante apertas tabulas, ante insinuationem testamenti ut l. cum antiquioribus l. ult. §. fin. autem dubius & §. in computatione sup. de ju. delib. nisi fortè quis heres esset scriptus ex asse. l. multum D. de cond. & dem. l. 1. §. ult. D. de jur. & fac. ign. & dies quoque legatorum vel fideicommissorum non cedebat ante apertas tabulas: hodie ex Constitutione Justiniani, quæ reducit jus antiquum, quod obtinuit ante legem Juliam & Papiam, heres sive scriptus sit ex asse, sive ex parte, statim à morte testatoris hereditatem adire potest, etiam clusis tabulis testamenti, & dies quoque legatorum cedunt à morte testatoris ante apertas tabulas, l. unica §. cum igitur, & §. in novissimo, inf. de cad. tol. Necessarii heredes tantum, vel sui & necessarii semper heredes exstiterunt & existunt à morte testatoris etiam clusis tabulis testamenti l. 3. sup. de jur. delib. l. ex parte, D. de adq. her. quod & liberis non suis, licet extranei heredes sint, Theodosius dedit ut à morte parentis heredes extitisse intelligantur in hoc ut hereditatem transmittant ad liberos etiam clusis tabulis testamenti & ante aditam hereditatem, l. unica inf. de his qui ant. ap. tab. Hinc titulus ait, testamenta, sed pertinet etiam ad omne id quod ad causam testamenti pertinet, ut puta & ad codicillos, & ad substitutionem pupillarem, & ad libellum qui pertineat ad ultimam voluntatem defuncti, & ad epistolam fideicommissariam, & ad omnem

omnino scripturam testamenti etiam imperfectam. Et rectè l. 3. hujus tit. Ejus quod ad causam novissimi judicii pertinet, quæ fuerunt verba prætoris tam in interdicto de tabulis exhibendis, quo tenetur qui negat penes se esse id quod ad causam testamenti pertinet, quàm in extraordinarii auxilii pollicitatione, quæ adversus eum spectat qui non negat penes se esse id quod ad causam testamenti pertinet, ille ut damnetur in id quod interest, hic ut omnimodo exhibere compellatur, l. 2. §. ult. D. eod. l. 1. §. 1. D. de tab. exh. Aperire autem hoc loco, non tantum est tabulas testamenti petefacere naturaliter, ut in S. C. Siliano, sed etiam civiliter. i. secundum leges & mores civitatis in qua fit apertura testamenti, l. 2. hoc tit. solemni quodam ordine, qui plerumque explicatur præsentem magistratu in foro, aut Basilica, differto foro, & servatis his quæ licet addiscere ex l. 4. 6. 7. D. eod. & Paulo 4. sent. tit. de vicesima. Semper excipitur ea pars testamenti quam testator vetavit aperiri, vel quam vetasse intelligitur, ut substitutio pupillaris l. 3. hoc tit. l. pupillares, D. eod. §. fin autem, Inst. de pup. subst. & pars quæ ad alterius ignominiam pertinet veluti exhereditatio, aut præteritio, & descriptio quoque diei aut consulis, ne quis præferat, aut postferat diem, d. l. 3. in qua & illud notandum, ut juratus purget se de calumnia qui quod ad causam testamenti pertinet, desiderat inspicere & describere.

Enarratio.

TIT. XXXII.

Heredit. vicesima] De qua vide Cujacium
in librum 4. sentent. Pauli tit. vi. & Ob-
servat lib. v. cap. xvi. & libro ix. cap.
xxiv.

Ut in Senatusc. Silan.) L. 3. §. aperire 12.
D. de Sc. Silan.

Solemni quodam ordine) Signatores conve-
niunt, & sigilla sua recognoscunt. Collatio
Cartagin. II. cum Donatistis: *Quoniam ab
utraque parte impressionem signorum agnitam
constat, ea quæ præcepi, à notariis relegantur.
Petilianus Episcopus dixit: Sic solent testamen-
ta, non gesta referari.*

Ad alterius ignominiam) *πρός ὑβέρην εἰς λυταί
πρώην*, ut aiunt Græci, *ad aliquorum injuriam
dicuntur.*

Aut postferat diem) Postferre, postdater
Poëta vetus: *Postlatus est dies tui singraphi.*

De edicto Divi Adriani tollendo, &
quemadmodum scriptus heres in
possessionem mittatur.

TIT. XXXIII.

Post aperturam & recitationem testamenti
rite perfectam, solet heres scriptus mitti in
possessionem rerum hereditariarum, quas mor-
tis tempore testator possedit: Nam in posse-
sionem earum, quas alius justa ex causa possedit,

non ante mittitur, quam egerit petitione hereditatis, aut rei vindicatione, l. 3. hoc tit. & 3. sent. Pauli tit. v. in fine. & fit ea missio ex beneficio edicti D. Adriani, l. 26. C. Th. quor. ap. non rec. quo qui uti vult., necesse non habet petere bonorum possessionem secundum tabulas, vel hanc si malit petere, beneficium edicti non habet. l. ult. C. Th. de testam. & Valentiniani No. 1. eod. tit. etiamsi falsum, vel irritum, ruptum, inofficiosum, nullum testamentum dicatur, oculus huic beneficio est salva eorum disceptatione, l. 2. hoc tit. nec ab eo provocatio est, l. quisquis inf. quor. ap. non rec. l. ult. D. de app. rec & ibi postulatur ubi sunt res hereditariae, l. 1. sup. ubi de her. ag. Pluribus autem postulantibus se mitti in possessionem inter quos controversia est, is praefertur qui potiora jura habere videtur, l. 3. qua de re summam cognoscit iudex, quia haec res celeritatem desiderat. Certe institutus substituto praefertur, l. 1. siue substitutus sit directo, siue per fideicommissum ante restitutam hereditatem, l. filiam, D. ad Treb. Hodie non fit missio ex edicto D. Adriani. sed ex Constitutione Justiniani; Nam & quae erat ex edicto annua hodie est perpetua, nec ante perimitur, quam sit perempta quaestio principalis de hereditate, quam constat non perimi, nisi usucapione vel praescriptione xxx. an. & quod erat in edicto de aperiendis tabulis testamenti statim post mortem testatoris, l. ult. D. de app. rec. neque fieret mora vicesimae hereditum, ut Paulus ait in sent. tit. de vicesima, hodie vicesima sublata locum non habet. Necesse tamen est priusquam missio fiat, testa-

mentum aperiri & proferri jure perfectum. Nec distinguimus heres scriptus sit ex parte, an ex asse l. 3. & D. l. filiam. Nam & si scriptus ex asse possit adire ante apertas tab. non tamen potest mitti in possessionem.

Enarratio.

TIT. XXXIII.

ETiam si falsum &c.) Paulus libro III. sent. tit. v. §. si falsum. vide Cujac. ibid. & tit. II. sup.

Certe institutus) Paulus d. tit. v. § si inter heredem. *τέως ὁ ἔνστατοι ὀφείλει εἶναι ἐν τῇ νομῇ*: interim institutus in possessione esse debet, ut est in Basilicis.

Annua) Paulus d. tit. v. §. scriptus heres, & l. ult. h. tit. ibi: *sive enim post annale.*

Nisi usucapione vel præscript.) d. l. ult. ibi: *quod possit vel possessori, &c.*

Possit adire ante apertas tab. vide inf. tit. 51.

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coëgerit.

TIT. XXXIV.

Fisci aut vicesimæ hereditarium fisco debita ab extraneis heredibus mentio habita superiore titulo nos vocat ad alias species quibus fisco aditus patet ad hereditates & bona defunctorum, & ut illius tituli origo proficiscitur ex constitutione, sive edicto D. Adriani, sic & istius ex alia constitutione ejusdem

principis, l. 1. D. eod. quæ vult. , ut qui , dum captat hereditatem legitimam , prohibent volentem facere testamentum ne faceret , vel qui cum esset priore testamento scriptus heres , prohibuit volentem mutare testamentum ne mutaret dum id agit forte ne testamentarius introducatur , vel ne testes conveniant , vel qui coëgit aliquem facere testamentum , & se heredem scribere , ei velut indigno fiscus hereditatem auferat , itemque alii , si alium coegerit scribi , quia etsi noxius criminis alius non sit , defuncti voluntatem non habet , arg. l. cum quidam , D. de his quæ ut ind. auf. nec enim intelligitur voluisse qui coactus voluit. Nam testamentum plenam & liberam voluntatem , liberum stilum exigit. Et nota dolum malum , aut vim prohiberi , non blanditias , l. ult. hoc tit. l. ult. D. eod. & hujus criminis non aliam esse pœnam quàm confiscationem hereditatis , & competere etiam eo nomine de dolo actionem his , quorum interest , l. 4. hoc tit. l. Lucius §. Sempronia , D. de leg. 2. No. 115. adjuncta Juliani interpretatione , quod & ad l. unicam inf. de sent. quæ pro eo quod int. probat Theodori interpretatio & ita civilis disceptatio possit accipi in l. 1. hujus tit. ut dicat , eum qui testari coegit , tam civiliter teneri de dolo , vel in factum quorum interest , quàm criminaliter accusari posse cauta ad fiscum delata.

Enerratio.

TIT. XXXIV.

AB extraneis heredibus) Nam huic præstationi vicesimæ erant tantum obnoxii extranei heredes, non sui. Plinius in Paneg. Traj.

Qui dum captat hered. leg.] l. 1. & 2. D. eod.

Ne testamentarius] Scriptor testamenti.

Itemque alii) L. 1. h. tit. in qua constat Cuijacium legisse: *vel quoslibet alios.* quam lectionem confirmant Basilica, & libri vett. Menagii & Brodæi. Fulgosius ad l. 2. h. tit. Facit, inquit, lex proxime præcedens, quæ illos duos casus judicat à pari, sive coëgerit, ut se heredem institueret, sive coëgerit, ut alium heredem institueret. Idem scribit ad leg. 1. Gallicus interpres Codicis longe aliter legisse videtur: sic enim reddidit: *où il fit hoirs par aucune autre maniere cils que il ne vouloit pas que le fussent.* quasi ita legerit: *vel quolibet alio modo.* Eum mihi utendum dedit Cl. vir Ægidius Menagius.

Liberum stilum] ut in l. sup. de sacros. eccles.

Lege 4. hoc tit.) Quæ exstat Basilic. libro xxxv. tit. 4. in qua additur: eum qui testari prohibuit *ἐξορίζεσθαι*, *relegari.* quod cum jure proditum non sit, videtur additum ex posterioris alicujus principis constitutione, aut quia crimen contrahitur, videntur Græci pœnam relegationis de suo addidisse. Idem exstat apud Michaëlem Attaliotem.

Tam civiliter) Basilica: *ἐνάγεται χρηματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς: civiliter & criminaliter convenitur.*

De his quibus ut indignis hereditas aufer-
tur, & ad S. C. Silanianum.

TIT. XXXV.

IN titulo superiore proposita est causa una
lex qua heredi ut indigno fiscus heredita-
tem aufert: ea est crimen prohibiti, aut extor-
ti testamenti. In hoc tit. proponuntur plures
aliæ, ac primum in l. 1. 7. 10. crimen inultæ
mortis defuncti, quod & crimen ingrati here-
dis possis dicere ex l. Gajus in fi D. de S. C. Ci-
lan. & crimen aliud heredis, qui per calum-
niam falsum testamentum dixit, in quo ex par-
te heres scriptus est, l. 2. & 8. & aliud heredis
facientis contra non ineptam voluntatem de-
functi, qui notatur l. 5. Sed & l. 4. ostenditur
ei quoque heredi, ut indigno hereditatem au-
ferri, quem testator in codicillis declaravit
suam non mereri voluntatem. Item S. C. Sila-
niano, cum paterf. à familia per vim necatus
esse dicitur, heres prohibetur adire vel aperi-
re tabulas antequam de servis qui sub eodem
tecto locòve erant quæstio habita, & de no-
xiis ultimum supplicium sumptum sit, ut l. 11.
§. si servus, D. ad L. Fal. alioquin ei ut indi-
gno aufertur hereditas, & ad id pertinet l. 3.
6. 9. pen. & ult. Indignus est qui capere potest,
& vero etiam capit, sed quod cepit retinere
non potest, vel quod testator eum, aut lex in-
dignum hereditate judicaverit esse, vel quod
non illicitum quidem, sed quodammodo pu-
dendum sit apud eum remanere quod cepit.
Indignus est capax jure, incapax effectu. In-

capax vero est incapax jure & effectu. Ad incapacem, qui se defert, pertinet beneficium edicti D. Trajani, non ad indignum.

Enarratio.

TIT. XXXV.

Proponuntur plures aliæ) Ex quibus fisco quæritur, quod indigno auferri debet. Idque generaliter verum est, nisi duobus casibus qui enuimerrantur in l. pen. inf. de legat. & 3. in l. 1. sup. de secund. nupt. & quarto in l. si quis incesti, sup. de incest. nupt. P. Faber.

Crimen inultæ mortis) vide ad tit. xl. libri ii. & quidem siue heres necem testatoris scivit, siue ignoraverit, l. heredem 17. D. de iis quib. ut indig. Sic ergo punitur negligentia heredis, qui non inquisivit in genus mortis testatoris, ut ad eandem legem scribit Cujacius, & Græci interpretes ibid. : ῥαθυμία παρηκολήθησε ἐφ' ἧ καὶ ἔρα τῆ ἰκπτώσει τῆς κληρονομίας : Culpa secuta est, qua ex re in casum venit hereditas.

Non ineptam voluntatem def.] ut in l. servo alieno 113. §. ult. D. de legat. 1.

Qui notatur l. 5.) In qua recte monet, Cujacius legendum, *supremis defunctorum obtemperatum*. Nec aliter habetur in vett. Menagii & Brodæi.

Ei ut indigno auf. hered.] Vide ad tit. xl. libri ii.

Retinere non potest] ut in l. cum fratrem 9. successionem retinere non possunt. Sic enim habent libri veteres & interpres Gallicus, *retenir l'heritage*.

Edicti D. Trajani) l. edicto 13. in prin. & §.
pen. D. de jure fis.

De Codicis.

TIT. XXXVI.

Postquam dixit satis de testamentis, & de heredibus instituendis & substituendis, quopotissimum testamenta sustinet ne ruant, si hereditatem adquirere & amplecti velint, transit ad codicillos, qui & ipsi ad causam testamenti pertinet, si testamentum sequantur ut aliquid suppleant aut emendent, vel etiam si præcedant nec testamento infirmentur, l. 2. §. ad causam, D. quemad. test. aper. l. 1. §. hoc interdictum, D. de tab. exh. l. 3. §. si quis codicil. D. de S. C. Sillan. & pro parte testamenti habentur, l. pen. D. quemad. test. ap. l. quidam D. de ju. codicil. & ex eo vires capiunt si confirmati sint si non confirmati sint, l. 3. §. ult. D. eod. l. 1. hoc tit. & si fortè ab intestato conficiantur vicem testamenti exhibent, l. ab intestato D. eod. Nam & ab intestato nullo facto testamento, rectè conficiuntur, imò & facto testamento, ut l. 6. D. si quis omis. cau. test. ut si codicillos plenè definire velis, ita definitur debes. Codicilli sunt intestatorum vel testatorum voluntates quædam nudæ nullis subnixæ solemnibus juris. Ad codicillos pertinentes ad testamentum, qui & testamentum sequuntur respiciunt qui eos definiunt esse emendationem aut supplementum testamenti: Nam qui post factum testamentum aliquid ei detrudere vel addere aut emendare volunt, non alia ratione possunt

quam per codicillos : testamentum enim testamento emendari aut suppleri non potest, mutari potest. Codicillus codicillo non tantum mutari, ut l. 3. hoc tit. sed etiam suppleri & emendari potest. Est & hæc summa differentia inter testamentum & codicillos, quod non ut testamento, ita codicillis verbis directis hereditas dari, vel confirmari, vel adimi potest, cujus verior ratio hæc, ne jus codicillorum & testamentorum confundatur : Nam si codicillis, qui nullam juris solemnitatem exigunt, idem liceret quod testamento, periret usus & jus omne testamentorum tantis vigiliis excogitatum & inventum. Quæ proponitur in l. 7. non est necessaria, ut l. heres D. de usurp. & usuc. nec quæ in l. quod manus, D. de ju. codicil. Nam duo instrumenta nihil vetat robur aliud ex alio capere.

Enarratio.

TIT. XXXVI.

Nullo facto testam.) l. conficiuntur 8. D. de ju. codicill.

Nullis subnixæ solem. jur.) Nullam solemnitatem ordinationis desiderant, §. ult. Inst. de codicill.

Emendationem aut suppl.) Moschopulus & Theophilus, ubi dixi.

Ita codicillis verbis dir.] In codicillis testamento confirmatis directo heres scribi non potest, l. 10. D. eod. institutio 10. D. de condit. Instit. l. pen. C. de necess. hered. instit. Papinianus in d. l. 10. D. eod. ait, per manus

traditum esse, hereditatem codicillis dari non posse. Quintilianus in declamat. CCCXLVIII. traditam à majoribus per manus libertatem.

Confirmari) d. l. pen. § sed cum.

Vel adimi] §. 2. Institut. cod.

Verior ratio) Qua utitur Justin. in d. §. 2.

De Legatis,

TIT. XXXVII.

Post testamenta & codicillos dat legata, quod hæc & testamento reliquantur, & codicillis testamento confirmatis. Et est legatum quod verbis directis ab herede instituto testato coheredi, vel alii relinquit. Verbis, inquam, directis. i. imperativis, unde legati nomen deducere Ulpianus videtur: quod legis modo. i. imperativè relinquitur (fideicommissum verbis precariis & quibuscunque relinquitur) Et erant olim verba directa Latina & certa solemniæque: hodie etiam Græca recipiuntur & vernacula, & quæcunque verba Latina etiam illegitima, inusitata, mixobarbara, quibus fere & omnia testamenta hodie videmus esse conscripta, unde litium seges. Et, ut idem Ulp. scribit, legato dominium acquiritur ex XII. tabel. quotiens §. ult. D. de pecul. l. 7. l. 23 hoc tit. l. 3. inf. quan. dies leg. ced. l. 2. in fi. D. de pub. in rem. act. l. 3. §. si rem. de leg. 3. fideicommissio possessio, non dominiam, l. qui usumfructum, D. si usuf. pet. Sunt autem in hoc tit. multa quæ in Digestis in varios titulos dispersita sunt. Nam & hic agitur de annuis legatis l. 22. & de alimentis legatis l. 1. &

de adimendis legatis l. 3. 11. 17. quæ non adimuntur codicillis non confirmatis, nec nuda voluntate ipso jure, qua in re etiam distant à fideicommissis. Et de legatis quæ ut indignis auferuntur l. 5. 8. pen. nec tamen fiscatur, tres casus. Hic etiam pleraque communia proponuntur inter legata & fideicommissa, atque etiam hereditates in duabus quæstionibus juris in l. 23. aliter definitis, quam fuerunt definitæ à veteribus Jurisconsultis. Nam Primo ex XII.unciis, Secundo ex VI.unciis heredibus institutis, Primo dabant bessem, Secundo trientem, servata justa proportione, quam ne servet Justinianus movetur conjectura voluntatis defuncti, & ita illo Primo ex XII. Secundo ex IV. unciis heredibus institutis, Primo dabant dodrantem, Secundo quadrantem, Justinianus duos semisses facit. & consequenter Primo ex XII. Secundo, ex VI. Tertio ex II. unciis heredibus, Primo illi darent altero tanto plus quam Secundo & Secundo duplo plus quam Tertio, ex mente Justiniani Primus & Secundus haberent quincunces, & tertio conferrent uncias. Primo autem herede instituto ex VI. deinde Secundo ex XII. unciis, quia nulla occurrit præsumptio ulli deminutæ portionis, qua sola movetur Justinianus, sequimur jus vetus & proportionem justam, ut primus habeat trientem, Secundus bessem. Et in secunda quæstione d. l. 23. Titio herede instituto, deinde Titio & Sempronio conjunctim, veteres Titio darent dodrantem, Sempronio quadrantem, Justinianus duos semisses facit. Quod idem & in legatis locum obtinet.

Enarratio.

TIT. XXXVII.

ET codicillis testam. confirm.) l. quidam
 14. D. de jure codicill.

Testator coheredi] Et prælegatum vel præcipuum dicitur.

Ab herede) v. Parat Dig.

Ulpianus videtur) Tit. xxiv.

Codicillis non confirmatis) Ulp. d. tit. xxiv.
 §. legatum quod datum est.

Distant à fideicommiss.) Ulp. tit. xxv. §. fideicommissum & ante.

Nec tamen fiscantur] pro confiscantur.

In l. 23. aliter defn.) In qua Menagii & Brodæi codices habent, *animos veteres*.

De verborum & rerum significatione.

TIT. XXXVIII.

V. tit. 16. lib. 50. D.

Hic titulus etiam propriè pertinet ad legata & fideicommissa, & in eo l. 4. ad hereditates quoque & libertates, & tutelas, & aliquatenus ad contractus, & ut videas quam aptè connectatur superiori, serva initio l. 23. de verborum significatione, ut ait, quæstionem proponi, quam in hoc tit. sequuntur aliæ, de instructi significatione si quis fundum instructum, aut domum instructam legaverit l. 1. & 2. de cautionis l. 3. si fortè testator heredem

aut legatarium cautione oneraverit, ut l. Bal-
 lista, D. ad Treb. l. hujusmodi in pr. D. de leg.
 I. & quid hic incertus sermo significet, Primo
 aut Secundo fundum Cornelianum do lego,
 vel dari volo, l. 4. quid familiae verbum, si
 quis familiae legaverit, vel si fundum legatum
 extra familiam alienari vetuerit, quomodo
 etiam familiae fundum legare videtur in hunc
 casum, Si eum extero legatarius alienaverit, l.
 ult. Et ut scias etiam quam bene in hoc tit. ad-
 datur, Et rerum, memineris Platonem dicere,
 τὰς λόγους ἄνπερ εἰσιν ἐξνηθηταὶ τῶν αὐτῶν ἢ συγ-
 γενεῖς εἶναι, & alio loco: ὅς ἀν' εἰδῆ τὰ ἀνόμοια,
 εἴσεται ἢ πρᾶγμαται.

Enarratio.

TIT. XXXVIII.

DE cautionis) In veteri Menagii codice sic
 legitur in d. l. 3. cautione vel cautela, alii
 habent, cautela vel ἀσφαλεία.

Primo aut Secundo) Aut, pro & accipitur.
 Priscianus libro XVIII. γέ conjunctionem illi
 & pro γδ & pro γέν ponunt, quomodo &
 nos at, & vel, & aut, pro &. Sic etiam
 Thucydidis Scholiastes libro II. notat. quo-
 dam loco, ἢ ἀντὶ τῶ ἢ poni, & contra, τὸ ἢ ἀντὶ
 τῶ ἢ δ' ἄζευτικῶ κεῖται apud Demosthenem, ut
 notat Ulpianus.

Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti.

TIT. XXXIX.

V. tit. 4. lib. 29.

IN hoc titulo proponitur edictum prætoris quod pertinet ad tuenda legata & fideicommiſſa, herede in eorum necem omittente teſtamentum & ab inteſtato poſſidente hereditatem & ad tuendas quoque libertates tam directas, quam fideicommiſſarias, & perfecta edicti ſententia hæc eſt, teſtamento jure perfecto heres inſtitutus ſit is qui & ab inteſtato defuncto lege heres eſſe poteſt, & omittat cauſam teſtamenti in fraudem legatariorum & fideicommiſſariorum & manumifforum, ut intercidant legata, & fideicommiſſa, & libertates, quæ non aliter jure debentur aut competunt, quàm ſi adita vel alias adquiſita ſit hereditas ex teſtamento, aut petita bon. poſſeſſio, & malit ab inteſtato hereditatem pro herede poſſidere, vel etiam ſi cum non eſſet ex his qui ab inteſtato defuncto ſuccedere poſſunt, ſi omiſſo teſtamento hereditatem malit poſſidere pro poſſeſſore quaſi prædo, ut l. i. §. non querimus, D. eod. Denique ſi heres ipſe qui inſtitutus eſt teſtatorum inteſtatum faciat dolo malo, deſtituto teſtamento, ut veluti ab inteſtato pro herede aut bonorum poſſeſſore, vel pro poſſeſſore hereditatem poſſideat ſine onere legatorum & fideicommiſſorum & libertatum, ex hoc edicto cauſa cognita in eum dantur utiles actiones legatorum nomine, aut fideicommiſſorum,

aut libertatum, quæ per fideicommissum relictae sunt, & directæ competunt perinde atque si ex testamento heres extitisset, salva Falcidia ex legatis & fideicommissis, quæ in libertatibus nulla est. Omittere causam testamenti. i. testamentum, est repudiare hereditatem testamento delatam, vel abstinere se, & proprie tempus acquirendæ hereditatis præterlabi sinere, cessare, insuper habere iudicium defuncti l. 2. Dixi causa cognita: nam bona fide & iusta ex causa si quis omiserit hereditatem, in eum prætor daturus non est utiles actiones. Et ex verbis quidem edicti is tantum legatorum fideicommissorum petitione tenetur qui quam omisit ex testamento, possidet ab intestato. Cæterum ex sententia & exemplo edicti constitutiones etiam teneri eum volunt qui omisit, licet non possideat, si id egit dolo malo cum substituto, vel legitimo herede, ut in eum hereditas transfiret, l. 1. hoc tit. l. 1. inf. de fid. lid. & substitutus vel legitimus heres, licet non omiserit ipse testamentum, secundum ordinem præscriptum, l. 2. 4. 10. D. eod. Produci- tur etiam sententia edicti ad alias plerasque species.

Enarratio.

TIT. XXXIX.

INsuper habere) Pro usurpabitur in l. 2. Cuius iacius legit, insuperhabitum, observat. libro III. 22. utitur eo verbo Apulejus Metamorph. I. *Meis amoribus insuperhabitis.* veteres tamen Menagii & Brodæi codices vulgaram retinent.

De indicta viduitate & de lege Julia
Miscella tollenda.

TIT. XL.

Datur titulus specialis de legato aut fideicommisso relicto viro aut mulieri sub conditione viduitatis aut cœlibatus propterius novum quod ea de re Justinianus sanxit atque constituit. Condicio viduitatis est honesta. Viduitas enim genus pudicitiae est. At reip. inutilis, quam maxime interest augeri civium numero, l. cum ita legatum, l. hoc modo, D. de cond. & dem. ideoque remittenda esse videtur tanquam utilitati publicae contraria, l. 2. §. tractari, D. ad S. C. Tertyl. ut etiam ea non impleta capiendi legati jus sit. & viro remittitur etiam lege Julia & Papia, si modo is eave cui legatum relictum est intra annum nubat, vel uxorem ducat & juret se liberorum procreandorum causa nubere, vel ducere uxorem, Appellatur verò ea lex Miscella in hoc tit. & No. 2. & à Græcis XLVIII βασιλικῶν ad l. ult. D. de statulib. quia pertinet tam ad mares quàm ad foeminas, quibus viduitas injungitur l. 3. hoc tit. l. heres §. ult. D. de cond. & dem. & quia certo eodemque capite pleraque alia continet miscellanea viro & uxori communia, de quibus Ulp. lib Reg. Si extraneo legavero sub conditione, si uxor mea vidua permanferit, condicio non remittitur, quia nec illi viduitatem injungit, l. 1. hoc tit. l. mulieri, D. de cond. & dem. Si uxori ipsi vel alii mulieri si vidua permanferit, remmittitur, ut l. 2. sup. de

instit. & subst. ex lege Julia Miscella & S. Con-
 sultis circa eam factis (sic legendum plurativo
 numero in l. 3.) veluti Perniciano & Calvitia-
 no, quæ memorat Ulp. eodem libro, si modo
 intra annum nubat, ut dixi, & juret se libero-
 rum quærendorum causa nubere. Post annum
 si nubat, ex eadem lege quasi condicione defe-
 cta non admittitur ad legatum, nec si nondum
 nupserit, aliter quàm si præstiterit cautionem
 Mutianam. At nova Constitutio Justiniani in
 hoc tit. siue mari siue fœminæ imposita sit
 condicio viduitatis sublata lege Julia penitus
 remittit condicionem viduitatis, ut legato sta-
 tim præstito nec sit necesse prestare cautionem
 Mutianam, etiam si tardius nubat vel uxorem
 ducat. nec jurare se maritum aut uxorem ha-
 biturum liberum quærendorum causa. quod
 tamen No. 22. ita recantat, ut omnino nolit
 remitti condicionem viduitatis, sed intra an-
 num mulierem aut virum omnino vocare, nisi
 Deo se devoveat, quo genere spes nuptiarum
 & liberorum tollitur, ut l. 52. sup. de ep. & cl.
 & No. 23. nec aliter quàm spe nuptiarum su-
 blata legatum capere, nec post annum quoque
 aliter quàm præstita cautione Mutiana, quod
 legati nomine ceperit condicione viduitatis
 non impleta heredi cum sua causa restitui. Et
 hæc quidem No. Justiniani ad secundas tantum
 nuptias coërcendas spectat. nam si puellæ non-
 dum nuptias expertæ, legatum relictum sit sub
 condicione, si non nupserit, proculdubio con-
 dicio remittitur. & ita Joannes recte.

Enarratio.

TIT. XL.

Viduitas enim genus pudicitiae est) Quintilianus declamat. cccvi. *Sic complexa est viduitatem tanquam genus pudicitiae.*

Alia continet miscellanea] ut apud Gellium xx. cap. ult. *Variam & miscellam, & quasi confusaneam doctrinam.* & apud Juvenalem sat. xi. — *veniunt ad Miscellanea Judi.*

Sic legendum plurativo numero in l. 3.] sic legitur in antiquo Menagii & Brodæi, nec aliter legit Gallicus interpres Codicis.

Quæ memorat Ulp. eod. libro] Tit. xvi. § pen. & ult.

Liberorum quærend. causa) Quo animo etiam & voto uxores ducebantur, l. liberorum 220. §. ult. D. verb. sign. vide Cujac. ad Nov. xxii. sub. finem.

Mulierem aut virum omnino vac.) ut vacans mulier in l. 5. D. vi publ. *μη γεγαμημένη*, in Basilicis. Tacitus Annal. xi. i. *Sed ubi mulier vacua fuit, &c.*

Restitui] Sic scribitur in Pandectis Florentinis, pro, restitutum iri.

Ad secundas tantum nupt.] Ad renubentes.

Conditio remittitur] Vidua renubens ad legatum non admittitur. Puellæ secundum plurium sententiam conditio remittitur. Sententia Joannis celebrior & communior est, ut heic scribit Fulgosius. Odofredus eam sequitur ad authenticam cui relictum, hoc tit.

De iis quæ pœnæ nomine in testamento
vel codicillis relinquuntur.

TIT. XLI.

V. tit. 6. lib. 34 ff.

Constitutio quoque hujus tituli nova est de legatis, fideicommissis, libertatibus, hereditaribus datis, ademptis vel translatis pœnæ causa. Et pœnæ causa legatum relinquitur, quod non gratia legatarii, sed in odium & pœnam heredis relinquitur, ut puta hoc modo, Heres in Gaio filiam tuam despondeas, Si desponderis x. millia Sempronio dato. Et adimitur & transfertur hoc modo, Gaio fundum dolego, Gaius ne filiam tuam Sempronio despondeas, Quod Gaio legavi, Si Gaius filiam suam Sempronio desponderit id Mævio do lego. Et ad eundem modum fideicommissum quoque & hereditas & libertas datur vel adimitur vel transfertur. & jure veteri neque datio neque ademptio vel translatio valet, l. 12. D. de cond. & dem. quia est contra naturam legati, fideicommissi, hereditatis, libertatis, quæ non alterius coërcendi, sed honoris ergò ut amicis relinquerentur, invita sunt, ut ab inventione similiter negamus posse nos stipulari alteri, l. 3. 8. §. alteri, D. de ver. obl. & pactionem quoque contra naturam contractus non valere l. cum precario, D. de prec. §. 1. Instit. de societ. Ex Constitutione hujus tit. valent omnia quæ testamento vel codicillis pœnæ causa relinquuntur, ut *suprema voluntas testatoris pot*

tior sit ratione juris, nisi si quid testator fieri jussit impossibile, aut quod pro impossibili habeatur, velut illicitum aut inhonestum, & non facientem oneraverit legato aut fideicommissio, aut manumissione servi, aut adjectione coheredis: nam & impossibilis, inhonesta, vel illicita condicio sive jussio, & quod, si ea non impletur, datur alii vel transfertur, pro non scripto est, idque omne perinde remanet apud eum à quo datum vel translatum est, ac si datum, ademptum, vel translatum non esset. Theophilus dabit exempla.

Enarratio.

TIT. XLI.

Sed honoris ergo) Honorari hereditate & legato quis dicitur, l. Julianus 26. D. si quis om. cau. testam. Legata amore legatarii, & ex benevolentia dari oportet, non odio heredis, Theophilus §. 36. de legat.

Ex constitutione hujus tit.] In constitutione hujus tit. Cujacius delet verbum *pecunias*, alii, *pecuniariam*. quæ tamen exstant in duobus vett. Menagii & Brodæi. Gallicus interpres ita vertit. *ou que deniers soient donnez, ou que autre peine de chatel soit payée*, alia pœna pecuniaria. Idem interpres tit. de peculio ejus qui libertatem meruit, ita reddit: *del chatel à celuy qui est franchy*.

Theophilus dabit exempla] §. ult. de legat.

De fideicommissis.

TIT. XLII.

V. lib. 2. Inst. tit. 23. & 24. & lib. 30. & seqq. ff.

Hic titulus vicinus & proximus est titulo de legatis, adeò ut & in hoc, & in illo, & his quoque titulis qui hunc & illum sequuntur, pleraque sint nominatim perscripta communiter de legatis & fideicommissis, ut in hoc l. 6. 8. 13. 24. Et separati tamen sunt tituli, quia & multæ inter ea separationes. fideicommissa relinquuntur etiam codicillis testamento non confirmatis, & epistola, & libello fideicommissario, & nutu, l. 22. non legata. & tacitum fideicommissum legas passim, nusquam tacitum legatum. Et etiamsi nullo teste abhibito relictum sit fideicommissum, si id confiteatur heres relictum esse, vel si delata condicione jurijurandi non utatur, præstandum est, l. ult. hoc tit. Item legata à solis heredibus institutis relinquuntur, fideicommissa & à legatario, & fideicommissario, & donatario mortis causa, & à patre, vel tutore heredis vel legatarii, & à legitimo herede, non à filio præterito vel exheredato, licet per bon. possessionem contra tabulos, vel querelam inofficiosi testamenti ad hereditatem patris perveniat, quia suo jure pervenit ad eam non ex judicio patris, l. pen. hoc tit. l. cum quidam, sup. de leg. quod & in legatis locum obtinet. Sed in fideicommissis major erat dubitatio, quia proniores sumus in admittendis fideicommissis, quæ & humanio-

ra dicuntur in l. 2. tit. seq. quam legatis. Illa differentia est summe notanda quæ colligitur ex l. 16. ut in fideicommissis etiam si verba perspicua sint, quæstio voluntatis admittatur. & inde l. quisquis, D. de leg. 3. verborum & voluntatis argumenta conjunguntur. In legatis si verba perspicua sint, non admittitur voluntatis quæstio, l. ille aut ille §. 1. D. eod. l. si alii, D. de usufr. leg. nec licet nodum in sciipo quærere. denique in legatis rigor & subtilitas juris observatur, in fideicommissis latitudo voluntatis, & posterior voluntas, l. 19. hoc tit. l. 4. sup. de ver. sig. l. per fideicommissum. D. de cond. & dem. & tamen non quævis posterior voluntas temere directam scripturam infirmit. Est autem hic titulus non tantum de fideicommissis specialibus, sed etiam de universalibus, ut l. 3. 5. 12. 14. 15. 16. 30. & l. ult. nam & quod de universalibus facile trahitur ad specialia, ut quod est in l. 30. de fideicommissio hereditatis, & ad fideicommissum speciale vel legatum pertinere constat ex l. generaliter §. ult. sup. de inst. & subst.

Enarratio.

TIT. XLII.

Codicillis testamento non confirm.) Ulpianus, tit. xxv. §. fideicommissum & ante. Et libello] Lex 22. ita legitur in vet. *vel brevi libello*. Gallicus interpres: *et en petit libelle*.

Non legata] d. §. fideic.

Tacitum fideicommissum) Quoties heres

in fraudem legis tacitam fidem accommodat ut incapaci restituat.

Nulla teste adhibito) Difficile est natura probare tacitum fideicommissum, ut ait Fabius declamat. c c c. x x v. Sed etsi nullus adhibitus fuerit testis, si tamen heres à se relictum fateatur, vel infitietur quidem, sed recuset jurare, pro confesso habetur, l. i. h. t.

Fideicommissa & à legatario) Legata solum heredem onerant: fideicommissa & à leg. & fid. relinquuntur, l. i. inf. tit. prox. ibi: fideicommissum cuidam relinquatur.

Et donatario mort. c.) l. 9. & ult. h. t.

Et à patre] l. quamvis 15.

Vel tutore heredis] l. etiam 20.

Et à legitimo herede) §. præterea 10. Inst. de fideicomm. heredit.

Non à filio præter. vel exhered.) d. l. 9. & l. coheredi 41. §. 1. in fi. D. de vulg. & pup.

Quod & in legatis loc. obt.) d. l. cum quidam.

Communia de legatis & fideicommissis
& de in rem missione tollenda.

TIT. XLIII.

IN superioribus titulis multa exposita sunt quæ semper fuerunt & sunt etiam hodie communia legatis & fideicommissis. In hoc titulo proponuntur quæ cum ante communia non fuissent, Justinianus communia fecit, scilicet communes actiones tres legatorum omnium & fideicommissorum, actionem ex testamento vel codicillis, quæ est in personam he-

redis, vel ejus à quo fideicommissum aut legatum relictum est, actionem in rem ad vindicandam rem, quæ relictæ est si modo, testatoris fuerit, & actionem hypothecariam in cæteras res hereditarias pro quantitate legati aut fideicommissi, non etiam in res heredis, vel ejus à quo legatum aut fideicommissum relictum est, veluti ex tacita hypotheca sublata solemnè in rem missione, quæ herede non existente solvendo fideicommissorum nomine fiebat adversus extraneos possessores rerum hereditariarum, ut No. 39. quia sufficiunt tres illæ actiones. Communia quoque fecit verba legatorum & fideicommissorum, ut non jam verba directæ legatum, & precaria fideicommissum faciant, sed sola voluntas defuncti, & sit legatum quod defunctus voluit esse legatum, licet verbis precariis relictum sit, & fideicommissum quod defunctus voluit esse fideicommissum, licet relictum sit verbis directis. Imo & communia fecit jura legatorum & fideicommissorum, ita ut jura fideicommissorum, quæ erant humaniora, communicentur legatis, puta ut non testamento tantum aut codicillis testamento confirmatis, sed etiam ab intestato legata relinquuntur, & ab herede heredis vel legatarii, & à legatario & à fideicommissario, & à donatario causa mortis, & à debitore defuncti, & à patre vel domino heredis instituti, & ab eo cui statu liber dare jussus est, ut fideicommissa, & ut nutu relinquere possint, & epistola vel libello, nec jam in eis rigor juris civilis sed sola voluntas defuncti dominetur, & ut dies eorum non cedat ex apertis tabulis, ut & post legem Papiam fideicommissorum.

dies non cedebat ex apertis tabulis, sed à morte testatoris. Contra quoque quod amplius juris fuit in legatis ut communicetur fideicommissis, puta ut iisdem actionibus petantur quibus legata, & ut juris ordinarii sint, dominiúmque transferant in accipientem ut legata. & hæc quidem continentur prima & secunda Constitutione hujus tituli. Tertia quoque nova est de optione legata, & de rebus defuncto relictis non alienandis, aut pignerandis, aut servis manumittendis.

Enarratio.

TIT. XLIII.

Sed etiam ab intestato legata relinquuntur] Justinianus in §. præterea 10 Instit. de fideicommiss. heredit. ait, legata nisi ex testamento non valere, quod & hodie obtinere quidam sentiunt.

Et ab herede heredis) Sicut fideicommissa, l. sed etsi 6. D. de legat. 3.

Et ut nutu relinqui possint) ut fideicommissa. Vide tit. prox. sup. Quintilianus declamat. cccxlvii. *Voluntas hominum non tantum voce signata est. An vero si manu promississet, an vultu annuisset, &c.*

Non cedat ex apertis tab. &c.) Ex lege Papia legatorum dies cedebat ex apertis tabulis, Ulpianus tit. xxiv. §. pen. Fideicommissorum autem dies etiam post legem Papiam cedebat à morte testatoris, quia lex Papia de legatis tantum loquitur, quæ odiosa est lex: & odiosæ leges non sunt adjuvandæ interpretatione, ut

in l. cum quidam, ff. de liber. & postum. Cujacius ad leg. un. §. igitur, inf. de caduc. toll. Hodie legatorum etiam dies quæ pure relicta sunt, cedit à morte testatoris, d. §. cum igitur, & §. in novissimo.

De optione legata) Vide quæ diximus ad §. 23. Instit. de legat.

De falsa causa adjecta legato vel fideicommissio.

TIT. XLIV.

Legatis vel fideicommissis quæ relinquuntur, aut causa inferitur, aut modus, aut connicio. De causa est hic titulus & in eo causa bisariam accipitur, pro ratione legandi collata in præteritum, & pro demonstratione. i. nota & designatione certæ quantitatis legatæ, certive corporis, & neque hanc, neque illam, si falsa sit, ostendit perimere legatum aut fideicommissum. De falsa demonstratione est l. 2. 3. §. lex 2. de hac, decem quæ Titio debeo, l. 3. de hac, Decem quæ in dotem accepi, l. 5. de hac. Quæ instrumento illo dotali conscripta sunt, ut x. debeantur etiamsi neque x. Titio debita fuerint, neque in dotem data, vel etiamsi instrumentum illud non fuerit dotale, in quo doti x. data comprehensum est. De falsa ratione legandi l. 1. & 4. A Titio exigere veto, quia mihi quod debuit omne persolvit. Et demonstratio rei vel quantitati satis demonstratæ adjecta, & ratio legandi, supervacua est. igitur nihil hæc, vel illa nocet.

Enarratio.

TIT. XLIV.

Decem quæ Titio) Et hæc est sententia legis 2. ut Cujac. in recitat. & ita etiam speciem ejus ponunt auctores Basilicōn, Azo in Summa, Odofredus & Fulgosus.

Quantitati satis demonstratæ) l. 1. §. si quis uxori 2 D. de dote præleg. l. cum tale 72. §. falsam 4. D. de condit. & demonstrat.

De his quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur.

TIT. XLV.

DE modo est hic titulus, quem varie in libris veteribus invenio conscribi, De legatis seu fideicommissis quæ sub modo relinquuntur, De his quibus sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur, De his quæ sub modo legati vel fideicommissi relinquuntur, & ut proposui magis que probavi. Modus est finis propter quem legatur, vel causa legandi collata in futurum: quæ etiamsi falsa sit i. impossibilis, nihil nocet: si autem possibilis sit, etiam protinus agentem de legato admittit, cautione oblata, l. eas causas, D. de cond. & dem. l. 19. D. de leg. 3. l. cum in testamento, D. de fid. lib. nec igitur per omnia pro conditione observatur, si ita concipiatur, Illi tot aureos de lego ut monumentum faciat: sed si ita, Illi tot aureos do lego si monumentum

faciat, per omnia pro conditione observatur, d. l. eas, & l. i. hoc tit. Et ex hac scriptura fideicommissi petitio non est, videlicet cum ita legavit, si dederit Gaio decem, sive modum sive conditionem facere voluerit: ex illa fideicommissi petitio est, sive modum sive conditionem facere voluerit ex l. 2.

Enarratio.

TIT. XLV.

ET ut proposui magisque probavi) Et ita legitur in vett. Menagii & Brodæi.

Nec igitur per omnia pro conditione observatur] Modus accipitur pro conditione quod ad effectum, ut ait Fulgosius, sive ut aiunt Græci, modus habet τὸ τῆς αἰρέσεως ἀποτελεσμαται, Basilic. libro XLIV. tit. XXVIII. *conditionis effectus*: quia vel modus implendus est, vel cautio interponi debet de eo implendo. quod si non impleatur, relictum reddi debet. Nec igitur per omnia modus pro conditione observatur: nam si cui sub modo relictum sit, statim illud petere non prohibetur præstita cautione de modo implendo, l. si tibi legatum 19. D. de legat. 3. Si vero sub conditione legatum relictum sit, non nisi post impletam conditionem peti poterit, l. 2. h. tit.

Et l. i. hoc tit.) In qua Cujac. in recitat. monet, non esse mutandum verbum *obtineas* in *retineas* In vett. tamen Menagii & Brodæi legitur *retineas*. Sic etiam legit. Gallicus interpres Codicis, apud eundem Menagium. *Ce ne te nuit pas que tu ne retiennes ce qu'*

te fut lessié. Basilica : ἐκ ἀναγκάζεται τὸ λε-
γάτον ἀναδέσσειν : legatum reddere non compel-
litur, d. tit. xxviii.

Ex illa fideic.) Si legaverim sub modo ut
det Caio decem, Caio fideicommissi petitio est.

De' condicionibus insertis tam legatis
quam fideicommissis, & libertatibus.

TIT. XLVI.

V. tit. i. lib. 35. ff.

DE condicione est hic titulus, & in eo ad-
ditur, Et libertatibus propter l. ult. quæ
est de statu libertate, & favorabiliter consti-
tuit, ut si casus fortuitus impedimento fuerit
ne condicio libertatis impleretur, puta si heredi
dederit x. aut rem, aut servum peculiarem, sta-
tim competat libertas, & condicio post liber-
tatem impleatur. quod non ita procedit in le-
gatis & fideicommissis. Condicio est casus col-
latus in futurum qui evenire vel non evenire,
vel aliter evenire potest. vel, causa apposita le-
gato, qua existente debetur legatum, defi-
ciente perimitur, suspense suspenditur. Et ut
falsa causa vel falsus modus, ita falsa condicio.
i. impossibilis non perimit legatum, l. cum ta-
le. §. falsam condicionem, D. de cond. & dem.
Possibilis quoque etiam si non existat aliquan-
do, non perimit legatū, si sit ex his quæ remit-
tuntur. i. pro nullis aut pro impossibilibus ha-
bentur, ut condicio turpis, condicio jurisju-
randi, viduitatis, divortii. alioquin deficiente
condicione perimitur legatum, si per legata-

rium fiat quo minus impleatur : nam si per eum in cujus persona implenda est condicio , vel modus , pro impleto habetur , & poenitentiae locus non est, l. ult. hoc rit. l. 5. D. Quand. dies leg. ced. l. 3. §. Stichus, D. de statul. l. pater §. ult. ad Treb. quia condicio quæ semel extitit , vel extitisse intelligitur , non resumitur , l. quidam , D. de fid. lib. Pro impleta etiam habetur si is in cujus persona implenda fuit , vivo testatore decesserit , quod est adnotandum ad speciem l. 3. & 4. hujus tit. Valde autem novam esse Constitutionem l. pen. ostendunt l. 13. D. de man. test. & l. pen. in pr. D. de cond. & dem.

Enarratio.

TIT. XLVI.

UT si casus fortuitus) Pûta latronum vel hostium incursus.

Condicio turpis , condicio jurisjurandi] l. non dubitamus 20. D. de condic. & demonstrat. l. quæ sub condicione 8. D. de condic. instit.

Viduitatis] De qua tit. XL.

Divortii] l. 2. h. t. in qua videamus an *ordinem* legendum sit , etiam invitis libris antiquis.

De usuris & fructibus legatorum vel
fideicommissorum.

TIT. XLVII.

Hic titulus ostendit legata & fideicommissa his quibus relicta sunt sine mora & frustratione esse præstanda : alioquin ex mora deberi pecuniarum relictarum usuras , ceterarum rerum fructus , & periculum earum pertinere ad eum à quo relictae sunt , sive perierint sive deteriores factae sint , l. 3. hoc tit. l. 39. §. fructus , de leg. 1. Et moram fieri ex die litis contestatae , l. 1. 2. 4. hoc tit. l. quæsitum §. ult. D. de leg. 1. neque enim quælibet interpellatio in mora constituit debitorem , sed repetendi debiti instantia sive repetitio , quæ fit per judicem lite contestata : nam & si vix adeatur judex mora non precedente , l. 3. D. de usur. tamen certius ducitur & coarguitur ratio moræ ex tempore litis contestatae. nec tamen inficior , quin & si ratio moræ coargui possit ex mota controversia instanti atque continua , antequam ad judicem eatur , & lis apud eum contestetur , ex eo tempore fit habenda ratio usurarum & fructuum : nam ut in S. C. Adriano , quod est scriptum de lite contestata facile trahitur ad motam controversiam , l. sed etsi lege. §. si ante litem , D. de pet. her. ita Constitutiones hujus tit. quæ loquuntur de lite contestata , trahi concedo ad controversiam motam : & ita constitutio , ex lite contestata , vel controversia mota legatariis aut fideicommissariis moram fieri cum hac exceptione , nisi contro-

vertendi aut litigandi justam causam habuerint, l. si quis solutioni, D. de usur. ut puta si juste dubitabatur lex Falcidia locum esset habitura necne, & an solidum legatum quod peteretur præstari deberet, l. 3. D. de usur. l. qui solidum, in pr. D. de leg. 2. quo casu damnatus heres si paruerit sententiæ, id est si legatum ex solverit, immunis est à dependendis fructibus & usuris, d. l. 3. vel si post sententiam & tempora judicati moram fecerit, à die litis contestatæ in diem sententiæ usuras & fructus præstat, d. l. 3. At si morandæ solutionis causa obtendat Falcidiam, prætor fideicommissarius sequetur ordinem l. 2. & satisfidanti fideicommissario jubebit præstari solidum legatum, aut eo nequeunte satisfidare, dabit arbitrum ad ineundam rationem legis Falcidiæ, & diem intra quem ineatur partibus præsentibus, & secundum eam de fideicommissio pronuntiabit, vel herede non veniente ad diem, damnabit eum ut solidum legatum præstet cum onere usurarum & fructuum à die litis contestatæ in diem quo præstiterit, d. l. 3. Quod ad usuras attingit actio legatorum vel in personam, quæ stricta est, vel in rem, quæ arbitraria, similis est actioni bonæ fidei, quoniam usuras recipit ex mora l. 34. D. de usur. vel ex re ipsa si actor fuerit minor. xxv. an. l. 3. sup. in quib. in int. rest. Quod ad fructus dissimilis, quia bonæ fidei etiam ante moram recipit fructus, l. videamus §. pen. D. de usur.

Enarratio.

TIT. XLVII.

Repetendi debiti instantia) ut loquitur lex
mora 32. D. de usur.

Vel controversia mota) Quid enim si he-
res sæpe interpellatus frustratus sit ? nec con-
stitutionibus hujus tituli moveretur Azo, Joan-
nes Faber, & alii, quo minus putent, non so-
lum ex ex die litis contestatæ, sed etiam ex in-
terpellatione legatariis & fideicommissariis
moram fieri.

Prætor fideicommissarius) qui judex dicitur
in l. 2. h. t.

Dabit arbitrum) Qui arbiter Falcidiæ
dicitur in l. si debitor 12. D. ad leg. Fal-
cid. & l. 1. §. 2. D. si cui plus quam per leg.
Falcid.

Quæ arbitraria) actio in rem arbitraria est
l. qui restituere 68. D. de rei vind.

Similis est) Vide Cujac. ad leg. 1. & 2. D.
de usur.

Vel ex re ipsa, Ex re, & in d. l. mora, quæ
propriè non est mora.

De incertis personis.

TIT. XLVII.

Titulus est de incertis personis, id est de le-
gatis, fideicommissis, hereditatibus, li-
bertatibus, tutelis datis incertis personis. &
incertas personas vocat, quas testator ignora-

vit, id est nescivit, quæ & quales futuræ essent, ut si heredem instituit eum qui primum ad funus suum veniret, vel qui prior Cōsul designaretur, eive legavit. Incertis personis adnumerat etiam postumum: quia incertum est qualis futurus sit, & an futurus sit. & his adjungit incerta corpora, veluti civitate, & collegia. Sed periit Constitutio hujus tituli, quæ multum continebat literarum. Jure veteri incertis personis vel corporibus relicta non valebant, nisi relinquerentur sub demonstratione certa, veluti. Ex cognatis meis qui nunc sunt, ut est in Institutionibus Justiniani, & Regulis Ulpiani, & recte, Qui nunc sunt: nam postumo alieno legari non potuit. Verum enim quod conditionis implendæ causa datur, & incertis personis dari oportet, l. 4. D. de reb. dub. quia neque legari, neque fideicommissi jure capitur, l. 8. D. si quis om. cau. test. l. mortis causa, D. de don. cau. mor. Et quamvis non sint in petitione quæ incertis personis relinquuntur, sunt tamen in retentione, §. incertis autem, Inst. de leg. Ex Constitutione hujus tit. sunt etiam in petitione, & postumo suo, vel alieno legatum aut fideicommissum, aut hereditas dari, & obtineri potest jure civili sine auxilio prætoris, & quibuscunque collegiis corporibusque licitis. Res procedit gradatim: nam & cum postumo suo olim fuit testamenti factio jure civili, & alieno quoque fideicommissum relinqui potuit, l. 5. §. ult. D. de reb. dub. l. 2. in pr. D. de jur. cod. non legatum, & hereditas etiam dari jure prætorio. Et libertas ex l. 14. inf. de fid. lib. item ex S. C. & Constitutionibus incertis corporibus plerif-

que. Solam tutelam excipit Constitutio hujus tituli, qua de causa remansit in Dig. l. tutor incertus, D. de test. tut. nec debuisset remanere quod de incerto herede in l. 9. §. heres, D. de her. inst. & l. sciendum, D. de verb. sig. nam & incertæ personæ cuilibet, & incerto corpori modo licitum sit, ex hac Constitutione Justiniani hereditas dari potest.

Enarratio.

TIT. XLVIII.

QUas testator] Theophilus ad §. incertis, §. 25. de legat.

Ad funus suum veniret] d. §. incertis, Ulpian. tit. xxiv. §. incertæ.

Adnumerat etiam postumum, Theophilus §. 26. de legat.

Veluti civitates) Ulp. tit. xxii. §. nec municipia.

In Institut. & reg. Ulp.) d. §. incertis, & d. §. incertæ.

Quod conditionis implendæ causa] ut puta si quis ita dixerit, heres esto, si ei qui prior Consul designatus fuerit, dederis.

Sunt tamen in retentione) Soluta non reperiuntur.

Nam & cum postumo suo] Ulp. tit. xxi. §. eos qui.

Non legatum) §. postumo 26. Instit. de legat.

Jure prætorio) Instit. de bon. posses. in princ.

Ex Sc.) L. cum senatus 20. D. de reb. dub. l. 3. tit. seq.

Modo licitum fit] Collegio Christiano-
rum utiliter relinquatur, l. 1. sup. de sacros.
Eccles.

Ad S. C. Trebellianum

TIT. XLIX.

V. lib. 2. Instit. tit. 23. & tit. 2. lib. 35. ff.

Hic titulus proprie pertinet ad fideicom-
missarias hereditates, de quibus actum
est tit. 43. De his facta sunt duo S. C. Prius
fuit Trebellianum, quo nondum in fideicom-
missis fuit admissa Falcidia. Posterius Pega-
sianum, quo fuit admissa. Et Trebellianum
fuit tantum de transferendis actionibus omni-
bus in fideicommissarium, quas habet heres,
vel quibus obstrictus est. Sed auctoritate Ju-
stiniani Pegasiano hodie transfuso in Trebel-
lianum, & de Falcidia deducenda ex fideicom-
missio hereditatis est S. C. Trebellianum si
sponte adierit heres, & onera creditorum di-
viduntur inter heredem & fideicommissarium
pro quadrante & dodrante, l. 1. vel si qua-
drantem non retineat heres, omnia transfe-
runtur in fideicommissarium. Onera autem
legatorum semper ad fideicommissarium per-
tinent, quia ex quadrante legata non deliban-
tur, sed quadrans delibatur ex legatis l. 1. §.
ult. D. eod. & hoc si dodrans vel as restituatur
ex fideicommissio: nam si minor pars heredita-
tis puta semis, etiam legatorum onera inter
heredem ex asse & fideicommissarium semissa-
rium pro rata dividuntur l. 2. hoc tit. l. 1. §.

pen. D. l. i. §. qui minorem, l. etiam §. i. D. ut leg. no. cau. Est etiam hoc ex Pegafiano. translatum in Trebellianum, ut heres coactus adire hereditatem, amittat Falcidiam. l. 4. nec omittendum etiam ab intestato Trebelliano S. C. & legi Falcidiæ locum esse, l. 3. & 5. hoc ut. l. ult. inf. quand. dies leg. ced. l. filiusf. D. ad l. Fal. nec quod in l. 6. de beneficio singulari dato filiis, ut in Falcidiam non imputent fructus medio tempore perceptos, & ut filiis suis non præstent cautionem fideicommissi nomine nisi duobus casibus, quibus & non satisfactio fidejussorum, sed nuda satisfactio præstatur. Nec omittendæ etiam quæ duæ quæstiones definiuntur in l. pen. & in secunda adnotandum, tertio casu non transferri ipso jure actiones in fideicommissarium secundum sine restitutione primi, ut l. i. §. de illo & seq. D. eod. primo & secundo casu transferri sine restitutione. Et in l. ult. cernas licet parturientem Justinianum de non detrahenda Falcidia vetante testatore, quod biennio post edidit Constitutione emissa ad eundem præfectum prætorio.

Enarratio.

TIT. XLIX.

QUas habet heres, &c.] Ex l. si mulier 59. §. i. D. de ju. dot.

Onera autem legatorum) V. ad §. sed quia 7. num. 26. Instit. de fideicom. hereditat.

Fructus medio temp. perceptos) Si iussint hereditatem restituere in diem vel sub

condicione : vel etiam si jussi sint fideicommissum singulare præstare : Nam judicio defuncti manent apud heredem.

Nisi duobus casibus) I. Si pater jussus sit cavere filio suo de fideicommissio quandoque restituendo, idque propter paternam reverentiam. Nec enim filius illæsa pietate alium quæret qui pro patre fidem dicat. I I. Si filius rogatus sit hereditatem restituere filio ex prioro matrimonio suscepto, & soluto eo matrimonio ad secundas nuptias transierit: nam plerumque secundæ nuptiæ ad prioris sobolis impellunt odium. His tamen casibus nuda cautio est, nuda repromissio, non satisfactio, seu fidejussorum datio.

Quæ duæ quæst. defin. in l. pen.) In prima parte legis definitur, fideicommissariam hereditatem soli tutori restitui posse sine onere fidejussoris, pupillum scilicet ratam rem habiturum, ubi pupillus dari non potest, vel absens est. Sin autem pupillus præsens sit, & dari possit, hereditas ipsi pupillo tutore auctore restitueretur. Idemque juris est, si fideicommissaria hereditas furioso restituenda sit: nam furiosi nomine soli curator restituetur. In secunda parte legis definitur, in l. I I. id est, si primus qui restituere jussus est, latitet, vel in fata concesserit, antequam restitueret nullo herede relicto, ipso jure actiones utiles transferri sine ulla restitutione. In tertio casu, id est, si primus fideicommissarius, cui heres hereditatem restituere jussus est, rogatus sit eandem hereditatem alteri restituere, omnino desideratur primi restitutio ut in secundum ipso jure transferantur actiones.

Ad legem falcidiam.

TIT. L.

Post S. C. Trebellianum datur lex Falcidia, quæ tamen in Digestis proponitur S. C. Trebelliano, sanè rectius, quia vetustior est lex Falcidia. S. C. Trebelliano, atque etiam Pegasiano. Lata enim est Augusti temporibus, imo & Augustum eam sanxisse Sudas scribit, ut Papiam Poppæam Cor. Tacitus Trebellianum autem factum est Neronis, Pegasianum Vespasiani temporibus. Duo autem legis Falcidiæ capita proponit Paulus l. 1. D. eod. & in propositione primi *νοθεύοντες* verba illa, usque ad dodrantem, quia finis dodrantis finitur secundo, non primo capite, & in fine primi illa quoque *νοθεύοντες*, ut hac lege sequenti licebit: inque eadem primo capite legendum *ἀρχαικῶς*, is sãm pecuniam, sãsque res. Nam quæcunque lex testari permittit, de sua pecunia nominatim permittit, ut x i i. tab. l. testandi, sup. de testam. l. cum pater §. mando, D. de leg. 2. Et quibusque. i. quibuscunque sive maribus sive foeminis. Et in secundo quod præcipuum est caput legis, scribendum, detur, legetur, non detur legatum, & infra, datum legatum erit. non legatumve. Et in eo quod ait jure publico. i. quod ejus per leges licebit, ut l. quotiens eod. tit. Aliud caput legis Falcidiæ proponitur in l. sed ususfructus, D. eod. Et aliud in l. successor, hoc tit. Aliud verò quod fingunt quidam, Si quis aliter &c. non admitto, hoc est secundi capitis iterationem non admitto.

Enarratio.

TIT. L.

Lata est Augusti tempor.) Vide Dionem
 XLVIII. & quæ dixi Instit. eod.

Cornelius Tacitus) Annali III.

Trebellianum Ner. Peg. V esp. temp.) §. iv.
 & v. Instit. de fideic. heredit.

Is fam. pecun. sasq. res) Ennius : *Pæni
 sunt soliti suos sacrificare puellos.* Vide sup. tit.
 IX.

Datum legatum) ut apud Ulpianum tit.
 I. §. ut testamento, *quod datum legatum
 est.*

De caducis tollendis.

TIT. LI.

UT lex Falcidia de modo legatorum lata est
 Augusti temporibus, ita lex Papia Poppæa
 de caducis hereditatibus & legatis. Et lex Fal-
 cidia à Justiniano non quidem sublata sed val-
 de recisa est No. de hered. & Fal. Lex autem
 Papia ab eodem Oratore missa ad Senatum
 quam posuit sub hoc tit. valde etiam recisa est.
 Caduca ex Ulpiani lib. Reg. tit. eod. ita definitio
 quæ jure relicta capaci aliqua ex causa post
 mortem testatoris ab eò cadunt in fiscum. Dico,
 capaci : Nam quæ incapaci relinquuntur non
 sunt caduca, sed pro non scriptis habentur Di-
 co post mortem testatoris, quia hæc sunt quæ
 directo nomine caduca dicuntur alia quæ defi-

ciunt vivo testatore, ut si vivo testatore legatarius moriatur, aut condicio legati deficiat, ex lege Papia sunt in causa caduci, id est, eodem jure quo caduca, fisco scilicet obnoxia. Dico, aliqua ex causa, causam pro casu accipiens Sunt autem caducorum casus quinque. Primus, si post mortem testatoris ex parte heres scriptus, aut legatarius ante apertas tabulas vita decesserit. Quod est antequam cesserit dies legati, aut dies venerit adeundæ hereditatis: Namque is dies ex lege Papia Poppæa incipit ab apertis tabulis, l. 44. §. 1. D. de bo. lib. & rectè ait Ulp. ex parte heres scriptus. Nam ex asse scriptus etiam clusis tabulis testamenti adire hereditatem potest, quatenus lex Papia juxta tantum ad crescendi aufert coheredibus, vel legatariis. Secundus, si post mortem testatoris ex parte heres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas peregrinus factus aut servus fisci vel alterius, legatum non deficit, sed post apertas tabulas per eum domino acquiritur. Tertius, si legatum vel hereditas relicta fuerit cœlibi, & is intra diem C. i. intra diem cretionis à morte testatoris legi Papiæ non paruerit. i. nuptias non fecerit. Quartus, si Latino legatum, aut hereditas relicta fuerit, & is intra diem C. i. intra diem cretionis à morte testatoris jus Quiritium consecutus non fuerit qui duo posteriores casus & ab eodem Ulpiano repetuntur tit. 22. Quintus, si post mortem testatoris condicio legati deficiat exemplo eorum quæ sunt in causa caduci, vel si pendente condicione legatarius moriatur, aut servus fiat pœnæ, non etiam si peregrinus fiat per deportationem, ut l. intercidit, D. de condit. & dem. Sextum

non addmitto, si repudiaverit legatum, quia ea tantum fiunt caduca quæ quis cœpit capere non posse. At quod repudiavit sanè capere potuisset si voluisset. Idem si tempore exclusus sit, vel mortuus post apertas tabulas ante agnitionem legati, l. 4. D. de bon. pos. Ex his causis hereditates & legata caduca fiunt, quarum delatoribus, quos Suetonius vocat delatores Papiæ legis, idem scribit Neronem quartas tantum pro præmio dedisse bonorum denunciatorum. Quod dixi caduca ab eo cui relictu sunt cadere in fiscum, rationem nominis declarat simul & causam caducorum introducendorum. Introdûta enim sunt Augusti tempore ærarii augendi & replendi gratia, quod bella civilia suscepta inter Pompeium & Cæsarem, & inter Pompeium, Lepidum & Brutos exhausserant. Et hanc legis Papiæ caducariæ causam Justinianus ipse proponit initio Orationis suæ, & l. 2. sup. de vet. jur. enucl. & Cor. Tacitus III. Annalium: Relatum, inquit, de moderanda Papiæ Poppæa, quam senior Augustus post Julias rogationes incitantium cœlibum pœnis, & augendi ærarii sanxerat. & eadem ratione augendi inopis ærarii propter onera imperii repertam vicesimam hereditarium Plinius auctor est in Panegyrico. At eodem loco vel libro & aliam legis Papiæ rationem Cor. Tacitus adducit, quæ propriè pertinet ad tertium casum, ut bellis civilibus amisso incredibili civium numero, qui supererant liberis procreandis & ampliando civibus imperio operam darent, lege Papiæ propositas esse pœnas his qui cœlibes essent, ne hereditates aut legata caperent, nisi

intra dies C. à morte testatoris veras facerent
 nuptias, non simulatas ut l. 30. D. de ritu nup.
 & nisi delatæ hereditates essent solvendo im-
 pares, quia lex commoda cœlibum minuere
 voluit, non incommoda cœlibum minuere
 voluit, non incommoda, l. 72. D. de her. inst.
 aut hereditates propinquorum, ut Hermias
 scribit l. c. 9. quo loco Epiphanius interpres
 perperam negationem omisit: propositas item
 orbis, ne plus dimidia caperent, eodem Her-
 mia auctore, & D. Ambrosio. Nec omitten-
 dum quod Dio notat LVI. tempore latæ legis
 Papiæ tantam fuisse penuriam civium ut Con-
 sules ipsi Papius & Poppæus cœlibes & orbi
 essent, non inventis maritis aut patribus ido-
 neis qui eis anteponerentur. Nam in honori-
 bus adipiscendis, ut idem ait LIII. patres or-
 bis, mariti cœlibibus anteponebantur. Ad
 eundem tertium casum atque etiam ad quar-
 tum pertinet quod idem Ulp. scribit tit. de La-
 tinis, Latinos nave fabricata jus Quiritium
 adipisci ex edicto D. Claudii. quo ex loco ita
 legendum est apud Suetonium in Claudio: Na-
 ves mercaturæ causa fabricantibus magna
 commoda constituit pro conditione cujusque
 civibus vacationem legis Papiæ Poppeæ. i. ut
 cœlibatus vel orbitatis pœnas non timerent,
 Latinis jus Quiritium, ut hereditates & legata
 caperent, & fœminis jus quatuor liberorum.
 Ut verò vicesima hereditatum liberis aut pa-
 rentibus remittitur heredibus institutis, auc-
 tore eodem Plinio, & l. ult. sup. de codic. iis-
 dem electo jure testamenti remittitur transire
 ad jus codicillorum, ita quæ legata aut por-
 tiones hereditatis post testamentum aut mor-
 tem testatoris deficiunt, lex Papiæ noluit reci-
 dere

dere in fiscum, sed remanere apud liberos vel parentes heredes institutos usque ad tertium gradum antiquo jure, ut in §. 1. hujus Orationis, & apud Ulp. tit. 1. 17. 18. & l. 29. §. ult. D. de leg. 2. l. 5. D. de vulg. subst. At Justinianus quod lex Papia solis liberis & parentibus dedit, dat omnibus heredibus institutis, restituito jure antiquo, & derogata hac in parte lege Papia: cui cum dedissent causam bella civilia, consequens erat firmissima pace Reip. reddita, eaque restaurata in amplitudinem dignitatēque pristinam, ut ea tandem lex quoque recideretur, cessarētque commoda fiscalia, ut vicesimæ, ita caducorum ex supradictis causis quæ fisci tenuitas rerūque necessitas extorserat, & ita eleganter L. Valerius apud Livium xxxiv. Quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales & temporibus ipsis mutabiles esse video, quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello, pax. Denique Justinianus consummavit, quod alii retro principes inchoaverant. Nam & alii ante Justinianum multa emendarant capita legis Papiæ. Severus caput quo præscripta erat ætas habendis liberis, ut Tertullianus scribit in Apologetico, legibus Juliis & Papiis patremf. cogentibus liberos suscipere & matrimonium contrahere, ut ait, non etiam filiumf. l. 21. D. de rit. nup. & ætas quæ fuerit Ulp. explicat tit. xvi. & Hermias supradicto loco Constantinus verò prorsus sustulit pœnas cœlibatus & orbitatis l. 1. inf. de inf. pœn. cœl. motus rationibus relatis ab Eusebio IV. de vita Constantini. Et ad Septimum Severum igitur & Constantinum optimum maximūque refero

quod Justinianus ait, anteriores principes multa capita legis Papiæ emendasse, non ad leges quas adducit Accursius, quæ ipsius Justiniani sunt, non anteriorum principum. Idem addit & pleraque capita legis Papiæ per insuetudinem interisse, & Jurisconsultis displicuisse caducorum jus, adeo, ut interpretationibus suis quoad ejus fieri potest semper caduca coercerent, & contra fiscum respondeant, si vel minima subsit dubitandi materia, quod fieri non ineleganter significat l. non puto, D. de ju. fis. & ita in causis odiosis plerumque versari solent, itaque fuisse versatos in causa caducorum indicant, l. intercidit, D. de cond. & dem. l. quæret, de verb. sig. l. ult. de his quæ ut ind. l. Divi §. ult. de jure codicil. l. 2. de aur. & arg. leg. Ipsos quoque testatores ait, suadentibus scilicet Jurisperitis, ne fierent caduca substitutiones introduxisse maximè reciprocas (quia certè substitutiones antiquiores sunt caducis) ut l. 5. D. de vulg. subst. l. 1. tit. seq. à bonis suis fisci removendi causa, nec abs re in l. miles §. ult. de leg. 2. ait, ad coheredes substitutos, quod hi adversus fiscum duplici jure nitantur: jure ad crescendi antiquo, & jure substitutionis. Lex enim Papia jus ad crescendi tollebat, non jus substitutionis, ideoque remedio substitutionis, introducebatur jus ad crescendi, & excludebantur caduca. Denique quod egerunt aliqua ex parte priores principes ut caduca minuerent, quod & Jurisconsulti, & testatores imbuti à Jurisconsultis, etiam sollicitius egerunt ne fierent caduca, ut paulatim solent jura senescere, id tandem Justinianus confecit hac parte legis Papiæ cadu-

carix penitus abrogata, & retento tantum illo capite legis Papiæ, quo ut Ulp. ait tit. de dominiis. ereptoria, i. quæ ut indignis auferuntur, plerumque in fiscum cadunt, & retenta lege Iulia caducaria quæ ultimum locum fisco dedit vel populo quasi parenti omnium in bona vacantia §. cum autem, & §. pen. inf. & ita Iustinianus, ut de Marco scribit Capitolinus, ut de Antonino l. Paula §. 1. de leg. 3. ut de quolibet bono principe Plinius, in causis compendii fisco suo non pepercit, aut favit. Bonus princeps post omnes est, ut eleganter ait Cassiodorus in formula Comitivæ Privatar. Sustulit autem primum Iustinianus materiam caducorum, constituens ut quilibet heres statim à tempore mortis testatoris adire hereditatem possit, & ut dies quoque legatorum ab eo tempore cedat, nec expectetur apertura tabularum aut aditio hereditatis, nec desideretur scientia legatarii, l. ult. inf. quand. dies leg. ced. lex Papiæ exigebat aperturam tabularum, & hoc S. C. circa eam facta concedebant, nec tamen exigebat aditionem hereditatis, ut Paulus significat III. Sent. tit. de legat. puto nec scientiam. Legatorum, inquam, quæ purè vel in diem certum relicta sunt, exceptis quibusdam, de quibus in §. libertatibus. Eorum enim quæ sub conditione vel in diem incertum relicta sunt, ita semper obtinuit, ut dies cederet cum condicio existeret, vel dies incertus, qui condicionem ideo faciat, quod possit non cedere. Nec enim omnis dies incertus, condicionem facit, sed & quædam legata sub incerto die relicta pro puris habentur. Et ita sublata materia, causa & funda-

mento caducorum in §. cum igitur, ne deinceps caderent in fiscum quæ relicta testamento vel codicillis aliqua ex causa expirarent & deficerent in §. & cum triplici, ea quæ deficiunt ex temporibus, quibus deficiunt trifariam dispertitur, vel enim deficiunt statim initio faciendi testamenti, vel post testamentum factum vivo testatore, vel post mortem testatoris. Ea quoque nominibus ita distinguit secutus veteres leges, ut quæ deficiunt ab initio pro non scriptis esse dicat, quæ post testamentum vivo testatore, in causa esse caduci, quæ post mortem testatoris directo & proprio nomine esse caduca. Etiam eadem distinguit & separat ex jure quod propriè in quoque genere servatur. Idem verò jus est hodie quod fuit ante, quod fuit semper, ut quæ pro non scriptis habentur, non recidant in fiscum. Nec enim ad ea pertinent leges Papiæ caducariæ, & eleganter Plinius 11. Epist. In codicillis qui pro non scriptis habentur delatori locum non esse, sed pertinent ad substitutum §. in primo l. 1. D. eod. vel ad conjunctum, i. coheredem vel collegatarium, vel si nullus sit substitutus aut conjunctus, apud heredem scriptum remanent, vel heredem legitimum, ut l. 55. §. ult. D. de leg. 2. vel à legatario retinentur, à quo relicta sunt, ut l. pen. §. Scævola, D. eod. & quidem sine onere, quia cum principale relictum pro non scripto sit, consequens est & onus ei injunctum pro non scripto esse tanquam nemini injunctum, & duo tantum sunt casus quibus apud eos resident cum onere quæ pro non scriptis habentur, quos notat Accursius, unus est ex S. C. Liboniano, alter rece-

ptus est favore libertatis. Ne adjungas tertium ex l. civitatibus §. 1. de leg. 1. quia non Seii portionem dicit esse pro non scripta, sed Seium qui repudiavit pro non scripto habendum, i. Titium solum scriptum videri ex asse. Sed de his satis. Quæ sunt in causa caduci. i. quæ post factum testamentum vivo testatore deficiunt morte naturali heredis, aut legatarii, vel defectu conditionis, ea hodie in ea causa non sunt, sed pertinent ad substitutum, vel conjuncto adcresecunt, vel remanent apud heredem, vel legatarium, vel alium à quo relicta sunt. Non dico ea transmitti ad heredem cui relicta sunt, quia vivo testatore neque dies legatorum cedere, neque transmissioni locus esse potest, & hoc tantum distant quæ sunt pro non scriptis ab his quæ sunt in causa caduci, quod illa apud eos à quibus relicta sunt resideant sine onere, hæc cum suis oneribus. Nam & ex lege Papia in fiscum redigebantur cum suis oneribus, & onera dicimus onus præstandi legati, aut fideicommissi, onus præstandæ libertatis, onus modi, onus conditionis dandi vel faciendi, si modo factum per alium impleri possit, §. pro secundo, §. ne autem. Nam condicio casualis, ut rectè ait Accursius, non est onus. De his quæ proprio nomine dicuntur esse caduca jam supra dixi, hodie nulla talia ex lege Papia esse caduca, quia nihil eorum quæ relinquuntur his modis, quos lex Papia introduxit deficere potest, cum aperturæ tabularum nulla habeatur ratio. Nam & ex parte heres scriptus ante apertas tabulas adire hereditatem potest, & legatorum quæ pure vel in diem certum relicta

funt dies cedit ante apertas tabulas, sed observanda est differentia quæ est hac in re inter hereditates & legata. Nam legatorum quæ pura sunt diem dicimus cedere statim à morte testatoris: & ideo post mortem testatoris moriente legatario nec agnito nec repudiato legato, legati petitionem in heredem ejus transmitti, repudiatum legatum ad substitutum pertinere, vel conjuncto ad crescere, vel remanere penes eum à quo relictum est. Hereditatis autem diem non dicimus cedere à morte testatoris, sed adiri hereditatem posse statim à morte nondum apertis tabulis, & aditam transmitti in heredem, non aditam vel non agnitam, non transmitti sed ad substitutum pertinere, vel conjunctum, vel ad legitimum aut honorarium heredem, vel fiscum: Vetus regula est, hereditatem non aditam non transmitti, à qua tamen excipiendus est casus l. si infanti, & l. cum antiquioribus, sup. de ju. delib. & casus tit. seq. & casus l. ventre, D. de adq. her. & l. si quis in gravi §. pen. de S. C. Silan. Et hæc de priori parte hujus constitutionis dicta sufficiant. Posterior est de conjunctis & disjunctis heredibus vel legatariis, quæ non sine causa prioris vicinitatem sequitur. Nam cessante jure caduci & fisco excluso, consequens est conjunctum vel disjunctum coheredem, vel collegatarium admitti jure ad crescendi in portionem socii, non tantum quæ repudiatur, sed & quæ post testamentum, vel post mortem testatoris deficit aliqua ex causa. Quamobrem & Paulus ipse scribens ad legem Papiam de conjunctis tractat l. re conjuncti, de leg. 3. l. triplici, de ver. sig. Lex Papia tollebat

ius antiquum , i. jus ad crescendi , jus conjunctionis simplex , exceptis certis casibus fisco prælato. Coniuncti autem dicuntur hoc loco re & verbis coniuncti, Disiuncti, re tantum coniuncti : illi enim omnimodo sunt coniuncti, hi quoque sunt coniuncti , sed oppositi illis frequentius disiuncti & separati dicuntur, quia, ut ait, ab ipso testatoris sermone apertissimè discreti sunt. De verbis non etiam re coniunctis hoc loco non agitur , quia & hæc coniunctio nullius momenti est , nisi quando pro duplici accipitur ex mente defuncti. Qui enim verbis per se coniuncti sunt , semper habent partes d. l. re coniuncti , i. omni jure & antiquo & novo , & omni genere legatorum sive per vindicationem , sive per damnationem legatum sit, & omni tempore , i. non concursu tantum , sed etiam statim ab initio. Illi qui re & verbis , aut re tantum coniuncti sunt , non semper habent partes ab initio , sed concursu tantum , aut ne concursu quidem: Namque inter eos qui re & verbis coniuncti sunt , & eos qui re tantum , hæc est differentia , quòd si re tantum coniunctis legatum sit per vindicationem , concursu partes faciunt , idèmq; si per præceptionem , l. i. sup. de leg. Si per damnationem , singulis solidum debetur , nec concursu partes faciunt. Idèmq; si finendi modo , vel si per fideicommissum. Quod tamen hæc constitutio abrogat , dum ita constituit , ut quoquo genere eadem res disiunctim duobus aut pluribus relicta sit , singulis partes debeantur , nisi perspicuè appareat testatorem singulis solidum dari voluisse , quæ exceptio ex hac Constitutione à Triboniano inserta est l.

si pluribus l. filiusf. §. ult. de leg. 1. l. 13. §. ult.
 de leg. 2. l. 20. de leg. 3. duos, de usufr. l.
 Quod si legatarii re & verbis conjuncti sint
 per vindicationem, jure antiquo quo utimur
 non nisi concursu partes faciunt l. conjunctim
 de leg. 3. si per damnationem, ab initio partes
 habent, l. plane §. si conjunctim, de leg. 1. si-
 cut hi qui verbis tantum conjuncti sunt, &
 pars non concurrentis apud heredem remanet.
 Ac præterea vera est l. conjunctim, secundum
 jus antiquum, æquè vera l. planè §. si conjunc-
 tim, secundum legem Papiam, ex qua pars
 non concurrentis conjuncti caduca fit, sive
 per vindicationem sive per damnationem le-
 gatum fit, & tamen ex eadem lege disjuncti
 per vindicationem pars si deficiat, caduca non
 fit, sed adcrefcit socio, & ratio differentix
 hæc, quia singulis qui disjuncti sunt, solidum
 ab initio palam legatur, & jus adcrefcendi ni-
 hil aliud est quam retentio solidi non concu-
 rente socio. Conjunctis autem singulis tacitè
 non palam solidam legatur. Ideoque non
 concurrente collegatario solidi quod palam
 eis relictum non est, retentionem non habe-
 bant, id est jus adcrefcendi non habebant, sed
 portio non concurrentis caduca fiebat, & hæc
 ratio etiam efficit hodie restituto jure antiquo,
 ut conjuncto legatario non adcrefcatur invito,
 i. ut invitus retineat totum quod ei palam re-
 lictum est, nec scindat legatum. Et hic no-
 tandæ sunt tres differentix quæ sunt inter he-
 redes & legatarios. Pars coheredis quæ repu-
 diatur, vel quæ deficit ex ea causa ex qua lege
 Papia fiebat caduca, vel in causa caduci, jure
 civili, i. ex XII. tab. jure antiquo & ipso iure,

tacito jure coheredi vel coheredibus qui portiones suas agnoverunt pro portionibus hereditariis adcrefcit, vel heredibus eorum five conjuncti coheredes fuerint, five difjuncti. Pars quoque collegatarii collegatario adcrefcit fi difjuncti fuerint ex hac conftitutione, fublata hac in re veteri differentia legatorum per damnationem & per vindicationem. itemque fi conjuncti fuerint per vindicationem, l. fi duobus §. ult. l. legatum §. 1. l. plane §. fi duobus, de leg. 1. l. fi fervo sub. de ftatilib. at non etiam fi conjuncti fuerint per damnationem, l. 7. de leg. 2. l. fi duobus in pr. l. hujusmodi §. fi Titio, l. plane §. fi conjunctim, de leg. 1. quam differentiam legatorum non invenio effe fublata. Item coheredi conjuncto, vel difjuncto adcrefcit invito & ignoranti. Conjuncto collegatario non adcrefcit invito, difjuncto adcrefcit invito. Item coheredi conjuncto vel difjuncto, adcrefcit cum fuo onere, & conjuncto collegatario fimiliter. at difjuncto, fine onere. Ut autem coheredibus adcrefcit pro portione hereditaria, l. liber §. cum quis, l. fi ita quis heredes D. de he. inft. ita collegatariis pro portione legati l. Mævio de leg. 2. & ita in hac Conftitutione pro virili exaudire oportet, pro virili próque ratione legati cujusque. Et fi quidam heredes fint conjuncti, quidam difjuncti ut in hac fpecie: Primus heres efto, Secundus heres efto, Tertius & Quartus heredes funto, deficiente Primo vel Secundo adcrefcit omnibus, deficiente Tertio foli Quarto, deficiente Quarto foli Tertio, videlicet ut pofuimus cum omnes fine partibus inftituti vel fubftituti funt l. heredes

Paratitla in lib. V I.

D. de her. inst. Nam si quidam ex partibus disjunctim, quidam sine partibus conjunctim, hoc modo: Primus ex quadrante heres esto, Secundus ex triente heres esto, Tertius & Quartus heredes sunto, Tertio deficiente omnibus adcrefcit, quia Tertio Quartus conjunctus est nudis verbis, quæ conjunctio nullius momenti est, non in re partēve certa l. item quod §. i. D. eod. Conjuncti quod adcrefcit quasi suum occupant; & meritò igitur ab eo cæteros repellunt. Disjuncti, quasi alienum. igitur quod est alienum soli sibi vindicare non possunt, §. his ita & quod dicitur, disjunctos solidum quasi suum suo jure retinere in §. sin autem ad deficientis, ita verum est, si solus superfit nullo concurrente socio, non si alios habent socios in totum vel in partem, & idem puto esse constituendum si quidam collegatarii permisti sint, alii disjuncti, alii conjuncti per vindicationem. καὶ ἐκ αὐτῆς δυνάμεως πέρα λέγειν, μόλις καὶ πεῦται ἑμαυτὸν βεβίασμαι παρὰ τήν τῶν παραπίλων μισοθόν.

Enarratio.

TIT. LI.

Ulp. libro Reg.) Tit. xvii.

Cadunt in fiscum) Hinc caducarius; Glossæ Isidori; Caducarius, ad quem pertinent quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est qui succedat.

Pro non scriptis habentur) L. i. sup. de hered. instit.

Nam ex parte scriptus, etiam clusis) Leg;

nam ex affe scr. l. 1. §. ult. D. de jur. & fac. ignor. l. 3. sup. de ju. deliber. Vide librum vi. Observ. cap. xxxviii. & clufis pro clufis sæpe occurrit in Pand. Florent. Lucifer Caralitanus I I. pro S. Athanasio: *Et cluferit ostium.* Glossæ: *χλείω, cludo, obfero.*

Quatenus lex P.) Quatenus, pro quia. Peregrinus factus fuerit) Pereger, Ulp. d. tit. x v i i. quam lectionem probat Josephus Scaliger Aufonian. lection. libro I I. capite x i v.

Quos Suetonius vocat) Neronis cap. x. Ærarii aug.) Attrito belliis civilibus ærario.

Et augendi ærarii sanx.) Id est, augendi ærarii causa, ut ait Cujac. in recitat. vulgo tamen legitur, *incitandis cœlibum pœnis & augendo ærario.*

His qui cœlibes essent) Juvenalis sat. ix. *Jura parentis habes, propter me scriberis heres,*

Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Vetus Scholiastes: *Meo labore habes filios, & scriberis heres, & non pateris pœnas orbitatis.*

Quo loco Epiphanius interp. perperam neg. om.] Sic enim vertit: *nihil de testamento lucrarentur, licet generis proximitate consistarent.* Sic etiam novus interpres Sozomeni: *etiamsi genere proximi essent. pro, nisi si genere prox. es.*

Eodem Hermia auctore] Libro v i i. cap. x l v i i.

Et D. Ambrosio] In Lucam capite i i i. Remittitur transire ad jus codicill. Id est,

permittitur Cujac. in recitat. Dixi sup. tit. xxxi.

Rerumque necessitas extorserat] Libanius. declamatione xxxiii. ἢ καθ' ἑκαστον, ὡς εἰπεῖν, μὲν νόμους ὄραν, τὰς μὲν λυομένας, τὰς δὲ, γραφομένας, τῶν πρᾶγματων αὐτῶν ταῖς τοιαύταις εἰσηγεμένων, ὅτι βέλτερον τὰτ' αὐτ' ἐκείνους κρατεῖν; nonne per singulos, ut ita dicam, menses vides leges alias abrogatas, alias latas, hoc rebus ipsis exigentibus, quia melius est hoc quam illud obtinere.

In Apologetico) Capite iv. vide ibid Nicolaum Rigaltium.

Lib. iv. de vita Constantini Capite xxvi.

Ætas quæ fuerit explicatur] Id est, si minor annorum xxv. sit, aut uxor minor ann. xx.

De quolibet bono principe Plinius) in Panegyrico.

Ut eleganter ait Cassiodorus] Libro vi. 8.

Senatusconsulta circa eam facta concedebant.)

In hac constitutione pro, censuerunt) Cujacius legit, concesserunt, ut etiam habetur in Juliani Brodæi codice.

Nec enim omnis dies incertus) vide Cujac. Observat. libro xvii. cap. i. & §. si autem aliquid hoc tit.

Vel post testamentum factum vivo test.) vide Cujac. ad leg. ult. D. si pars heredit. per. libro vi. quæst. Papin.

Plinius I I. epistol.) Epistola xvi.

Resideant sine onere) Quod & onus ipsum pro non scripto sit, tanquam à nemine datum sive relictum. Cujac. ad §. in primo, & §. pro secundo.

Nam & ex parte heres scriptus ante apertas tab.) Non solum heres scriptus ex assē etiam clausis tabulis testamenti adire hereditatem potest, ut olim obtinuit, sed ex parte scriptus ex Justiniani constit. nam olim non obtinuit, ut dictum sup. in princ.

Disjuncti & separati dicuntur) vide §. si eadem res 8. Instit. de legat. & ibi Cui.

De iis qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.

TIT. LII.

NUNC non aliam ob causam hunc titulum dat Justinianus quam quod constitutionis in ea positæ mentionem fecerit titulo superiore §. in novissimo, qui alioquin eum fortè non dedisset propterea quod de apertis tabulis loquitur, quas aperiri hodie non est necesse ut adiri possit hereditas vel ut dies legatorum cedat, & derogatio est legis Papiæ, quam Justinianus penitus abrogavit in his quæ deficiunt ante mortem testatoris, vel ante apertas tabulas: nec tamen inutilis. Constitutio est, cum ex ea quæ ita concipitur definitio, liberos à parentibus sibi testamento relictam hereditatem ante apertas tabulas transmittere ad liberos suos, hodie ita concipiatur, liberos à parentibus sibi testamento relictam hereditatem etiam si eam non adierint, vel adquisierint, transmittere in liberos suos. quod procedit indistincte sive liberi quos parentes heredes scribunt, sui parentibus, sive extranei heredes sint, & ut Constitutio ait sive sciverint sibi delatam here-

ditatem, sive ignoraverint, & sive ex parte scripti fuerint sive ex asse, cum tamen ex lege Papia extranei ex parte scripti non transmittant hereditatem ante aperturam tabularum, atque etiam, ut ait, si invicem substituti non sint ut perinde excludatur lex Papia atque si invicem substituti fuissent, ut §. 1. sup. tit. prox. Et præterea Constitutio ait, idem obtinere in legatis, quæ liberis parentes relinquunt, quæ tamen lege Papia caduca fierent mortuis legatariis ante apertas tabulas. Beneficium igitur concessum suis ut ex parte scripti transmittant non aditam hereditatem l. 3. sup. de jur. delib. hæc Constitutio porrigit ad liberos non suos. Et notandum huic Constitutioni non esse locum in liberis heredibus extraneis ab intestato venientibus, l. 2. sup. de S. C. Oroph. sed ex testamento duntaxat.

Enarratio.

TIT. LII.

IN liber hered. extr. ab int. ven.) Aliter
 Glossa, & Odofredus heic in fin. quem refert
 Joannes Faber heic. vide inf. tit. LXVII.
 in fine.

Quando dies legati vel fideicommissi
 cedat.

TIT. LIII.

V. tit. 2. lib. 36. ff.

HUnc etiam titulum non aliam ob causam
 datur quam ut ex veteribus Constitutioni-

bus confirmet quod dixit tit. L. 1. §. in novissimo & seqq. de cessione diei legatorum & fideicommissorum. & de annuis legatis relictis privato homini quod ait l. 1. initio cujusque anni ea peti posse, intelligo & ab heredibus legatarii peti posse, quia post mortem testatoris initio cujusque anni eorum legatorum dies cedit, & cœpti cujusque anni legatum, si initio ejus vixerit legatarius, transmittitur in heredem. & hoc est quod ait l. 4. D. de ann. leg. annuo legato relicto, vel, quod idem est, in annos singulos plura esse legata, primi anni purum, sequentium annorum conditionalia. idem l. 5. & l. in singulos eod. tit. l. 1. §. si in annos ad l. Fal. l. 10. 11. 12. quand. dies leg. ced. l. 45. sup. de epis. & cl. nec obstat l. si in annos, D. de cond. & dem. in cujus specie non dixit testator, in annos singulos, sed summam certam legavit in annos x. completos scilicet, secus, si usumfr. vel operas legasset, ut l. quæsitum D. de usufr. Ex aliis legibus hujus tit. intelligimus, legati aut fideicommissi petitionem in heredem ita demum transmitti, si dies eius cesserit, qui utique cedit à morte testatoris si purum, aut in diem relictum sit, à die impletæ conditionis si conditionale fuerit, vel in diem incertum, qui & aliquo casu non cedere possit, nec exigi scientiam nec agnitionem legatarii nec traditionem rei legatæ, nec aditionem hereditatis. Et conditionale non esse legatum ita relictum, cum ad legitimum statum pervenerit: mora enim suspendi, non conditione. & longa est differentia inter conditionem & moram l. 1. de leg. 2. l. heres, de cond. & dem. l. pen. hoc tit. l. quod pure D. eod. & statum vo-

cat quod Græci ἀκμῶν i. justam ætatem, ut l. cum pater §. curatoris de leg. 2. qui & virilis vigor dicitur l. r. de minor. ad differentiam vigoris pubentis l. 4. sup. qui test. fac. pos. Igitur post mortem testatoris mortuo legatario ante annum xxv. legati petitio in heredem transmittitur. nec obstant l. si Titio D. eod. & pleræque aliæ similes, in quibus, ut Jo. docuit recte, ab initio legato injicitur condicio hoc modo, Titio cum erit annorum tot do lego In hac vero initio pure legavit, hoc modo, Illi x. do lego, deinde solutioni diem adjecit hoc modo, Quod legatum accipere debebit cum ad legitimum statum pervenerit.

Enarratio.

TIT. LIII.

SECUS si usumfructum vel op. leg.) l. 2. D. eod. in fin.

A die impletæ conditionis) Si legatarius pendente conditione decesserit, legatum non transmittitur, l. 1. §. si quis 7. D. ut legat. serv. cau.

Cum ad legitimum stat. perv.) ὅτε γένηται κοίλων κέ ἐνιαυτῶν.

Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quod satis dari debeat.

TIT. LIV.

V. tit. 3. & 4. eod. libro.

Nihil aliud restat ex tractatu de legatis & fideicommissis, nisi porro ut dicamus de satis datione legatorum aut fideicommissorum servandorum causa, quam heres legatariis aut fid. postulantibus qui legatum aut fid. sperant, præstare debet. Postulant eam legatarii à prætore vel præside sedente pro tribunali tanquam actionem, ut scilicet heredem jubeat cavere de legato aut fid. datis fidejussoribus. Formula cautionis hæc est: Quod mihi ex testamento vel codicillis L. Titii dari fieri oportet, id quibus diebus L. Titius dari fieri voluit, iisdem dari fieri: aut quanti ea res est tantam pecuniam rectè præstari dolúmque malum huic rei promissionique abesse abfuturúmque esse, hæc spondésne? Stipulatur legatarius, promittit heres à quo legatum relictum est, adpromittit fidejussor quem dat heres. Herede autem non obtemperante jusso prætoris, legatarius mittitur in possessionem omnium rerum, quæ in causa hereditaria sunt, dolóve malo heredis esse desierunt, aut in possessionem certæ rei hereditariæ, ut l. 2. inf. qui pot. in pign. quo genere pignus prætorium constituitur, ut eas res legatarius teneat pignoris jure l. 3. & 5. non proprietatis, nec tam possessionis, quàm cus-

rodix perpetuæ causa. Fit etiam missio uno casu ex Constitutione Antonini in res heredis proprias, si post sex menses quam adivit prætorem legatarius, is neque satisdedit, neque legatario satisfecit l. 6. Et in id quod est in Rubrica. Quando satisfdari debeat, norandum est, post mortem testatoris & aditam hereditatem postulanti legatario satisfdari debere, etiamsi nondum dies legati cesserit, modo constet legatum esse relictum, licet de jure ejus non constet, qua de re prætor cognoscit summam, non subtiliter, l. 1. hoc tit. quam puto significari l. 3. §. 1. D. cod. l. hæc stipulatio §. ult. D. ut leg. no. cau. atque etiam si modo non sit remissa à testatore, quoniam Constitutio Marci & Commodi. i. l. 2. cujus fit sæpe mentio in Pandectis, eam quocumque indicio voluntatis remitti permisit, alioquin valeret regula l. nemo D. de leg. 1. quæ & hodie valet in cautione, quæ etiam ex edicto prætoris, vel ex S. C. de usufructu interponitur l. pen. hoc tit. l. 1. sup. de usufr. l. 8. D. de usufr. ear. rer. &c. quia deficit Constitutio, quæ hoc testatori permiserit. Et hic est finis hujus tractatus de successione quæ jure civili competit ex testamento, deque his quæ testamento vel codicillis relinquuntur.

Enarratio.

TIT. LIV.

Legatarius mittitur in poss.) ut in l. j. §. 1. D. cod. & l. 6. h. tit.

Custodiæ perpetuæ causa] Non possidemus, sed Prætor magis custodiam rerum permittit, l.

cum legatorum 12. D. quib. ex. caus. in possess. eat. & d. l. 6.

Et aditam hereditatem) l. si à te 10. D. ut legator. servand. cau.

Id est, l. 2.) & l. 7. in qua verba illa, & D. Commodum, à libris vet. abesse quidam testantur. Sunt tamen in Brodæi codice perantiquo. Severum enim in divos Commodum retulisse scribit Aelius Spartianus in Severo. & in nummo D. Commodus appellatur apud Hubertum Goltzium in thesauro rei antiq.

Quocumque indicio] Sic leg. in d. l. 2. ut in l. avia 77. §. pater, D. de condit. & demonstr. In veteri tamen Brodæi legitur, iudicio.

De suis & legitimis libertis & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

TIT. LV.

V. tit. 1. lib. 3. Inst. & tit. 16. lib. 38. D.

AB hoc titulo incipit tractatus de hereditate intestatorum, quæ jure civili defertur, & primo quidem loco suis & legitimis liberis sive naturales sint, sive adoptivi, l. 5. sive nati tempore morientis, sive postumi, l. 4. sive ex parente ingenuo, sive ex libertino, l. 7. Et hi quidem sui liberi ipso jure heredes existunt etiam ignorantes & inviti l. 3. §. pen. D. de suis & leg. lib. & præferuntur matri defuncti, d. l. pen. imo & filii qui nec sui, nec legitimi sunt, sed tanquam legitimi ex S. C. Orfitiano ad hereditatem matris vocantur, ex d. l. pen. præferuntur aviæ, i. matri defunctæ matris: quia

liberis quàm parentibus debetur hereditas. Item sui liberi etiam si ignorantes se heredes extitisse naturæ concesserint, hereditatem parentum transmittunt ad heredes quoscunque, l. 8. hoc tit l. 3. l. cum antiquiorib. sup. de jure delib. Recte autem in hoc tit. de suis & legitimis liberis: nam & si quicumque legitimi sunt, non sint sui, omnes tamen qui sunt sui & legitimi sunt, l. de bonis §. 1. D. de Carb. edic. l. 2. D. unde leg. l. 1. §. sed videamus, D. de succ. edic. l. 1. C. §. 1. D. de grad. & adf. l. filius, D. de suis & leg. her. l. ult. sup. de codicil. & contra qui non sunt sui liberi, nec legitimi sunt, l. scripto, D. unde lib. veluti filii emancipati, vel naturales tantum, vel spurii. Notandum, inter suos jure civili i, ex xii. vocari ad intestati successionem nepotes ex filio, vel filiis jam mortuis pariter cum filiis defuncti superstitebus, licet legitimi tantum sint non sui, in stirpes. i. in portionem patris sui, non in capita, eadem successionis ratione servata, & non existentibus filiis plures sint nepotes ex diversis filiis varii numeri, l. 2. & 3. quam & prætor sequitur, l. si in adoptionem §. ult. D. de bon. poss. cont. tab. l. si nepotes, D. de coll. bon. Imo & ex Constitutione Valentiniani & Theodosii nepotes ex filia inter suos in locum & portionem matris cum deminutione trientis, & inter legitimos cum deminutione quadrantis, l. 4. Cod. Theod. de leg. her. & Justiniani l. ult. & No. 18. & 118. sine deminutione, licet neque sui sint, neque legitimi. Illud etiam notandum est, l. 1. hujus tit. quæ non est de liberis, sed de agnati, ex transverso, ideo statim positam fuisse initio hujus tractatus, ut intelligeremus, in successioni-

bus intestatorum quid juri civili & juri prætorio interesset, quod collata & conjuncta l. 2. sup qui admitti, apparebit statim. Jus prætorium per se solum esse temporarium, jus civile perpetuum.

Enarratio.

TIT. LV.

Quia liberis quam parentibus] Pro magis quam parentibus, l. nam etsi 15. D. de inoff. testam. l. scripto 7. D. unde lib.

Naturæ concesserint) Sic loquitur lex i. inf. tit. prox. Sallustius in Jugurth. *Pater naturæ concessit.*

Ad heredes quoscumque) Sive liberi, sive parentes, sive extranei sint.

Vel naturales tantum) Quæsitæ ex concubinato.

Non in capita) *ἐκ ἐξίσου.*

Cum deminutione trientis] Qui adcrevit suis.

Cum deminutione quadrantis] Qui adcrevit adgnatis.

Quid juri civili & prætor. interesset] An sicut Tertullianus Apologet. cap. xxxiii. *interest homini Deo cedere.*

Jus civile perpetuum) Vide ad tit. xxx.

Ad S. C. Tertulianum.

TIT. LVI.

V. lib. 3. Inst. tit. 3. & lib. 38. D. tit. 17.

Post liberos mater vocatur ad hereditatem defuncti intestati tanquam legitima heres non ex XII. tab. quia cognata non agnata est, nisi in manum viri convenerit, sed ex S. C. Tertulliano: & retrò ad hereditatem matris intestatæ filii vocantur tanquam legitimi heredes, non ex lege XII. sed ex S. C. Orphitiano. Antiquius est Tertullianum Orphitiano. & ideo de S. C. Tertulliano titulus præcedit. & ex hoc quidem mater cujuscunque ætatis filio succedit, cum tamen ipse matri ex S. C. Orphitiano si infans sit per se non succedat, sed per tutorem, vel patrem l. 1. hoc tit. l. si infanti sup. de jur. delib. l. servo invito §. si pupillo D. ad Treb. Item ex S. C. Orphitiano filius excludit parentes & fratres consanguineos matris l. pen. sup. tit. prox. l. 1. & 4. tit. seq. Ex S. C. Tertulliano pater excludit matrem aut jure civili, si in emancipatione manumissor fuerit, aut jure prætorio, si non fuerit manumissor, l. 2. hoc tit. l. 10. D. de suis & leg. her. Item fratres consanguinei sive soli sint, sive permisti sororibus consanguineis excludunt matrem, non uterini, aut naturales, l. Lucius, D. de vulg. subst. Sorores autem consanguinæ si solæ sint, pariter admittuntur cum matre, ita ut ferant partem dimidiam, & mater alteram dimidiam. At ex l. ult. hujus tit. cum qua conjungenda est l.

ult. sup. de jur. del. non est differentia inter fratres consanguineos & uterinos, & cum fratribus quoque mater vocatur in virilem, & ex ea in l. mater hoc tit. Tribonianus scripsit, sororibus & fratribus; cum in Cod. Theod. tantum esset scriptum, Sororibus, ut Anianus legit, & lex ipsa indicat, vel fratribus tantum, pro, sororibus, quia ante hanc l. ult. fratres omnino matrem excludebant. Sed postea Justiniano placuit, ut & cum sororibus mater veniret tantum in virilem, No. 22. & novissime concurrentibus fratribus & sororibus & patre & matre, longe aliter quam definiat d. l. ult. ad Tertyl. & l. ult. inf. Com. de succes. ut omnes succederent pro virilibus portionibus, & viriles retinerent plenas sine deductione usufructus, No. 84. & 118. & hoc si vidua permanisset mater. In ea quæ iterum nupsit post annum luctus sublata l. mater hoc tit. & l. 3. §. ult. sup. de sec. nup. ut variaverit Justinianus docui No. 2. De ea quæ iterum nupsit intra annum, est duntaxat in hoc tit. l. 4. Duo sunt casus quibus cessat S. C. Tertullianum, unus l. 3. alter l. pen.

Enerratio.

TIT. LVI.

Nisi in manum viri convenerit) Materfamilias, quæ in manum viri convenit, suorum numero est. vide Cuj. Observ. libro VI. cap. ult. & sup. tit. XVIII.

Si infans sit) Si vero dari possit, per se, id est, per aditionem suam tutore auctore. Sic hanc legem intelligunt, Joannes Faber Odofre-

us, & Fulgosius, aliter Pet. Fab. Semestrium
lib. II. capite XII.

Pater excludit matrem] l. 2. §. objicitur,
D. eod.

Aut naturales) In servitute aut concubina-
tu quæsit.

Ut omnes succederent) Etiam si filii sint in
potestate patris.

In ea quæ iterum nupsit) In bonis profectis
à patre mater quæ iterum nubit usumfructum
tantum habet, in cæteris plenam propieta-
tem.

In hoc tit. lex 4.) In qua notanda verba il-
la, *sorte fatali obierit*, ut in l. I. inf. tit. ult. Ex-
cepta ex vet. glossis: *sorte fatali*, *ιδίω θανάτω*
sua morte.

Ad S. C. Orphitianum.

TIT. LVII.

V. lib. 3. Inst. tit. 4. & d. tit. 17.

POST S. C. Tertullianum sequitur Orphi-
tianum, ex quo filii pari jure vocantur ad
hereditatem matris intestatæ exclusis omnibus
agnatis matris, ut mater ad hereditatem filio-
rum intestatorum ex S. C. Tertulliano. Et no-
tandum quod ait l. pen. sup. de suis & leg. lib.
filios matri ipso jure succedere, quod non est
citra aditionem vel gestionem pro herede, ut
cum dicimus suos ipso jure heredes existere, l.
in suis, de suis & leg. her. l. pen. §. pen. de bo.
lib. sed citra cretionis solemnitatem, quæ ho-
die sublata est, & citra bon. possessionem l. 3.
hoc

hoc tit. quia non prætoris, sed S. C. Orphitiani beneficio admittuntur ad hereditatem matris, l. 1. Cod. Theod. de leg. her. l. 1. Cod. Theod. de cret. vel bon. pos. quod etiam de suis heredibus dicitur, & de legitimis omnibus heredibus, & de testamentariis dici potest, l. 13. sup. de jure delib. l. 7. D. de inoff. test. l. 4. tit. seq. l. omnium, sup. de testam. Eam vero non aliter acquirunt quam si adierint, vel se pro hæcæde gesserint. Paulus IIII. Sent. eod. tit. Filius maternam hereditatem eandemq; legitimam nisi adeundo quærere non potest. Et quam ita non adquisierunt, sane in heredem non transmittunt, sed deficientium portio ad crescit reliquis, qui adierunt, ut in specie l. 2. hujus tit. l. si ex pluribus, D. de suis & leg. her. vel hereditas redit ad agnatos defunctæ matris. Nec obstat l. 1. sup. tit. 52. quia de testamentariis heredibus est, non de legitimis, nec cum sit nova, aut si eam producere ad legitimos. fateor tamen eos si moriantur intra annum scientes sibi esse ab intestato delatam hereditatem matris, jus deliberandi transmittere ad heredes, l. cum antiquioribus, sup. de jure delib. ut hic recte notat Accursius.

Enarratio.

TIT. LVII.

Citra bonorum possessionem, Græci ad leg. 3. hoc tit. Quoniam enim Senatusconsultum Orphitianum est juris civilis, merito nec bonorum possessione indigent, qui ex eo vocantur ad hereditatem: sed possunt tanquam jure ci-

vili heredes pro herede gerere.

Non de legitimis) Idem scribit Fulgofius
ad leg. 1. num. 3.

De legitimis heredibus.

TIT. LVIII.

V. lib. 3. Inst. tit. 2. & lib. 38. D. tit. 16.

Post suos heredes jure civili ad hereditatem ingenuorum vocantur legitimi. i. agnati ex lege XII. tab. vel ex lege Cornelia. ac primum quidem consanguinei. i. fratres & sorores qui quæve in ejusdem patris, cum is moreretur potestate fuerunt l. 4. sup. de suis & leg. lib. l. 1. 3. 6. hoc tit. excluso patre & matre, ut olim obtinuit, ut hodie obtinet, simul admissis omnibus pleno jure pro virilibus portionibus ex No. 118 Et hi quidem fratres vel sorores præferuntur filiis fratrum vel sororum juxta l. 3. & l. pen. §. ult. hoc tit. quod fuit jus vetus. Juxta No. Justiniani, filii fratrum & sororum repræsentant vicem patrum suorum, ut pro stirpibus concurrant cum fratribus & sororibus defuncti vel defunctæ, itémque ut excludant defuncti fratres ex eodem patre tantum, vel ex eadem matre tantum, si pater eorum fuerit defuncto frater ex eodem patre & ex eadem matre, itémque ut excludant patruos, avunculos, amitas, materteras defuncti intestati. Et his tribus casibus exceptis in linea collateralis non est repræsentationi locus, & aliter quàm in linea directæ, semper proximior inferiorem excludit, & hereditas distribuitur in capita non in stirpes.

Notandum est quod ait d. l. 3. consanguinitatis jure etiam fœminas ad legitimam hereditatem admitti. quod ex l. XII. tab. obtinuit etiam in omni jure agnationis, perinde atque in jure liberorum. At lex Voconia ultra consanguineas non admisit fœminas ad legitimam hereditatem. i. ut neque agnatis maribus, neque sibi invicem agnatæ succederent. ideóque juris auctores consanguineos separaverunt ab agnatis in hoc jure hereditatis intestatorum, & agnatos definiunt esse virilis sexus personas, l. 2. §. I. D. de suis & leg. her. quia post consanguineas muliebris sexus personæ licet agnatæ sint, non admittuntur lege Voconia, quæ obtinuit usque ad ætatem Justiniani, qui l. pen. hoc tit. restituit jus antiquum, ut quemadmodum liberi, ita agnati jure legitimo succedant sine ulla discretionem sexus, & sit jus æquabile, ut quemadmodum fœminis agnatis agnati succedunt, ita maribus & fœminis agnatis agnatæ ab intestato in infinitum succedant, nec paternum vitium, ex quo, ut ait secundum Stoicorum sententiam, fœminea proles processit, ipsi proli noceat. Ut autem nulla habita discretionem sexus Justinianus agnatos admittit cujuscunque gradus restituta lege XII. tab. & abolita Voconia, ita paulatim etiam cognatos admisit nulla habita discretionem agnationis & cognationis: ac primum quidem fratres ex eodem patre tantum, qui agnati sunt, & fratres uterinos, qui sunt cognati, simul admittit ad hereditatem defuncti fratris intestati sine liberis, l. ult. hoc tit. l. ult. sup. ad S. C. Tertul. quod ex Novellis, & ex l. ult. tit. seq. ita accipiendum est, si defuncto non sint fratres utroque paren-

te cognati, vel horum fratrum filii. hi enim præcellunt, & illos excludunt. Item ex Constitutione Anastasii à Justiniano approbata & adaucta, fratres emancipati ex rescripto principis reservato jure legitimarum hereditatum, quod genus emancipationis Anastasius introduxit, vel etiam ut Justinianus adjicit in l. 13. emancipati alio legitimo modo, puta ex xii. tab. vel ex Constitutione Justiniani, fratres, inquam, emancipati licet agnati non sint, & fratres in familia retenti, simul admittuntur ad legitimam hereditatem, & tutelam & curacionem fratris in familia retenti vel emancipati. l. ii. hoc tit. l. 4. sup. de leg. tut. l. 5. sup. de cur. fur. & cum fratribus in familia retentis ex Anastasii quidem Constitutione cum deminutione trientis, ut Theophilus explicat in §. i. de succ. cog. hodie sine ulla deminutione ex l. ult. hujus tit. Et excludunt agnatos & patrem defuncti: ita tamen, ut si retentus in familia vita decesserit, pater in bonis ejus adventitiis retineat usumfructum totum quem habuit eo vivo, ut l. ult. §. ult. sup. ad Tertul. vel si emancipatus sit, in bonis quæ ab eo pervenerunt ad fratres superstites qui in patris potestate sunt, æque pater habet usumfructum totum l. 13. hoc tit. vel si fratres superstites sui juris fuerint, ususfructus bestem non quasi acquisitum sibi per eos, sed quasi lege concessum d. l. ult. §. pen. quod omne ut No. 118. immutaverit, jam satis adnotavi supra. Quod autem placet Anastasio, ut bona emancipati fratris ab intestato omnibus fratribus deferantur ab eo, l. 13. excipit bona à matre profecta, quæ ad eos tantum fratres pertinent, qui ex eadem matre sunt. un-

de ducitur quod vulgo jactatur, Materna maternis cedere, paterna paternis. Quod item Anastasius dedit fratribus emancipatis, id etiam Justinianus dedit l. ult. filiis fratrum emancipatorum, ut simul veniant cum filiis fratrum retentorum in familia, hoc quoque casu non habita discretionem agnationis & cognationis, & similiter, l. pen. §. ult. pari jure esse vult filios fratrum, & filios sororum, quamvis hi cognati, illi agnati sint. & ita paulatim eò ventum est, ut Novell. 118. penitus tolleretur differentia agnationis & cognationis, quæ & civili & prætorio jure recepta erat abrogata l. 5. 7. 9. hujus tit. Jura nova paulatim ampliantur & crescunt, l. 11. §. si rem in fi. de leg. 3. & vetera æque sic dissuuntur melius quàm discinduntur. Videnda ad hæc sunt, quæ de l. 1. & 11. scripsi Obs. 18. c. 18.

Enarratio.

TIT. LVIII.

Vel ex lege Cornelia) Si apud hostes decesserint, l. 8. hoc tit.

Juxta Nov. Justin. filii fratrum] Quod si soli sint fratrum filii, non parentes, non fratres, succedunt in capita, ut scribit Cuj. ad d. Nov. cxviii. & Feudor. libro 11. capite xi. quæ fuit Azonis sententia heic in Summa, num. vii. Odofredi, ut refert Fulgosius in authent. cessante, hoc tit. & aliorum veterum interpretum, dissentiente Accursio Azonis studioso, & Dyno, quem refert Joannes Faber ad d. authent. cessante. vide disputationem forenses Antonii

Fabri de patruī hereditate inter solos fratrum filios.

Aliter quam in linea directā) In linea directā proximior ulteriorem non excludit : ut puta nepos ex alio filio jam mortuo non excluditur à filio, propter jus representationis.

At lex Voconia ultra consanguin.) §. cæterum 3. Institut. de legit. adgnat. success. Paulus sentent. libro IV. tit. VIII. §. feminæ.

Secundum Stoicorum sententiam) Vide Censorinum de die nat. cap. v. §. Chrysostrum in D. Pauli epist. ad Ephes. cap. v.

Quod ex Novel.] Novella cxviii.

In familia retenti vel emanc. l. ii. h. t.] In qua verba illa, *collationibus tamen*, &c. subdititia esse Cujacius observat libro xviii. cap. xxiii. Certe absunt à veteri Juliani Brodæi. nec etiam Gallicus interpres Codicis ea agnovit.

Communia de successioneibus.

TIT. LIX.

Quid his verbis significatur? an proponi sub hoc titulo communia quæ sunt successioneibus ex testamento & ab intestato? minime. nec enim in eo ulla lex pertinet ad successioneem testamentariam. an igitur, quia initio hujus libri dixit de successioneibus intestatorum, quæ jure prætorio deferuntur. i. de bonorum possessionibus, quæ dabantur olim per septem gradus, hodie per quatuor, postea vero dixit de hereditatibus intestatorum, quæ jure civili deferuntur agnatis solis, gentilitio

jure defuetudine abolito. ac primum quidem suis, deinde consanguineis, tum reliquis agnatis, nunc proponit communia quæ sunt utriusque successionis civilis & prætorix, utriusque juris civilis & prætorii, quod & ita nominatim est expressum, l. 2. 5. 10. & in l. 7. nulla successio, id est, neque civilis, neque honoraria, quo modo etiam explicanda est l. 4. conjuncta, l. liber, sup. de pet. her. & l. Arianus, inf. de lib. cau. quia & apud prætorem servus pro nullo habetur, l. 1. D. de jur. del. l. nullo, D. ad legem Corneliam de fal. Nemo etiam dubitat, quin regula l. 8. pertineat ad utramque successionem ab intestato. itemque definitio, l. 9. quæ S. C. Claudianum ostendit, non perinde locum habere in libero homine, atque in libera muliere. Nec minus communis est l. 6. nam quod in ea est de avunculo, idem dici de patruo potest. itemque quod l. 1. de bonorum possessione, idem de legitima hereditate ex Anastasii constitutione. Sola est l. ult. quæ magis quasi nodo quodam nectit hunc titulum cum sequenti, quàm commune quidquam tradit utrique successioni & juri, ut & supra tit. 25. l. ult. magis docuimus poni ad eliciendum vincendumque titulum sequentem, quàm quòd ad illum tit. propriè pertineat.

Enarratio.

TIT. LIX.

Gentilitio jure defuet. abolito) Vide Cujacium sup.

Et in l. 7.] In qua liber vetus Juliani Brodæi

rectè, *promittitur*, ut in Basil. ἐπιήσεται.

De bonis maternis, & materni generis.

TIT. LX.

QUæ hætenus dicta sunt de hereditatibus intestatorum ad patres. pertinent, non ad filios. nam lex XII. tab. quæ successionum ab intestato ordinem fecit, de patres. loquitur, non de filiis. ut M. Tullius retulit, Si pater. intestato moritur, resumpto patris. verbo ex anteriori capite, Pater. uti legasset, &c. & ideo quæ filius. relinquit post mortem suam bona potius aut peculia, quàm hereditates dicuntur. Potest enim quædam habere propriae aut tanquam propria. Ea vero aut castrensia sunt sive militaria, aut pagana: & castrensia, aut quasi castrensia. & pagana rursus, aut profectitia, aut adventitia. Castrensia quæ acquirit occasione armatæ militiæ. Quasi castrensia quæ occasione togatæ, urbanæ, forensis, literatæ militiæ. Profectitia quæ ex re patris in cuius potestate est, quod proprie patrimonium dicitur, ut bona materna matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, D. Augustino, & bona fraterna Fratrimum in libro notarum Senecæ. Adventitia quæ alius quilibet ei dedit vel reliquit, ut bona materna & materni generis, de quibus est hic titulus. Materna sunt quæ mater ei dedit vel reliquit. Materni generis, quæ avus aut proavus maternus, avia aut proavia materna. Et castrensia quidem, ac quasi castrensia propria sunt filiis. pleno jure, ut nec usus. ad patrem pertineat,

nec præmium emancipationis, l. 6. §. 1. & §. cum autem tit. seq. & mortuo patre præcipua ab eo retinentur, nec conferuntur fratribus, & in his quandiu vivit jure patris. fungitur, & testamentarium heredem habere potest: sed si moriatur intestatus, vel capite damnetur superstite patre, legitimum heredem habere non potest, quia pater ea bona tanquam rem suam, non tanquam rem hereditatemve filii suo jure occupat, atque ita quantum ad ea bona attinet, filius. vivit, ut pater. moritur, ut filius. si testatus non sit. Sic virgo vestalis testamentarium heredem habere potuit, & tamen ut Labeo scribit in commentariis ad leges XII. tab. ei ab intestato nemo heres esse potuit, sed bona in publicum redigebantur. Sic spado cubicularius principis testamentarium heredem habere potuit, non legitimum, ut docui Obs. 17. c. 24. Profectitia autem bona proculdubio patris sunt pleno jure, non per usumfructum tantum, & in eis filius. neque testamentarium, neque legitimum heredem habere potest. Idem olim obtinuit in bonis adventitiis quibuscunque: Nam & bona materna filii. patri pleno jure acquirebantur, ut Thalelæus & Accursius notant rectè in l. 1. hujus tit. & probat l. 6. in pr. & l. filius. D. de adq. her. l. 1. §. qui operas ad Tertyl. l. 3. §. verbum de don. int. vir. & ux. l. 1. inf. de lib. exh. At ex edicto Constantini, id est, l. 1. hujus tit. ususfructus tantum bonorum maternorum pertinet ad patrem, quod l. 2. trahit etiam ad bona materni generis, ut & sicut castrensia filius. mortuo patre ea præcipua habeat, nec conferat fratribus, ut l. 4. tit. seq. l. ult. sup. de collat. & nihil mutat, si pater se-

cundis nuptiis occupaverit domum, l. ult. hoc tit. l. de emancipatis, sup. de leg. her. No. 22. abrogata; l. 3. Cod. Th. eod. tit. Addit edictum Constantini debere patrem uti frui boni viri arbitrato, nec tamen ab eo exigit satisfationem fructuariam, ut l. ult. §. si autem non habeat tit. seq. eundemque actiones ex causa eorum bonorum descendentes exercere, quia filii persona in iudicio legitima non est sine voluntate patris, per se, vel per procuratorem, cum & suo nomine agat pater perinde, ut ait, ac si pleno jure dominus esset, & suis sumptibus. Nec tamen jus alienandi vel pignerandi habet. Hanc absurditatem quam vocat l. ait prætor, D. de ju. delib. hoc casu admitti. Si quæras quid sit dicendum si postea quam ea bona obvenerunt filiofam. is à patre emancipatus sit, dicam emancipatione ususfructum, quem in eis bonis jure potestatis habuit pater, extingui: Sed pro præmio emancipationis placuisse olim, ut pater si vellet eorum bonorum trientem retineret pleno jure, l. 1. 2. pen. C. Th. eod. hodie semissem tantum ususfr. retinere posse, l. 6. §. cum autem tit. seq. l. ult. inf. de em. lib. ad remunerandum beneficium emancipationis, quod est beneficium bonorum quærendorum, ut ait l. 1. D. si à pat. man. fuer. Et rursus si quæras quid sit dicendum, si ea bona obveniant filio jam emancipato, hoc expediet l. 3. quæ patri concedit virilem portionem ususfructus non tanquam adquisitam (nec enim per liberam personam quidquam adquiri potest) sed tanquam munus lege oblatum reverentiæ patris manumissoris.

Enarratio.

TIT. LX.

UT M. Tull. retulit) II. de Invent. & au-
ctor ad Herenn. libro 1.

Ut bona materna matrimon.) Vide Notas
priors ad tit. 1. Institutionis II. in princ. &
Nicolaum Fabrum ad controversias Senecæ.

Et mortuo patre præcipua) l. cum duobus
52. §. idem Papinianus, D. pro soc.

Vel capite damnetur) L. 3. inf. de bon. pro-
scriptor.

Ut Labeo scribit) A. Gellius refert libro 1.
capite XII.

Ut Thalelæus) Lib. XLV. Bas. tit. IV.

Et Accursius] Et Raphaël Fulgosius ibidem
num 1.

Quod lex 2. trahit etiam] Vetus Juliani
Brodæi habet, qui ex patre.

Quia filiifam. pers. in iudicio) L. filiusfa-
miliæ 9. D. de oblig. & action.

Vel per procuratorem) Thalelæus Obser-
vat. in hoc casu, eum qui alieno nomine agit,
procuratorem dare posse: regulariter enim
qui alieno nomine agit, sive procurator, ante
litem contestatam procuratorem dare non po-
test, l. neque II. sup. de procur. Cujacius au-
tem ait, patrem suo nomine agere

Nec tamen jus alienandi, vel pigner.] L. 2.
h. tit.

Hanc absurditatem) Est enim absurdum ei
cui alienatio interdicitur, permitti actiones
exercere, ut est in d. l. ait Prator, §. 2.

Quæ patri concedit vir. port. ususfructus)
 Sive unus, sive plures sint filii emancipati, pater usumfructum virilis portionis retinet beneficio constitutionis : cum enim in potestate esse desierit , pater usumfructum retinere antea non poterat , ut ait Thalelæus.

Reverentiæ patris manumiss.) Ad exemplum patroni , qui non quidem vivi , sed tamen mortui liberti bonorum pro dimidia parte heres est. P. Faber.

De bonis quæ liberis in potestate constitutis ex matrimonio vel aliter adquiruntur & eorum administratione.

TIT. LXI.

BONIS maternis & materni generis in hoc titulo adjunguntur l. 1. 3. 4. quæ filiusf. vel filiaf ex causa matrimonii acquirunt, puta ex casu dotis quem maritus , vel ex casu donationis propter nuptias , quem uxor lucratur soluto matrimonio , vel ex hereditate , legato , fideicommissio mariti vel uxoris , ut eodem jure sint , quo dictum est tit. superiore , esse materna & materni generis. Ab his vero, quæ ex matrimonio acquirunt, rectè l. 2. separat dotem , quam filia nomine , aut donationem propter nuptias , quam filii nomine pater dedit , quoniam ea sine ulla deminutione ad plenum redit ad patrem soluto matrimonio , vel ipso jure , vel ex conventionem , ut ait l. ult. sup. com. utr. jud. quia profectitia est , non adventitia. Mortuo autem patre intestato filiis superstitionibus, ea dos vel donatio propter nuptias in com-

mune redigitur. Ex testamento, si collatio bonorum fuerit à patre prohibita nominatim, ut exigit No. 18. adscriptis heredibus extraneis, filii filiaque dotes suas præcipuas habent, quæ ad patrem redierant. Testamento autem facto inter solos liberos, non habent eas præcipuas, nisi eatenus quatenus ex bonis suis pater aliis filiis dedit ex eadem causâ, vel militiæ adipiscendæ gratia, d. l. ult. Porro in l. 5. hujus tit. bonis, quæ ex matrimonio filii. acquirunt, adjunguntur etiam quæ ex sponsalibus acquirunt, puta munera sponsalitia, quæ & sponsalia dicuntur, & ad extremum Justinianus generaliter constituit l. 6. ut nullorum bonorum adventitiorum dominium acquiratur patri per filium. aut filiam. sed ut eorum usufructu contentus sit. Et servandum quibus gradibus res lentè processerit, ne repentinò quo jure populus utebatur, ejus, quod etiam factu difficile est, populo mandaretur oblivio. Quæstionis est, mortuo filio. ad quem hodie pertineant bona ejus adventitia, & an heredem in eis habere possit. Et constat testamentarium heredem eum habere non posse, quia filius. testamenti factionem non habet, nisi de castrensibus, aut quasi castrensibus bonis ex privilegio militiæ, non item de adventitiis, quæ nec alienare aut obligare potest sine voluntate patris. l. 2. inf. de cast. pec. mil. testamentum facere, nec voluntate patris, qui eorum bonorum usumfr. habet, l. ult. §. filiis, hoc tit. imo nec si eorum quorundam bonorum usumfructum non habet, l. Imperator, D. ad Treb. l. pen. sup. qui test. fac. pos. quia lex XII. tab. quæ jus testamenti faciendi dedit, de patref.

loquitur, non de filiof eadémque ratione legitimum heredem non habet, sed omnia ejus bona pater, qui supervixit, occupat jure peculii. etiam castrenfia & quasi castrenfia. At ex novissimis Constitutionibus, si liberos filius reliquerit, ad eos bona ejus transeunt jure hereditatis potius quàm ad patrem jure peculii l. 3. hoc tit. non quidem profetitia, quæ omnino redeunt ad patrem, à quo profecta sunt, sed adventitia, reservato usufructu avo paterno, exceptis casibus quibus parenti nec usufructus adventitiorum acquiritur, & ut quidam arbitrantur etiam in castrenfibus & quasi castrenfibus pleno jure liberos suos heredes habet, si testatus non sit ex No. 118. Post liberos vocantur fratres ex utroque parente conjuncti una cum matre si supersit reservato usufructu patri, post hos, fratres ex uno parente, æquè reservato usufructu patri l. 4. l. 6. §. sub hac & §. pen. hoc tit. l. ult. sup. com. de succ. l. ult. §. ult. sup. ad Tertul. l. de emancipatis sup. de leg. her. Et post os omnes pater, non etiam avus paternus licet defunctus in ejus potestate fuerit, solo usufructu reservato avo paterno, l. 3. Post patrem avus in cujus potestate est. At supradicta No. hunc ordinem sustulit, defuncto filiof. sine liberis, patrem & matrem & fratres jure hereditario admittens in bona ejus adventitia pro virilibus portionibus pleno jure, nullo reservato usufructu. Atque ita evenit, ut & si fratres superstites sint in potestate patris, virilis portionis eorum usufructus non pertineat ad patrem, qui est unus casus quo bonorum adventitiorum, puta fraternorum, usufructus non acquiritur patri. Sic vero etiam fit ut filiusf. le-

gitimum heredem in eis bonis habeat, qui non potest habere testamentarium, ut è contrario in castrensibus testamentarium, non legitimum. Quod ad partem illam tituli. Et eorum administratione, Bonorum adventitiorum quæ liberis adquiruntur administratio pertinet ad parentem in cujus potestate sunt. Et administrationis partes eæ, exercere actiones consentiente filio, nisi absit vel dari non possit l. ult. §. ubi autem in unum, exemplo tutorum l. 1. §. sufficit D. de adm. tut. utque moris est absentibus jungi infantes l. 22. §. 1. D. de fid. lib. impendere laborem & sumptum in lites ex fructibus, mancipia alere & vestire, exigere debitores, solvere creditores, nomine filii vendere vel obligare res mobiles aut immobiles legatorum à filio relictorum, vel æris alieni maxime usurarii exsolvendi gratia. Namine, inquam, filii, ut l. ult. §. si autem æs, & §. si autem non habeat, & §. sed pater quidem, non suo nomine l. 6. §. non autem. Item res quæ oneri magis quàm fructui, & pretium ex earum rerum venditione redactum insumere in rem filii, & usuras ex fructibus, vel de suo fœneratoribus solvere, quæ eis debentur ob pecuniam ab eo tardius solutam. Denique tueri res summa diligentia l. 1. sup. tit. prox. Nam ut in procuratore, tutore, curatore, ita in quolibet administratore exigitur asperitas & diligentia magna Maritalis. Sauvè certus & asper homo, Procuratorem vultu qui præferat ipso. Sed non quæ ab aliis administratoribus exiguntur, & à patre desiderari verecundum est, non ut satisfaciat res salvas fore, non ut bona ejus pro officio administrationis tacito jure obli-

gata sint, nisi secundis nuptiis occupaverit domum, quo casu non omnium quidem bonorum adventitiorum, sed eorum tantum nomine, quæ à matre vel à materno genere ad eum vel ad filiumf. pervenerunt, bona ejus filio tacito jure oppignerata sunt, ut l. 6. §. ult. hoc tit. l. si quis prioris §. ult. sup. de sec. nup.

Enarratio.

TIT. LXI.

Mariti vel uxoris] Quid vero soceri, aut socrus ? idem profecto sentiendum arbitror. P. Fab.

In commune redigitur) ut cætera bona.

Quæ & sponsalia dicuntur] Vide titulum III. lib. v. in fine.

Nec voluntate patris) L. tam is. 25. §. 1. D. de donat. cau. mort.

De patrefamilias loq.) Paterfamilias uti legasset, &c. vide sup. tit. xxii.

Imo non est hæc ratio, sed ea quam attuli libro II. Semestr. cap. xxiii. testamentum esse actum legitimum, qui per alium fieri nequit, l. nemo alieno, D. de reg. jur. nec nisi vera & certa scientia, l. in totum omnia, eod. tit. Adde, testamentum esse voluntatis nostræ, non alienæ sententiam, l. 1. D. de testam. velle autem non creditur alienæ subditus potestati, l. velle, D. regul. jur. P. Faber.

Et ut quidam arbitrantur) Cujacius ad Novel. cxviii. In peculium quoque castrense, vel quasi castrense filius lege succedit pleno jure. Alii in castrensibus, & quasi castrens. bonis,

de quibus testamentum non fecit, negant habere legitimos heredes liberos suos. Vide Fulgofium heic num. 1.

Testamentar. non legitimum] supra ibi, eademque ratione.

Solvere creditores] ut creditorem absolvere in l. & in contraria 37. D. de usur.

Martialis) Libro v. 62. in Marianum.

Verecundum est] Sed quæ ab aliis administratoribus exiguntur, & à patre desiderari invereccundum est, puta ut satisfacet res salvas fore, & rationes administrationis reddat, ut bona ejus, &c.

De hereditatibus Decurionum, naviculariorum, cohortalium, militum & Fabricensium.

TIT. LXII.

Redit ad hereditates patrumf. intestatorum, ut doceat deficientibus legitimis & honorariis successoribus, in hereditatem patrisf. intestati non continuo admitti fiscum ex lege Julia caducaria, sed præferri fisco quandoque ex Constitutionibus personas certas, corpora certa: ut moriente decurione intestato sine liberis, parentibus, agnatis, cognatis, uxore, ordo sive curia in qua is erat ei succedit excluso fisco l. 4. hoc tit. l. unica Cod. Theod. de bo. decur. & similiter moriente naviculario, corpus naviculariorum ei succedit excluso fisco l. i. hoc tit. quæ merito scripta est ad præfectum annonæ, quoniam sub cura & dispositione ejus erat corpus naviculariorum, qui an-

nonæ urbis ferviunt, & idem cavetur No. Valentiniani de naviculariis annicis. Item si quis eorum qui in legione aut vexillatione comitanti, vel cuneo militabat decesserit sine heredibus, ei succedit legio aut cuneus aut vexillatio in qua militabat remoto fisco l. 2. hoc tit. l. 6. §. ejus qui d. de injust. rup. & inde librarii caducorum in castris l. ult. d. de ju. im. nec obstat l. 2. d. de vet. & mil. suc. quoniam ex vicinitate legis primæ, & ex inscriptione, demilite tantum capite damnato & bonis castrensibus accipienda est. Additur in l. 3. mortuo cohortali. i. officiali præsidis provinciæ sine heredibus, cohortales ejusdem provinciæ ei succedere excluso fisco, qui perpetui quidem in provinciis, sed gregarii & vulgares erant, & quod in Basil. vel Harmenopulo ex hac l. 3. *Εαν' εὐτελής* &c. sic debuit converti, si cohortalis, non si vilis, tenuis, abjectus homo. Postremo l. ult. ostendit Frabrisensi mortuo sine testamento & sine herede legitimo vel honorario corpus fabricensium succedere excluso fisco. Hi recipiebantur in fabricis publicis ex nominatione totius corporis, quæ pro fide erat, adeo ut si quid gessisset Frabrisensis, quem corpus nominasset in fraudem fisci, eo nomine fisco teneretur. Et hi nominatores, creatores dicuntur in hac l. ult. ut jampridem ostendi esse legendum in l. si quos, inf. de decur. ut in Basil. *ὡς αν' χειροτονηταί*, non creditores. His vero qui hoc tit. recensentur corporibus, quæ fiscum excludunt, etiam adjungi oportet ecclesiam aut monasterium, cui quis se devovit, si fortè moriatur nullo herede relicto, l. si quis presbyt. sup. de episc. & cl. & arcam præfecti præ-

torio, mortuo præfectiano similiter, l. 3. inf. de appar. præf. præf. & consortes liberalitatis principalis, l. 1. inf. si lib. Imp. soc.

Enarratio.

TIT. LXII.

VEL Harmenopulo] Libro v. tit. VIII. §. 107. Fabricensi) Fabricenses, qui arma fabricant in publicis fabricis, Φαυορκίπτοι, Cedreno pag. 168. edit. Reg. Φαβορκέντοι, in Basilicis.

Ex nominatione totius corporis) Fabricenses enim necesse habent in locum defuncti alium substituere.

Quæ pro fide erat) Pro fidejussione erat. Eo nomine fisco teneretur) Et ita reip. ratione manebit indemnis, & fabricenses sociorum suorum solatiis fruuntur, qui damnis tenentur obnoxii, d. l. ult. in qua rectius legi videtur, *tenentur*, ut in Basilicis *κατέχονται*.

F I N I S.



ADDENDA

TOMO II.

PAg. 88. lin 32. *confirmat.* Cælius Lactantius lib. iv. capite xxii. *Et quanquam apud bonos iudices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimoniis &c.*

Pag. 89. lin. 5. intelligitur. S. Cyprianus in epistola xli. ad Cornelium: *Ad instruendos nos manifesta indicia ac testimonia protulerunt.*

P. 92 lin. 31. fiat. Nicetas episcop. Serrarum in catena in Matth. cap. II. v. 2. αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξίω πισότεραί εἰσι: *Inimicorum testimonia fide digniora sunt.*

P 103. lin. 23. confirmaremus Ait. ut græcis χρῆσαι, &c. Macarius referente Niceta in catena in Matth cap. v. vers. 19. εἰ δὲ τις ἢ πένης, καὶ βραχίονα, ἢ πινάκας ἐστιάσας, ἢ πάντα κίχρατα καὶ σκεύη, καὶ ἐμάτια, καὶ μὲν τὸ δεῖπνῆσαι τῆς κληθέντος, ὅτερον ἐνὶ ἐκάστῳ ἀποδιδῶσιν ὅθεν ἐχορήσατο σκεύος ἀργυρῶν, ἢ ἰμαζιον ἢ ἕτερον εἶδος: *Si quis vero pauper sit, aliosque voluerit convivio excipere, omnia commodato accipit, tam vasa, quam vestes, & cum rogati cœnarunt, unicuique postmodum reddit, unde vasa argentea, aut vestimenta commodato acceperat, aut aliam quamlibet rem.*

P. 105. li penult. Mutuum ad usum, L. item legato 49. §. proinde D. de leg. 3.

P. 182. li. 27. *fratres sunt.* Homero non satis

est sororem dicere, sed & sociam addit, II. IV.
 Ἀρεος ἀνδρῶν φόνου καὶ πηνήτη, ἐπάρη τε. Eustathius.
 ἐπίτασις γὰρ ἀδελφικῆς φιλίας, καὶ ὁμοιοῦς τὸ ἐπεὶ ὅς

P. 214. l. 2. cap. VII. Quid tamen inter utrum-
 que intersit docet D. Augustinus in serm. cxx.
 de divers. cap. ix. Si charitatem modo Deus tan-
 quam pignus dedit per Spiritum sanctum suum,
 cum eam rem ipsam reddiderit, quia pro ipsa pi-
 gnus dedit auferendum est nobis pignus? absit.
 Sed quod dedit, hoc implebit. Ideo melius arra,
 quam pignus. Aliquando enim pretium. Verbi
 gratia, praeparas dare pro ea re, quam tenes bonae
 fidei contractu. de ipso pretio das aliquid, & erit
 arra, non pignus, quod sit complendum, non quod
 auferendum & sermone XXI. eorum qui nuper
 editi sunt in supplemento operum D. Augustini
 parte altera: Melius enim dicitur arra quam
 pignus. Haec enim duo similia videntur inter se,
 sed tamen habent aliquam differentiam non ne-
 gligendam. Et pignus quando datur, & arra
 quando datur, ideo fit, ut quod promittitur im-
 pleatur. Sed quando datur pignus, reddit homo
 quod accepit re completa propter quam pignus ac-
 cepit. Arra autem quando datur, non recipitur,
 sed superadditur ut impleatur. D. Hieronymus
 in epistolam ad Ephes. cap. I. ad illa: Quid est
 pignus, &c. pignus latinus interpres pro arrabo-
 ne posuit. Non ipsum autem arrabo quod pignus
 sonat. Arrabo enim futurae emptioni quasi quod-
 dam testimonium & obligamentum datur. Pi-
 gnus vero, hoc est ἐνέχου ἔργου pro mutua pecunia op-
 ponitur: ut cum illa reddita fuerit reddendi de-
 bitum pignus à creditore reddatur. li. pen. lege
 ἐνέχου ἔργου.

P. 213. lin. 20. ἢ κήνσον: D. Chrysostomus

apud auctorem catenæ in Matthæum cap. xvii. vers. 26. κῆνσος δὲ κῆ τέλος εἰ κῆ ταῖς λέξεσι διαφέρουσιν, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐρμηνεύοντα. κατὰ μὲν τῆς ἑλληνικῆς τέλους, κατὰ δὲ τῆς ῥωμαϊκῆς κῆνσος: *Census, & tributum* vocibus differunt, notione consonant. *Quæ enim vox græcis tributum sonat, apud Romanos census est* Hesychius, Suidas.

P. 261. lin. 20. *conducere publica.* Seneca epist. ci. *Qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæstus, accesserat.*

Ejusd. pag. lin. 27. *habebit.* Gregor. Tur. Mir. lib. cxliv. *Recognoscit se amisisse publicum quod ferebat.*

P. 299. lin. 17. *habent* D. Augustinus sermone xxxiv. de divers. *Convincunt te tabulæ, quæ scribuntur in matrimonio. Pactus es quem admodum duceres: sonat tibi scriptura pactiois, liberorum procreandorum causa.*

P. 312. lin. 4 *vocavit* S. Basilius in epistola I. ad Amphilochem can. iv. scribit, trigamiam à quibusdam conjugium non appellari, sed polygamiam, vel potius fornicationem coercendam & in epistola 3. can. 80. τῶν δὲ πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπέσι ὤπησαν ὡς κτηνώδη, κῆ παντε ὡς ἀλλοτρίαν τῆ γένεσ τῶν ἀνθρώπων: *Patres polygamiam silentio prætermiscere ut belluinam, & penitus ab hominum genere alienam.* Ecclesia tamen probavit, aut certe permisit. D. Hieronymus in epistola liv. ad Marcellam: *Nos secundas nuptias non tam appetimus, quam concedimus.* Hæc autem inter se longe differunt. Idem in epistola xi ad Ageruchiam: *Aliud est quod vult Apostolus: aliud quod cogitur velle, ut concedat secunda matrimonia, meæ est incontinentiæ, non illius voluntatis.* Joannes Hierosolimitanus in

Matth. cap. XIX: *Aliud est permittere, aliud est præcipere: Quod enim præcipimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes permittimus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. D. August. &c.*

Ejusd. pag. lin. II. *quam uri.* Secundum igitur matrimonium fornicationis remedium censendum est, non impudicitiae adminiculum: sive ut ait S. Basilius in epistola CXCVII. *πορείας παρρημυθία ὁ δεύτερος γάμος, ἔχει ἐφόδιον εἰς ἀσέλγειαν* Certe apud paganos etiam laudatae feminae univiræ. Propertius IV. eleg. ult.

*Fungor Paule tuo sic discessura cubili,
In lapide hoc uni nupta fuisse legar.*

Et paulo post hoc filiae mandat.

*Filia tu speciem censuræ nata paternæ
Fac teneas unum nos imitata virum.*

Ejusd. p. l. 26. Stromate tertio.

Ut quas femina facit] Immaturæ etiam dicuntur quas mas facit. Plinius in epistola II. libri IV. *Audies brevi nuptias lugentis, nuptias senis: quorum alterum, immaturum, alterum serum est.*

P. 316. l. ult. ad finem Scholiastes Horatii in Od. 24. libri 3. *Dos est donum puellarum nubentium.*

P. 353. lin. 14. in secunda parte.

Neque naturales sunt) improprie naturales dicuntur. D. Augustinus serm. LXI. I. de diversis: *Nam & de feminis quæ uxores non sunt, generant homines filios, & dicuntur filii naturales & præponuntur eis filii conjugales. vide quæ diximus in comment. ad Instit. tit. de Nupt.*

P. 357. liv. pen. *à vento educier.* Huc facit illud Demosthenis in oratione de Chersoneso. *πορευ,*

γάρ οἱ ἔσθ' ἄλλοθεν ἢ μητε λαβόντα παρ' ἡμῶν μηδ' ἕν, μητε αὐτὸν ἔχοντα ὅποθεν μισθιδατήσῃ στρατιώτας τρέφειν; ἐκ τῶ ἕρανῶ; ἢ ἐκ ἐστὶ ταυτα: Nam unde alias eum qui nec à vobis quicquam accepit, nec ipse habet unde stipendia solvat, milites alere putatis? num de aëre? minime id quidem. vivre de l'air. v. Joannem Drusium in Oseam cap. xii.

P. 444. li. 4. servus. Adde Arriani Epict. libro III. capite xxvi.

P. 562. li. 29. cadunt in fiscum) Ammianus Marcellinus libro xxxi. ut sunt in palatiis nonnulli alienarum rerum avidi, si quid caducum, vel aliud petiisset ex usu, &c.

FINIS.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

FINIS



44

Cancien
Paratitla

Codex

T. 2.

II

13 - 13

7

2012